

# SANCTVM EVANGELI

VM SECVNDVM LVCAM

## PRAEFATIO.



5 **Q**uoniamquidē multi conati sunt ordinare narrationē, quæ in nobis completæ sunt, rerum: sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipsi uiderunt, & ministri fuerunt sermonis: uisum est & mihi assequuto omnia à principio diligēter ex ordine tibi scribere optime Theophile, ut cognoscas eorum uerborum, de quibus eruditus es, ueritatem.

### ANNOTATIONES BREUES IX. CIRCA LITERAM PRAEFATIONIS.

1	quoniamquidem ἐπειδήπερ	4	assecuto παρηκολούθησόντι	5	optime κράτιστε
1	quandoquidem conati sunt ἐπεχειρήσαντες	4	à principio ἀνωθεν	6	præstantissime eruditus es κατὰ κράτος
2	aggressi sunt completæ sunt, πεπληροφόρημένοι	4	à summo diligenter ἀκριβῶς	6	institutus es ueritatem τὴν ἀσφάλειαν
	plenissime scitæ sunt		exacte		certitudinem

### COMMENTARIVS IN PRAEFATIONEM.



**E**uangelium Lucae præfationem habet, cætera non habent. Præfatur autem Lucas, sic. ¶ Quoniamquidē multi conati sunt ordinare narrationem, quæ in nobis completæ sunt, rerum: sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipsi uiderunt, & ministri fuerunt sermonis: uisum est & mihi assequuto omnia à principio diligēter ex ordine tibi scribere optime Theophile, ut cognoscas eorum uerborum, de quibus eruditus es, ueritatem. ¶ Fuerunt multi, quorum alij sub nomine Bartholomæi, alij Andreae, Matthiæ, Nazaræorum, & nonnullorum aliorum texere uoluerunt euangelicam narrationem, ut maiores nostri prodidere: adeo ut etiam nonnihil sub nomine Nicodemii, maxime quo ad eam partem, quæ domini passionem concernit, inuulgatum sit. Verum ex sacra Ezechielis uisione, quatuor dumtaxat erant ordinaturi: non humana quidem, sed diuina sorte & electione. Quorum Matthæus fuit primus: qui & primus scripsisse fertur euangelium in Iudæa, & sermone quidem Hebræo. Secundus, Marcus: qui & secundus fertur scripsisse euangelium suum: siue in Italia, siue alibi id factum sit. Tertius, Lucas: qui tertio loco scripsisse fertur Euangelium suum in Achaia. Quartus, Ioannes: qui & ultimus euangelium suum scripsisse creditur in Asia. Et eo ordine in spiritu monstrati sunt Ezechielii. Similitudo autem (inquit) uultus eorum, facies hominis: Ecce Matthæus. Et facies leonis: Ecce Marcus. A dextris eorum quatuor: Ecce quomodo hi priores scribendi partes obtinent: quæ more Hebræorum à dextris sinistrorsum procedunt. Facies autem bouis: Ecce Lucas. A sinistris ipsorum quatuor: Ecce quomodo obtinet posteriores scribendi partes, atque locum ordine tertium. Et facies aquilæ desuper ipsorum quatuor: Ecce Ioannes. sed ex nominatione quartum locum cognoscitur obtinere. Quod uero desuper emineat, hoc est, quia cæteris sublimius ei datū sit ipsam referare diuinitatē. Nō ergo

Ezech. i.

Lucas temere, & humana fiducia est aggressus: ut nonnulli aliorum, qui idcirco recepti non sunt, hanc sacram scribere historiam, sed sorte diuina: historiam dico earum rerum, quæ certa & indubitata fide ipsi erant exploratæ: tum spiritu sancto fuggerente, qui eum ad hoc opus elegerat: tum quod similiter audierat ab ijs, qui ab initio, domino uitæ & salutis autori assistent, & cuncta oculis suis uiderant, quicquid alijs ex præcepto domini uerbum euangelij subministrauerant. & hi erant apostoli, quorum & ipse comes in nonnullis esse potuit. Ergo haud ab re factum est, ut spiritu sancto impellente, rem omnem ab initio ad calcem usque accurate sectatus, deinceps euangelicæ narrationis historiam perscribere sit aggressus. Ad quorum utilitatē? Certè omnium fidelium qui sunt, qui fuerunt, & qui credituri sunt: idcirco occasione Theophili præstantissimi cuiusdam uiri, qui adhuc catechuminus erat, & solo uerbo instructus, non etiã euangelio scripto: ad cuius pleniorum instructionem, Lucas se euangelium suum scribere testat. Hæc est præfationis, qua solus Lucas usus est, intelligentia. Sed age, quamuis Lucas, spiritu sancto impellente, scribat, ut & ceteri Euangelistæ (sicut scriptum est: Vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebatur) nonne etiã aliqua uidit, quæ & scribit? Arbitror equidem eum uidisse: nam Syrus erat & Antiochenus: & ea pars terræ, Iudæa & Galilæa paulo orientalior: haud ita multum distabat à Sidone & Tyro, ad quas terræ plagas cognoscitur dominus profectus, & inibi miserationis suæ diuinas uirtutes operatus. Quibus auditis, uero absimile non est, & Syros, & Phœnices, & à Sidonij & Tyrij plerisque sequutos fuisse dominum. Quod si qui illum sequuti fuerint, quis dubitare debeat Lucam unum ex illis fuisse, quem futurum sibi Euangelistam diuina delegerat præscientia: Verum à principio se non affuisse testatur. Nam soli affuerunt apostoli. Nullus tamen euangelistarum ordinem diuinæ historiæ tam diligenter sequi uideat, atque ipse, ut qui omnia à principio ad finem usque suo ordine texit. Quod uel ex sequentibus (deo legentium reuelante oculos) ad gloriam eius fiet permanifestum.

Ezech. 1.



## CAPVT PRIMVM



1 Vit in diebus Herodis regis Iudææ, sacerdos quidam nomine Zacharias de uice Abia, & uxor illius de filiabus Aaron, & nomen eius Elizabeth. Erant autem iusti ambo ante deum, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus domini sine querela. Et non erat illis filius, eo quod esset Elizabeth sterilis, & ambo processissent in diebus suis. Factum est autem cum sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine uicis suæ ante deum. Secundum consuetudinem sacerdotii sorte exiit, ut incensum poneret, ingressus in templum domini. Et omnis multitudo populi erat orans foris hora incensi. Apparuit autem illi angelus domini, stans à dextris altaris incensi. Et Zacharias turbatus est, uidens, & timor irruit super eum. Ait autem ad illum angelus: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua. Et uxor tua Elizabeth pariet tibi  
15  
filium

2

filium, & uocabis nomen eius Ioannem: & erit gaudium tibi & exultatio:  
 & multi in natiuitate eius gaudebunt. Erit enim magnus coram domino, &  
 uinum & siceram non bibet. Et spiritu sancto replebitur adhuc ex utero ma-  
 tris suæ: & multos filiorum Israël conuertet ad dominum deum ipsorum.  
 20 Et ipse præcedet ante illum in spiritu & uirtute Helix, ut cōuertat corda pa-  
 trum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum, parare domino ple-  
 bem perfectam. ¶ Et dixit Zacharias ad angelum: Vnde hoc sciam? Ego 3  
 enim sum senex, & uxor mea processit in diebus suis. ¶ Et respondens ange- 4  
 lus, dixit ei: Ego sum Gabriel, qui asto ante deū, & missus sum loqui ad te,  
 25 & hæc tibi euangelizare. Et ecce eris tacens, & non poteris loqui usque in  
 diem, quo hæc fiant: pro eo quod nō credidisti uerbis meis, quæ implebun-  
 tur in tempore suo. ¶ Et erat plebs expectans Zachariam, & mirabantur 5  
 quod tardaret ipse in templo. Egressus autem non poterat loqui ad illos:  
 & cognouerūt quod uisionem uidisset in templo. Et ipse erat innuens illis,  
 30 & permansit mutus. ¶ Et factum est, ut impleti sunt dies officii eius, abiit in  
 domum suam. Post hos autem dies concepit Elizabet uxor eius, & ocula-  
 tabat se mensibus quinque, dicens: quia sic fecit mihi dominus in diebus,  
 quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines. ¶ In mense aut 7  
 sexto missus est angelus Gabriel à deo in ciuitatem Galilææ, cui nomē Na-  
 35 zareth, ad uirginem desponsatam uiro, cui nomē erat Ioseph de domo Da-  
 uid, & nomē uirginis MARIA. Et ingressus angelus, ad eam dixit: Aue gra-  
 tia plena, dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. ¶ Quæ cum audis- 8  
 set, turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio. ¶ Et 9  
 ait angelus ei: Ne timeas MARIA, inuenisti enim gratiam apud deum. Ec-  
 40 ce concipies in utero, & paries filium, & uocabis nomen eius IESVM. Hic  
 erit magnus, & filius altissimi uocabitur: Et dabit illi dominus deus sedem  
 Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non  
 erit finis. ¶ Dixit autē MARIA ad angelum: Quomodo fiet istud, quoniam 10  
 uirū non cognosco? ¶ Et respondens angelus, dixit ei: Spiritus sanctus su- 11  
 45 perueniet in te, & uirtus altissimi obūbrabit tibi. Ideoq; & quod nascetur ex  
 te, sanctum, uocabitur filius dei. Et ecce Elizabet cognata tua, & ipsa con-  
 cepit filium in senectute sua. Et hic mensis sextus est illi, quæ uocatur steri-  
 lis: quia nō erit impossibile apud deum omne uerbum. ¶ Dixit autem MA 12  
 50 RIA: Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum uerbum tuum. Et discessit ab  
 illa angelus. ¶ Exurgens autem MARIA, in diebus illis abiit in montana, 13  
 cum festinatione in ciuitatem Iuda, & intrauit in domum Zachariæ, & sa-  
 lutauit Elizabet. ¶ Et factum est, ut audiuit salutationem MARIAE Eli- 14  
 zabet, exultauit infans in utero eius. Et repleta est spiritu sancto Elizabet,  
 & exclamauit uoce magna, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedi-  
 55 ctus fructus uentris tui. Et unde hoc mihi, ut ueniat mater domini mei ad  
 me? Ecce enim ut facta est uox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit

- in gaudio infans in utero meo. Et beata quæ credidisti: quoniam perficientur ea quæ dicta sunt tibi à domino. ¶ Et ait MARIA: Magnificat anima mea dominum. Et exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctū nomē eius. Et misericordia eius à progenie in progenies, timentibus eum. Fecit potentiā in brachio suo, dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potētes de sede, & exaltauit humiles. Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Suscepit Israël puerum suum, memorari misericordiæ suæ. Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham & semini eius in secula. ¶ Māsit autem MARIA cum illa, quasi mensibus tribus: & reuerfa est in domum suam.
- ¶ Elizabet autem impletum est tempus pariendi, & peperit filium. Et audierunt uicini & cognati eius, quia magnificauit dominus misericordiā suā cum illa, & congratulabantur ei. ¶ Et factum est, in die octauo uenerunt circumcidere puerum, & uocabant eum nomine patris sui, Zachariam. Et respondens mater eius, dixit: Nequaquam, sed uocabitur Ioānes. Et dixerūt ad illam, quia nemo est in cognatione tua, qui uocetur hoc nomine. Innuebant autē patri eius, quem uellet uocari eum. Et postulans pugillarem, scripsit, dicēs: Ioannes est nomen eius. Et mirati sunt uniuersi. ¶ Apertū est autem illico os eius, & lingua eius, & loquebatur, benedicēs deum. Et factus est timor super omnes uicinos eorum: & super omnia mōtana Iudææ diuulgabantur omnia uerba hæc, & posuerunt omnes qui audierāt in corde suo, dicētes: Quis putas puer iste erit? Etenim manus domini erat cum illo. ¶ Et Zacharias pater eius repletus est spiritu sancto, & prophetauit, dicēs: Benedictus dominus deus Israël: quia uisitauit & fecit redemptionē plebis suæ. Et erexit cornu salutis nobis, in domo Dauid pueri sui: Sicut locutus est per os sanctorum, qui à seculo sunt prophetarum eius. Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos. Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris, & memorari testamenti sui sancti. Iusiurādum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum, daturum se nobis: Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati seruiamus illi, In sanctitate & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris. Et tu puer, propheta altissimi uocaberis: præibis enim ante faciem domini parare uias eius. Ad dandam scientiā salutis plebi eius in remissionem peccatorum eorum, Per uiscera misericordiæ dei nostri, in quibus uisitauit nos oriens ex alto. Illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in uiam pacis. ¶ Puer autem crescebat, & confortabatur spiritu, & erat in desertis usque in diem ostensionis suæ ad Israël.

## ANNOTATIONES BREVES LIII. CIRCA LITERAM CAP. I.

6	sine querela.	43	fiet	65	memorari
	ἀμεμπτοι		ἔσται		μνησθῆναι
	irreprehensibiles		erit		ut recordaretur
7	filius:	45	Ideo — q̄;	65	misericiordiæ — suæ.
	τέκνον	45	quod naseet — ex te,	66	in secula.
	proles	50	in montana		εἰς ἀιῶνα
11	forte exijt		εἰς τὴν ὄρεινὴν		singulare.
	ἔλαχε		in montanā. s. regionē	67	quali
	fortitus est		singulare.		ὡσεὶ
12	Apparuit	52	MARIAE		ferè,
	ᾤφθη		τῆς μαρίας		circiter
	Visus est	53	exultavit	70	congratulabantur
21	parare		ἔσκιετο		συνέχαρον
	ut paret		subsiliit,		congaudebant
22	perfectam.		subsultavit	70	circuncidere
	κατεσκευασμένον		& infra.		ut circunciderent
	apparatam,	57	in gaudio	74	quem uellet
	dispositam		ἐν ἀγαλλιάσει		διὰ τὴν ἀρετὴν
22	Vnde hoc sciam?		in exultatione		quid uellet
	κατὰ τὴν γνώσομαι;	57	quæ credidisti	77	super omnia montana
	In quo cognoscam?		ἢ πιστεύσασα		ἐν τῇ ὄλῃ ὄρεινῃ
26	pro eo quod		quæ credidit		in tota mōtana. s. re-
	eo quod	58	tibi		gione
30	officij		αὐτῇ	79	Et — enim
	τῆς λειτουργίας		εἰ	81	plebis
	ministerij	60	humilitatem		τῷ λαῷ
33	auferre		τὴν ταπεινωσιν		datiuus.
	ut auferret	60	ex hoc * n̄m nunc	83	sunt prophetarū eius.
35	nomen — erat	61	magna		fuerūt prophetarū suo
36	MARIA.		μεγαλῆα	85	memorari (rum
	μαριάμ		magnalia		μνησθῆναι
	& infra.	62	à pgenie in pgenies	86	ad recordandum
36	gratia plena,		εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν		daturum — se
	κῆχαριτωμένη		in generationē & ge-		τῷ δῶναι
	gratia repleta		nerationem		ut daret
	participium.	63	mente	88	nostris
37	in mulieribus.		διανοίᾳ		τῆς ζωῆς ἡμῶν
	ἐν γυναιξίν		cogitatione	88	uitæ nostræ.
	inter mulieres	63	Deposuit potētes de		puer
37	cum audisset,		fedē:		τὸ παιδίον
	ἰδῶσα		καθῆλε δύνας ἀπὸ		diminutiuum.
	cum uidisset		θεόνων		infra.
42	in domo		Detraxit potentes de	89	scientiam
	ἐπὶ οἴκου		thronis,		γνώσιν
	super domum,		Detraxit primores de	90	cognitionem
42	in æternum,		sedibus		peccatorum — eorū.
	εἰς τοὺς αἰῶνας	64	dimisit	91	oriens
	in secula		ἔξαπέστειλε		ἀνατολή
	plurale.		emisit	91	substantiuum.
					Illuminare

ἐπιφάνει  
ut illuminaret,93 ut illucesceret,  
confortabaturἐγκρατέος  
potens fiebat

## COMMENTARIUS IN CAPVT PRIMVM.



- 1 » Reditur Lucas euāgelium suum à sacerdotio, dicens. ¶ Fuit in diebus Herodis regis Iudææ, sacerdos quidam nomine Zacharias, de uice Abia, & uxor illius de filiabus Aaron, & nomen eius Elizabet. Erant autem iusti ambo ante deum, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus domini sine querela. Et non erat illis filius, eo quod esset Elizabet sterilis: & ambo processissent in diebus suis. Factum est autem cum sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine uicis suæ ante deum. Secundum consuetudinem sacerdotij, sorte exijt, ut incensum poneret, ingressus in templum domini. Et omnis multitudo populi erat orans foris, hora incensum. ¶ Iste Herodes est, de quo meminit Matthæus cap. 2. numero 8. sub quo CHRISTVS natus est. Et quod hic Græce dicitur ἐξ ἐφημερίας ἀβιά, perinde est ac de familia, siue de uice Abia. Nam sacerdotes per familias & uices suas, sicut fors illis obtinebat, ministrabant templo. Erat autem Zacharias sacerdos, & uir sanctus, sed senex, & sine prole ex Elizabet. Et uxor eius Elizabet idētidem mulier sancta, sed sterilis & infœcunda. Et uterque è tribu Leui, cum & ipsa ex filiabus Aaron esset. Sed quomodo (inquies) ex filiabus Aaron, cum esset cognata uirginis deiparæ (Et ecce, inquit angelus, Elizabet cognata tua) uirgo autem & ex patre & ex matre de tribu Iuda esse dicatur? Hoc nihil prohibet. Nam mater Elizabet, de tribu Iuda erat, & soror Annæ matris uirginis deiparæ: sed natu minor, quæ uirum habuit Aaronitem: ex quo nata est Elizabet cognata uirginis ex parte matris, quæ ex Iuda erat, & ut uirgo ex stirpe Dauidica: de quo latius super epistolam Pauli ad Hebræos, ubi de genealogia CHRISTI agitur, aliquando (prout indulsit dominus) disseruimus. Cum autem fors Zachariæ obuenisset, ut Hierosolymis adoleret incensum coram domino, summi sacerdotis fungens officio, ingressus est sanctuarium, ut offerret incensum, & populus stabat foris, orans. Ipse uero solus ingressus est, ut præcipitur Leuitici decimosexto: Nullus hominum sit in tabernaculo, quando pontifex sanctuarium ingreditur, ut roget pro se & pro domo sua, & pro uniuerso cœtu Israël: donec egrediatur tabernaculum. Verum non solus fuit in sanctuario: nam angelus domini illic ei apparuit, ut aperit Lucas, dicens. ¶ Apparuit autem illi angelus domini, stans à dextris altaris incensum. Et Zacharias turbatus est uides, & timor irruit super eum. Ait autem ad illum angelus: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua. Et uxor tua Elizabet pariet tibi filium, & uocabis nomen eius Ioannem. Et erit gaudium tibi & exultatio: & multi in natiuitate eius gaudebunt. Erit enim magnus coram domino, & uinum & siceram non bibet, & spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ, & multos filiorum Israel conuertet ad dominum deum ipsorum. Et ipse præcedet ante illum in spiritu & uirtute Eliæ, ut conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum. ¶ Quia Zachariæ prouectæ erat ætatis, & Elizabet uxor eius identidē, ita ut iam annos excessisset pariendi, non amplius eos tum congrederi solitos: sed cœlibem uitam agere uerisimile est, quandoquidem ambo erant iusti ante deum, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus domini sine querela, id est sine reprehensione ulla. Atqui illud potius intemperantiæ adscribi debere uideretur, quàm iustificationi implendæ, quæ est ad suscitandam prolem. Et ideo ad gignendam prolem, quæ illis miraculo & supra naturam diuino indultu debebatur, mittendus fuit angelus, ut ipsi thoro subinde intenderent: quos nulla concupiscentia, sed dei oraculum iungeret ad prolem gignendam. Cuius gratia ipsum Zachariam frequenter orasse, ut ex angelo intelligitur, certum est: sed eo tempore exauditum, quo nulla illi proles
- Leuit. 16.
- 2 »

proliſ ultra habendæ ex Elizabeth ſpes relicta erat: ut ne angelo quidẽ nunciãte, id eſſe  
 poſſibile crediderit: cum tamen ille talem ac tantum ipſi ex illa filium nunciaret naſci-  
 turum, ut qui nomen Ioannes à dei gratiã habiturus erat, ſola dei gratiã natus, gratiã  
 dei plenus uel ab utero: quicq; gaudio in natiuitate ſua futurus erat, non uicinis ſolum,  
 & iſs qui Zachariã & Elizabeth ob uitæ ſanctimoniã diligebant: ſed omnibus quo-  
 que ſanctis, filij dei aduentum deſyderantibus: quia ſcriptum erat: Sacerdotes eius in *Pſal. 111.*  
 duam ſalutari, & ſancti eius exultatione exultabunt. Illuc producam cornu Dauid, pa-  
 rauri lucernam CHRISTO meo. & inſuper: Ecce mittam angelum meum, & præpa- *Malach. 2.*  
 rabit uiam ante faciem meam. Vt pote qui futurus erat magnus corã domino, & tan-  
 tus ut inter natos mulierum ueteris legis, nullus eſſet maior Ioanne Baptiſta. In noua  
 autem lege, quæ eſt regnum cœlorum, maior erat eo. Qui uinum & ſiceram nunquã  
 bibiturus erat, id eſt neq; uerum neq; factitium uinum, aut quicquam quod inebria-  
 re poſſet. Qui ſpirituſancto cum adhuc in utero matris ſuæ eſſet, replendus erat: quod  
 in ſalutatione ſuperbeata uirginis matris dei adimpletum fuiſſe, nemo debet ambi-  
 gere. Qui multos filiorum Iſraël conuerſurus erat ad dominum deum ipſorum. Quid  
 enim aliud fecit, quàm præparare ad CHRISTVM? Qui præcurſurus erat ante illũ, ſci-  
 licet deũ ipſorũ. Sed ante quẽ præcurrit? Ante dominũ noſtrũ IESVM CHRISTVM.  
 Ergo hoc ſermone angelus CHRISTVM fore deũ manifeſte prænũciat. In ſpiritu &  
 uirtute Eliæ. In ſpiritu quidẽ, quia Ioannes ſecundũ intelligentiam ſpiritus, erat Elias.  
 De quo Malachiã ultimo ſcriptũ eſt: Ecce ego mittã uobis Eliã prophetã, antequã *Malach. 4.*  
 ueniat dies domini magnus et horribilis. In uirtute autẽ: ſiue, ut græce habetur, *ἐν δυνά-  
 μει*, id eſt in fortitudine: quia in robore auſterioris uitæ, & abſtinẽtiã, quæ poenitentia  
 eſſe ſolet, & quam nõnulli poenitentia putãt. nã & cultor eremi, ut ille fuit: ſed emi-  
 nẽtiõ atq; rigidior. nã de Eliã ſcribitur 3. Reg. ca. 17. Corui quoq; deferebãt ei panẽ *3. Reg. 17.*  
 & carnes mane: ſimiliter panẽ & carnes ueſperi, & bibebat de torrẽte. De Ioanne au-  
 tẽ apud Matthæũ: Venit enim Ioannes neq; manducans, neq; bibẽs. Ex quo intelli- *Matth. 11.*  
 tur, in deſerto, neq; pane, neq; carne uſus. Quod ex Luca etiã cognoscitur, dicente *Luc. 7.*  
 domino: Venit autẽ Ioannes Baptiſta, neq; manducans panem, neq; bibens uinum.  
 Venit autẽ in ea forma poenitentia, ut conuerteret corda patrũ, id eſt eos qui erãt ue-  
 teris legis: ad filios, id eſt eos qui erãt nouæ legis. Illi enim dicti ſunt patres, ob uetula-  
 tis nomen: hi, filij, ob nomenclaturã nouitatis. Venit inquam, ut incredulos, qui ne-  
 quaquam legi, literæ, & Moyſi credebant, conuerteret ad prudentiam iuſtorum, quæ  
 eſt fides CHRISTI, ſpiritus, & lex noua: quam qui habent, iuſti ſunt fide & gratia, ſu-  
 am iuſtitiam non operibus attribuentes, ſed gratiæ & miſericordiã: etſi habeant ope-  
 ra fidei & ſanctã & bona, ac etiã multo meliora, quàm quæ ſunt legis, de quibus ait *Rom. 3.*  
 Paulus: Iuſtificati gratis per gratiam ipſius. Et quia Ioannes ut & lex uetus, non addu-  
 cebat ad perfectum, ſed præparabat, ut ueniente noua lege perfectionem consumma-  
 tionẽq; reciperent, addit angelus *ἐτοιμάσαι*, id eſt ut paret domino plebem perfectã,  
 uel ut habetur Græce, *κατεσκευασμένοι*, id eſt apparatam, tanquam nondũ perfectam,  
 ſed concinnatam, ut ad perfectionem adducatur. Et talem profecto & tantum decuit  
 filium dei habere præcurſorem. Sed tantæ magnitudini rei Zachariã fidem non præ-  
 ſtitit, ſubdente Luca. ¶ Et dixit Zachariã ad angelum: Vnde hoc ſciam? Ego 3  
 enim ſum ſenex, & uxor mea proceſſit in diebus ſuis. ¶ Quod ſignum petit,  
 Vnde hoc, inquit, ſciam: incredulitatis eſt argumentum, & inſuper quod ratio-  
 nem in oppoſitum ſubiungit, dicens & ſuam & ſuæ uxoris ætatem ſuſcipiendæ  
 proli accommodam, eſſe exactam. Subinde reſponſum angeli ſubdit Lucas, dicẽs:  
 ¶ Et reſpondens angelus, dixit ei: Ego ſum Gabriel, qui aſto ante deũ, & miſſus ſum 4  
 loqui ad te, & hæc tibi euangelizare. Et ecce eris tacens, & non poteris loqui, uſque

- in diem quo hæc fiant, pro eo quod non credidisti uerbis meis, quæ implebuntur in tempore suo. ¶ Angeli ante deum astant, & testimonio euangelico semper uident faciem patris, qui in cœlis est: sed alij uicinius astant, ut qui sunt supremæ hierarchiæ: alij femotius, ut qui sunt inferiorum hierarchiarum. Inferiores qui à superioribus mittuntur, in persona mittentium loquuntur, ut angelus qui missus fuit Moyfi, in persona dei, id est mittentis loquebatur: Ego dominus deus tuus. Et maiores in maioribus mittuntur mysterijs, & minores in minoribus. Hinc fit, ut uideri possit angelus in persona mittentis locutus: Ego sum Gabriel, qui asto ante deum. Gabrielem enim primatem, qui est unus è septem angelis uicinius astantibus ante deum, hoc nosse mysterium certum est, ut cui incarnationis filij dei nunciandæ arcanum demandatum sit. Et proinde qui uenit ad nunciandum præconem, nomine eius missum uenisse, par esse uidetur: sed talem ad seruum nunciandum, qualem decuit: & talem ad dominum omnium regem nunciandum, qualem decuit. Qui autem ad nunciandum seruum missus fuerat: ut quæ numero secundo prædicta sunt, Zachariæ annuntiaret, quibus non credidit & signum petijt: dedit ei angelus signum taciturnitatis, impotentiaque concutienti aëris ad ædificationem uocis, donec ex natiuitate infantis agnosceret oraculum, quod rei probauit euentus. Et cum Zachariæ plus solito in sanctuario moraretur, ad altare odorifero suffitu, quomodo fieri solebat, implendum: populus qui foris præstolabatur eius egressum, moram illam uehementer mirabatur. Quod subdit Lucas, dicens.
- 5 ¶ Et erat plebs expectans Zachariam, & mirabatur quod tardaret ipse in templo. Egressus autem non poterat loqui ad illos. Et cognouerunt, quod uisionem uidisset in templo. Et ipse erat innuens illis, & permansit mutus. ¶ Non poterat loqui ad illos: quia usus uocis emittendæ, ad tempus illi ablatum fuerat: quod spiritus facile facere potest, cum ea sit dei uoluntas: cum & quædam res naturales illam (ut de hyænis & lupis dicitur) impedire soleant, licet modo penitus illi dissimili. Et ex signo ablatæ locutionis, coniecit populus, quod uisionem uidisset. Et ipse illis signo innuit ita esse, & permansit mutus Hierosolymis, donec tempus officij sui expletum fuit, omnia subiens munia, una loquendi facultate excepta, uice cuius omnia aut signo aut scripto indicabat. Quo expleto uenit domum suam, quæ in montana regione Iudææ citra
- 6 Bethleem fertur fuisse sita. De quo subdit Lucas. ¶ Et factum est, ut impleti sunt dies officij eius, abiit in domum suam. Post hos autem dies, concepit Elizabeth uxor eius, & occultabat se mensibus quinque, dicens: quia sic fecit mihi dominus in diebus, quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines. ¶ Siue angelus, siue maritus indicauit scripto uxori suæ Elizabeth diuinam uoluntatem, ad gignendam prolem sanctam, casto thoro iuncti sunt, & concepit Elizabeth: & à tempore illo occultabat se, non prodians in publicum: sed in secreto gratias deo agens, eo tempore quo dignatus est sic illam respicere, ut ipsam ab opprobrio infœcunditatis uindicaret: occultabat inquam se, donec partu edito ab omnibus cognosceretur dei beneficio uisitata. Et iam quinque mensibus se occultauerat, & sextum intrarat, cum annuntiatus est filius dei ex uirgine incarnandus, dicente Luca. ¶ In mense autem sexto, missus est angelus Gabriel à deo in ciuitatem Galilææ, cui nomē Nazareth, ad uirginem desponsatam uiro, cui nomen erat Ioseph de domo Dauid, & nomen uirginis MARIA. Et ingressus angelus, ad eam dixit: Aue gratia plena, dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. ¶ De Gabriele angelo illo primate id intelligendum, & angeli nomen ad illas etiam summè beatas substantias, quæ deo proxime hærent extendendum: quæ à solo deo suscipiunt imperium. Missus (inquit) est à deo. Quod in ciuitate Nazareth, quæ sita est in Galilæa in sorte Zabulon, uicina tribui Nephthalim, de quibus Esaiæ præcesserat: oraculum. Primo tempore alleuiata est terra Zabulon, & terra Nephthalim: & nouissimo aggrauata est uia maris trās Iordanem Galilææ gentium, Populus qui ambulabat in

bat in tenebris, uidit lucem magnam: habitantibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis. Ad hæc Nazareth, quæ à germine nominatur, conueniens annunciationis locus erat: quia scriptum est in Esaia iuxta Hebraicam expressionem: Egredietur uir ga de radice Iessæ, & germen de radice eius ascendet. Hoc aut germen, **CHRISTVS** dominus, qui in ciuitate diuini germinis & annūciatus & cōceptus est. Et ad quā misus est: Ad uirginē desponsatā uiro: sed intactā, & à uiro nunq̄ tangendā. Cur ergo desponsatam: ut impleretur oraculum Esaia: Ecce uirgo concipiet, & pariet filium, & uocabit̄ nomē eius Emmanuel. Vbi **ALMA**, id est uirgo, non solū dicit uirginē, sed uirginē absconditā. Vt ergo cōcipiens pariensq̄ dei filium, esset uirgo abscondita, debebat eam esse desponsatam. Quem enim non lateret, quæ concipit & parit & uirum habet, esse uirginem: cum & hoc dum illa concepit, proprium uirum latuisset (sic uirgo erat abscondita) nisi id ille ab angelo didicisset. Vir eius, Ioseph appellabatur, erat que de stirpe & familia Dauid. Et uirginis tam unice à deo honoratæ, nomen erat **MARIA**: quæ etiam de stirpe & familia Dauid erat. Et ingressus angelus, supernæ legationis princeps, compluribus alijs angelis (ut uerisimile est, quod etiam nonnullis legitur diuinitus reuelatum) decenter comitatus, uti par erat ad tantum arcanum (quo nunquam maius nunciatum est in terris, neque futurum est ut nunciatur aliquando) nunciandum: ingressus inquam domum, dixit ad illam: Aue gratia plena, dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. **χαῖρε**, apud Græcos gaudium designat. **SALOM** apud Hebræos pacem. Aue apud nos, quod ab auendo dicitur, ex re nimirum cupita, desiderata que gaudium. Hoc ergo uerbo, gaudium uniuerso mundo & pax annunciata est: nō enim priuatum erat quod gerebatur mysterium, sed publicum. **κεχαριτωμένη**, apud Græcos participium est, gratia repletā significās: sed non exteriorē & humana, quanq̄ & ea non deesset, sed interiorē et diuina. Et certè eò magis, quàm cæteræ illa repleta fuit, quo cæteris erit capacior: ut quæ facta erat ut deū cœli terræq̄ dominum, in suo uirgineo utero conciperet. Sed an id, gratia plena, gratiam solum nominet præsentem: Minime. nam **κεχαριτωμένη** præteritum est, quod perinde sonat ac si dicatur, gratia resecta: quæ & sic resecta, sic repleta fuit, ut nunquam caruerit gratia: quid enim deum impedire potest: Sed nec tūc carebat, nec nunquam postea erat caritura. Ideo subiūgit angelus, Dominus tecū: ut quæ semper cū ea & erat, et futurus erat, tanq̄ cum ea quæ semper fuit gratia repleta, semperq̄ futura erat. Quod cū ita esset, non ab re subintulit, Benedicta tu in mulieribus. Mulier quæ peccatū intulit mūdo, quid aliud audiuit, quàm maledictiōis uerbū, Multiplicabo erūnas tuas: Quid ergo, quæ paritura erat mundo gratiā, gaudiū, salutē, aut dire debuit, nisi benedictiōis uerbū, Benedicta tu inter mulieres: Porrò ut illa fuit uniuersalis mali initiū ex seipsa, facta se inferior, & afflatu maligni, in hoc maledicta plus quàm cæteræ mulieres: sic ista fuit non ex se, sed supra se, & dei dono inter mulieres totius boni, totius que gratiæ initiū, in hoc benedicta plus quàm cæteræ mulieres. **CHRISTVS** autem absolute & simpliciter totius boni initiū, ut & Adam potius nobis initiū mali, quàm Eua fuisse creditur. Et sic sanè intelligendum est id, Benedicta tu in mulieribus, benedicta tu inter mulieres, & plusq̄ cæteræ mulieres. Et quæ aliarū mulierū semper fuit repleta gratia, ad eò ut semper dominū secū habuerit, ut & ipsa singularis uirgo, quæ cū ab angelo salutabatur, omnium mulierū quæ sunt, quæ fuerūt, quæq̄ futuræ sunt præuentiōe benedictionis & gratiæ erat sanctissima: Quid nūc, cū deū cœli mūdo peperit: Quæ cū uerba angeli uerissima essent, aliquantulum, auditis illis suis præconijs, turbata est, ut ait Lucas, dicens. **¶** Quæ cum audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio. **¶** Quænam uidens angelum, & eum quidem insolita luce, ut credunt & scribunt nonnulli, coruscum (nam si lux circūfulsit pastores, salutatam matrem filij dei, & regis angelorū atq̄

E[4.11.]

E[4.7.]

Gen. 3

8

- hominum circumfulsiffe peruerisimile uidetur ) & audiens tam immodicam sui commendationem, non turbaretur : Merito ergo uirgo omnium quæ unquam fuerunt, humillima, modestissima, castissima turbata est: & cogitabat quidnã prætenderet hæc tam rara, tam sublimis, tam insolita salutatio. Sed angelus continuo mentem eius sedauit, aperiens ei, qualis & gratia cuius esset ista salutatio: ut aperit Lucas, dicens. ¶ Et ait angelus ei: Ne timeas *MARIA*, inuenisti enim gratiam apud deum. Ecce concipies in utero, & paries filium, & uocabis nomen eius *IESVM*. Hic erit magnus, & filius altissimi uocabitur. Et dabit illi dominus deus sedem Dauid patris eius. Et regnabit in domo Iacob in æternũ, & regni eius nõ erit finis. ¶ Ne timeas (inquit) *MARIA*, quasi diceret, ne turberis. Quod te dixi gratia repletam, & dominum esse tecum, teq; in mulieribus benedictam: non te, sed deum respexi, à quo hæc munera in te uenerunt: quia præ cæteris inuenisti gratiam apud deum. Sed cur te solam hac gratia dignatus est? Quia ecce in utero concipies, & paries filium, & uocabis nomen eius *IESVM*, id est salutem, salutare, saluatorem. Et ut sciret quantus esset, qui ex ipsa nasciturus erat, adiungit angelus: Hic erit magnus, & filius altissimi uocabitur. Et dabit illi dominus deus sedem Dauid patris eius. Et regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius nõ erit finis. Cum dicebat angelus, Et uocabis nomen eius *IESVM*: insinuabat ipsum fore Mesiam, qui saluaturus erat mundum. Et cũ id, Hic erit magnus: fore absolute magnum, alioqui quomodo filius altissimi? Et cum id, Et filius altissimi uocabitur: simul nomen eius fore filium dei: simul ipsum, patrem secundum carnem nõ esse habiturũ. Et cum id, Et dabit illi dominus deus sedem Dauid patris eius: uirginẽ de domo Dauid esse: & qui ex ea nasciturus erat, regem totius Israël fore: & hoc à deo, non hominum dono. Dabit, inquit, illi dominus deus sedẽ Dauid patris eius. Sed quod regnũ hoc non foret humanum, temporale, & in fastu hominum collocatum: sed diuinum, æternum, & uerè gloriosum: hoc ostẽdebat, Et regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Domus Iacob, domus fidelium est, & omnium qui in spiritu renouati, carnem, carnisq; opera, pariter & concupiscentias eius supplantauerunt.
- Daniel. 7.* Et hoc est regnum, de quo in Daniele dicitur: Potestas eius potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur. Quæ cum audisset uirgo, ulterius
- 10 » us interrogauit angelum, ut subiungit Lucas, dicens. ¶ Dixit autem *MARIA* ad angelum: Quomodo fiet istud, quoniam uirum non cognosco? ¶ Quod uirgo, diuina præuenta gratia, inquit, Quomodo fiet istud: hoc non est dubitantis (angelo enim crediderat) sed modum arcani mysterij inquirentis. Quod autem subdit, Quoniam uirum non cognosco: more Hebræorum dictum est, pro non cognoscam: qui eadem uoce præsens, futurumq; designat. Et præsentis forma, certitudinem: futuri uero intelligentia, propositi decretum monstrat. Nec mirum uideri debet, uirginem Hebræam, Hebræorum more, tum ad certitudinem, tum ad perpetuæ uirginitatis insinuandum propositum, fuisse locutam. Ex hac ergo uirginis ad angelum allocutione intelligi debet perpetua eius uirginitas. Et quia de modo interrogauit, ideo modum
- 11 » angelus eam docet: ut subdit Lucas, dicens. ¶ Et respondens angelus, dixit ei: Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod nascetur ex te, sanctum, uocabitur filius dei. Et ecce Elizabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis sextus est illi, quæ uocatur sterilis: quia non erit impossibile apud deum omne uerbum. ¶ Spiritus sanctus (inquit) superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi: quasi dicat, hoc fiet spiritus sancti, & filij, & patris æterni intima operatione. Quid enim est, Spiritus sanctus superueniet in te: nisi spiritus sanctus desuper ad intimam huius mysterij operationem in te descendet: ubi apertè, & sine inuolucro est spiritus sanctus, & cum subiungitur, uirtus, hic est filius: cum uero, altissimi, hic est pater. Quid ergo est, Et uirtus altissimi obumbrabit.

obumbrabit tibi: nisi filius patris aeterni carne uestiet, abscondetur in te, sicut scripsit  
 Esaias: Tantum in te est deus, & non est deus absque te: uerè tu es deus absconditus, Esa. 45.  
 Et subiungit: Ideo que quod ex te nascetur, carne scilicet uelatum & occultatum, so-  
 lum deum habens patrem, & te uirginem matrem, sanctum: immo sanctum sancto-  
 rum, de quo prænunciatū est à Daniele: Septuaginta hebdomades abbreviatæ sunt, Dani. 9.  
 Et subditur: Ut consummetur prauaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur  
 iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur uisio & prophetia, & unga-  
 tur sanctus sanctorum. Vocabitur filius dei: quia reuera filius dei, & filius dei nomen  
 eius, sicut scriptum est: Ante solē INNON nomē eius. Sed age cum adijcitur: Ideo quē Psal. 71.  
 & quod nascetur ex te sanctū uocabitur filius dei: num id sanctū ad uocabitur iungi  
 potest, ut sit sensus, sanctū uocabitur, scilicet filius dei: Ex Luca nō uidetur: nā sic ha-  
 bet, *διότι τὸ γεννώμενον ἄγιον*, ubi *γεννώμενον* adiectiuum est, *ἄγιον* autē substantiuū,  
 inter quæ hoc modo distinctionem sermonis aptitudo nō recipit: neq; etiā Græci &  
 Latini aliter distinguere soliti sunt, quàm distinctionis nota ab illis post *ἄγιον*, ab istis  
 post sanctum posita. Subinde uero angelus uirgini annunciat conceptionem præ-  
 cursoris. Et ad hoc ipsum præcipue annunciat, ut modi cōceptionis filij dei supra na-  
 turam, possibilitatem insinuet, adijciendo communem fidei regulam, cum ait: Quia  
 non erit impossibile apud deum omne uerbum, id est factum quodcunque uolue-  
 rit, quantum quæ etiam supra naturā fuerit: cui regulæ uirgo firmissima fide inhærebat.  
 Neque hoc quod dictum est, Quia non erit impossibile apud deum omne uerbum:  
 ideo dixit angelus: quod ex cōceptu partu quæ sterilis, fidē astruere uellet cōceptus par-  
 tus uel uirginis. Nā multæ iam steriles uisæ fuerant concipere & parere, ut Sarra, Re-  
 beca, & Rachel: at nulli unquam uirginum id contigisse uisum fuerat. Et quod ma-  
 gis uidetur, non approbat id quod minus: sed contra. Ad hæc uirgo iam credebat, &  
 etiā (si eam oraculum Esaiæ non fugiebat) uirginem parituram. Sed ut dictū iā est,  
 angelus expressit cōmunem fidei regulā, cui & uirgo firmissimè inhærebat, & se cō-  
 cepturā & parituram etiā intacta uirginitate, posteaquā ita deo placitum erat, nihil  
 prorsus diffidebat. Et ideo responsum fide plenū dedit angelo, dicens. 12  
 " **MARIA:** Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum uerbū tuū. Et discessit ab illa ange-  
 " lus. **Hoc respōsum non fide modo, sed & sanctissima humilitate plenissimum est.**  
 Audierat enim ab angelo se futuram matrem salutaris, id est Messæ, matrem filij altis-  
 simi, matrem regis, qui regnaturus esset in domo Iacob in aeternū: & cuius regni nō  
 esset futurus finis. Sed non respondit: Ecce futura mater Messæ, mater filij altissimi,  
 mater regis aeterni: sed, Ecce ancilla, ecce serua domini: id enim *δούλη* significat: nihil  
 prorsus sibi tribuēs, sed se & sua omnia dei esse protestans, ac se suā quæ omnia deo sub-  
 iiciens. Et id: Fiat mihi secundū uerbum tuum, secundum nunciū tuum, secundū ora-  
 culū tuum: assentiētis est, et toto animo sancto quæ uoto domino suo gratulantis. Quo  
 dicto, secreta operatione spiritus sancti, immo superdiuinæ trinæ beatitudinis, uirtus  
 altissimi obūbrauit ei, carneo contacta uelamento. Et tunc ab ea repente discessit an-  
 gelus, ut suo iam perfunctus officio, missus è lōginquo discedere solet, & suo iā præ-  
 sente rege, nuncius. Sed quid faceret deo plena, nisi id ad quod diuinus ipellebat spi-  
 ritus è supernis ipsi illapsus: impellebat autē, ut cognatā quæ iam ante menses quinq;  
 concepisse, diuino nuncio referente didicerat, uisitaret. Quod & eam fecisse, hic ex-  
 primit Lucas, dicens. 13  
 " **Exurgens autem MARIA in diebus illis, abiit in montana**  
 " **cum festinatione in ciuitatem Iuda, & intrauit in domum Zachariæ, & salutauit Eli-**  
 " **zabet.** **Quid est, Exurgens autē MARIA: nisi itineri se accingēs, abiit in montana**  
**cum festinatione: Neq; de societate est ambigendū: abiit enim comitata quibus oport-**  
**uit, cuius etiā semper custodes erāt angeli, quibus cognata est uirginitas, et qui nun-**  
**quā sibi similiores habuerant, quàm eā quā iā habebant dominā, & se gratia superio-**

rē. Societatē ergo (etsi non scripsit Lucas) intelligendā tamē reliquit ex profectiōne, per lōga etiā terræ promissionis spaciā, ad montana scilicet Iudææ, quò abiuit paululū defleētendo ad meridiem, ut in domū ueniret Zachariæ, quam paulo citra Bethleē sitam fuisse memorāt. Quā ubi intrauit uirgo deo foeta, salutauit Elizabet cognatam suā. Et quā fuerit felix hæc saluatio, & benedictiōe dei plena, idicat Lucas, sub dēs,

- 14 " **¶** Et factum est, ut audiuit salutationem **MARIAE** Elizabet, exultauit infans in utero eius. Et repleta est spiritu sancto Elizabet, & exclamauit uoce magna, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus uentris tui. Et unde hoc mihi, ut ueniat mater domini mei ad me: Ecce enim, ut facta est uox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in utero meo. Et beata quæ credidisti, quoniam perficiētur ea, quæ dicta sunt tibi à domino. **¶** Exultauit infans, **ΕΟΝΙΣΤΗΘΕ** subsiliit, subsultauit infans in utero meo: qui à conceptu penē sextimestris erat. Et impletum est, quod ab angelo Zachariæ dictum fuerat: & spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ. Ad hoc ergo ipsum à spiritu impulsa fuerat uirgo, ut iret in domū Zachariæ: ut præcursor domini spiritu sancto repleretur ex utero matris: & nō solum præcursor, sed & Elizabet mater illius, quæ & spiritu filij sui simul repleta fuit. Quo spiritu plena, in hanc uocem prorupit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus uentris tui. Quod hic dicitur, Benedicta tu inter mulieres: eadē uerba cōtinet quibus eam dixit angelus benedictā, immo eadem est benedictiō: ut hic cōfirmationem dicti angelici, à spiritu sancto, per quē Elizabet loquebatur, intelligamus esse factā. Qui te ergo nō dicit benedictā inter & supra mulieres o uirgo, propter diuinæ electiōis sortem, diuinumq; placitū beatissima, & sublimis uirtutis, angelū et spiritū sanctum facit mēdacem. Et adijcitur, Et benedictus fructus uētris tui: ut absolute benedictus, & su per omne benedictū benedictus intelligatur. Sed & ex his uerbis Elizabet, immo spiritus sancti in ea loquētis, intelligitur beatissima uirgo, nō more aliarū filiū dei habuisse in utero: nam in cæteris, foetus etiā masculus, citra quadragesimū diē animatus nō creditur, atqui illa primo mense, qui erat sextus Ioannis, audiit id, Benedictus fructus uentris tui. Tunc ergo erat perfectus: neq; enim spiritus sanctus, qui fuerat artifex, ulla ad hoc diuinū opus peragendum mora egebat. Quinetiā Ioannes adhuc in utero clausus, dominū suum agnouit, etiam uirgineis latebris occultatū. Sed & adiecit Elizabet eodē acta spiritu, qui & spiritus est prophetarū: Et unde hoc mihi, ut ueniat mater domini mei ad me: ubi cōfitebatur eam matrē Mesīæ, matrem dei & regis sui, & se omnino ex se fuisse indignā, ut à tāta uisitaretur sublimitate. At deus qui ad infirma descenderat, ut seruum redimeret: uoluit in sui aduentus primordijs, suū uisitare seruum, & eum de claustris maternis intra claustra materna sanctificare. Et fatetur Elizabet quod euangelista prædixerat, in salutatione uirginis infantem subsultasse, & præ gaudio gestisse in utero suo. Ac fidem uirginis commendat, ut quæ uerbis angelicis minime fuerit incredula, & in hoc beata. Et quæ à spiritu sancto per angelum fuerant promissa, confirmat: dicens quod perficerentur ea quæ erāt illi à domino per angelū nūciata, scilicet quod esset cōceptura & paritura filium, quem uocaret **IESVM**. Qui magnus futurus esset, & filius altissimi uocandus. Cui daturus esset deus regnū Dauid patris ipsius, & regnaturus esset super domū Iacob in æternum, & regni eius nō esset futurus finis. Quorū iam aliqua facta erant. Nam iam uirgo ex spiritu sancto & obūbratione uirtutis altissimi conceperat. Ideo dicit, & perficientur: quandoquidē iā aliqua facta erant. Quod si Elizabet spiritu infantis sui repleta erat, tantomagis **MARIA** mater dei spiritu infantis sui repleta fuit, quāto **CHRISTVS** capacior Ioanne, & filius dei & uirginis filio uiri et mulieris. Quo spiritu plenissima hæc, prorupit in hymnum qui sequitur, diuinæ laudis, & spiritualis iubilationis refertissimum, dicente Lucas.
- 15 " **¶** Et ait **MARIA**: Magnificat anima mea dominū. Et exultauit spiritus meus in deo salutari

salutari meo. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc, beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius: Et misericordia eius à progenie in progenies, timētibz eum. Fecit potētiam in brachio suo, dispersit superbos mēte cordis sui. Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Esurentes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Suscepit Israël puerū suum, memorari misericordiæ suæ. Sicut locutus est ad patres nostros, Abrahā & seminī eius in secula. ¶ Quæ magnum spiritū capit, magnificare potest deū, at uirgine MARIA, quānam fecit deus spiritus sui capaciorem, qui fecit illam filij sui capacem? Potuit igitur eius anima præ alijs magnificare deū, magnitudinemq; eius, in cuius respectu, & quem solum æstimabat magnum, ut reuera erat, nihil magnum est æstimandum. Quæ cum plena esset spiritu dei, cui proprius agglutinatus erat spiritus, in quo exultare potuit, nisi in deo: quem cum omnibus, sed supra omnes suum habebat salutare, unde omne bonum suum pēdere agnoscebat? Ac totus iste hymnus in magnanimitate spiritus, quæ est profundissima sui humilitas, omnia deo tribuēs & sibi nihil, conditus est. Hinc agnoscit uirgo humillima, non esse suum, quod omnes generationes dicturæ sunt ipsam beatā: sed illius qui respexit humilitatē, exiguitatem, & ( ut sic dicam) nihilitatem ancillæ suæ, seruæ suæ: quæ enim esset uoluntas seruæ, nisi domini sui? Quod agnoscere, ad uerē humilem spiritu spectat. Non suum (inquam) esse, sed illius qui fecit ipsi magna. Se paruam, immo nihil ex se æstimabat: sed dei dona in se magna, immo deum ipsum magnum agnoscebat, fatebaturq; propter respectū dei, & magna dona eius, quæ ipsi fecerat: postea omnes generationes ipsam dicturas beatam, & se non aliter alio ue respectu, quā dei & propter deum, qui ipsi tāta fecerat, dici debere beatam. Videamus ergo ne nos excludamus à generationibus, & generationibus quidem dei, quæ solæ uerē sunt, dicēdo eam in aliquo fuisse maledictam: quin potius solum beatitudinem eius cogitemus, quam deus sic impleuit gratia, sic supra mulieres benedictam reddidit, sic respexit, ut propterea uoluerit ab omnibus dici beatam: quod si ab omnibus, ergo à nullis maledictam. Quæ, quod sibi tanta facta sunt, quanta nulli unquam mulieri fecit deus, neq; facturū est, nihil potentia suæ tribuit, sed eius qui potens est, & sanctū nomē eius. Neq; præcedentibus operibus suis adscribit quicquā, sed gratia & misericordiæ dei omnia, à qua nullis temporibus, nullisq; generationū successionibus, ij excluduntur qui diuino amore ac reuerētia aguntur. Et proinde ipsa ab illa non est exclusa, utpotē quam semper ingens erga deū tenuerit amor, ingensq; reuerentia. Porro cum dicit: Fecit potētiam in brachio suo, hoc intelligit in filio suo, quē ipsa in suo sacrosancto gestabat utero. De quo Esaiās: Quis credidit auditui nostro, & brachium domini cui reuelatum est? Sed quam potentiam fecit? Dispersit superbos mente cordis sui: disciecit superbos cogitatione cordis ipsorum, per quos non solum homines, sed & dæmones, superbi gentium dij, intelligunt. nam hi cogitabant uniuersum genus hominum perdere, seiq; deo præualere posse: isti se aliquid esse credunt, & se respicientes grandia uolunt animo: sed hac ipsa cogitatione dispergit eos deus, & in nihilum redigit. Et hi contrarij sunt humilibus, qui sese nihil esse sciunt, sed omnia dei esse: qui se non respiciunt, sed deum, quem solum magnificant. Qua cogitatione humiles ad deum colliguntur atque eleuantur, ut superbi sua cogitatione dissipantur atque deprimuntur. Humiles itaque angelis lucis similes sunt: superbi, angelis tenebrarum. & bonorum angelorum est humilitas, amor, reuerentia: malorum, superbia, odium, irreuerentia. Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. De thronis & sedibus cœlestis gloriæ primo detraxit, propria potentia fretos spiritus: deinde eisdem sedibus priuauit potentes seculi, ad quas eleuauit humiles. Potentes seculi ij sunt, qui se proprijs uiribus, aut operibus posse aliquid credunt, ignorātes potentiam, quæ sola saluat omnia, &

Esa. 53.

ea in æternæ quietis sedibus collacat. Ideo illis merito excludentur, qui suæ potentiae innixi, id sibi suisque uiribus adscribunt. Humiles autem sunt, qui uerè agnoscunt omnium largitrice[m] potentiam: qui cum ex se nihil possint, & id absque ulla dubitatione probè intelligant, ea potentia quam agnoscunt, maxime possunt. Ergo nihil in cælo, neque angeli, neque homines, nisi dei potètia possunt: & id probè intelligunt, & in super se ex se nihil aliud posse, quàm nihil posse: & ideo semper celebrant unam potentiam, quæ est omnis potentia. Non quod cuiusque non sit proprius, comunicatusque potentiae uigor, quo quisque peculiariter potest. At hoc interest, quod tunc humiles non suum, sed dei: & multo magis cum non propria agunt, sed diuina aguntur potentia: superbi autem suum non dei agnoscunt, quomodo cumque id eueniat. Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Esuriètes sunt, qui se nihil ex se diuinæ cognitionis & sapientiae, nihil iustitiæ habere intelligunt: sed se esse uacuos & famelicos, & hunc patrum à solo deo esse: quos ideo pascit & satiat deus. Cõtrà diuites, qui gloriatur se & sapientia esse plenos, unde dæmon nomen sibi arrogauit, & iustitia abundare: quales sunt et homines, qui se σοφοὺς, et iustos esse putant. Qui, quia non intelligunt quis sit, qui reuelat spirituales oculos, & qui iustificat impios, uacui relinquuntur & inanes, neque sapientiam, neque iustitiã spiritus habentes, nisi forte humanã, animalem, & diabolicam. Suscepit Israël puerum suum. Per Israël quæ suscepit deus, primo hic intelligi potest brachiũ eius, in quo fecit potentia etiam omnia superatẽ, qui filius dei erat in uirgine incarnatus. De quo Baruch ca. 3. Hic adinuēnit omnẽ uia[m] disciplinæ, & tradidit illã Jacob puero suo, & Israël dilecto suo. Post hæc in terris uisus est, & cum hoibus cõuersatus est, **Baruch. 3.**

**Esa. 41.** Secundo, fidelis Israël, populus ipsius. De quo Esaia quadragesimo primo: Et tu Israël ferue meus, Jacob quem elegi, semen Abraham amici mei, & subditur: Confortauit te, & auxiliatus sum tibi, suscepit te dextera iusti mei. Et ad quid suscepit deus Israël puerum suum? Ut recordaretur misericordiæ suæ. Cuius Abraham patri fidei, & semini eius, qui sunt fideles, & filij fidei, & hoc in æternum. Sicut locutus fuerat ad patres nostros. In Esaia dicit: Beati omnes, qui expectant eum: populus enim Sion habitabit in Hierusalem: plorans nequaquam plorabis, miserans miserebitur tui, & rursus: Dominabit tui qui fecit te, dominus exercituum nomen eius: & redemptor sanctus **Esa. 30.**

**Hiere. 31.** Israël, deus omnis terræ uocabit. & in Hieremia: In charitate perpetua dilexi te: ideo attraxi te miserans, Rursumque ædificabo te, et ædificaberis uirgo Israël. & rursum: Cõturbata sunt uiscera mea super eum, miserans miserabor eius, dicit dominus. & Dauid:

**Psal. 117.** Confitemini domino quoniã bonus, quoniã in seculum misericordia eius. Quinimo **117.**

**16** uniuersæ scripturæ patrum, ad quos locutus est dominus, plenæ sunt miserationibus eius. Deinde Lucas ponit tempus, quo uirgo beatissima mansit apud cognatã suam, dicens. **C** Mansit autem MARIA cum illa, quasi mē[s]ibus tribus: & reuerfa est in domum suam. **C** Sex uero mensium à conceptu erat infans, quando beatissima uirgo salutauit Elizabeth, quæ & puero in uentre ipsius sanctificato, repleta est spiritu sancto. Et tres ferme menses mansit apud eã. At ferè sex & ferè tres, nouẽ non excedunt tempus aut naturalis partus, ad initiũ usque decimi peruenit. Vnde fit, ut uideatur Lucas insinuasse uirginem discessisse citra tẽpus pariendi Elizabeth: sed tamẽ instante partu eius. Et merito quidẽ, quia hæc officia non sunt committenda uirginibus, neque puero adesse permitti debet. Tanto minus id decuisset uirginem illã eminentissimam, quæ omnes alias tam præsentis, quàm futuras longè præcellebat: neque etiã obstetricandi, sed sanctificandi foetus causa, eam ut illud iret spiritus impulerat. Ut autem iuerat, id est comitata, ut par erat, & angelis, & societate sancta, imò & mea quidẽ sententia, Ioseph custode uirginitatis suæ, & cœlestis arcani futuro cõscio, in domum est reuerfa. Quis em̃ non facile credat, ubi ex ea audiuit (quod uerissimile est) Ioseph, affini suã Elizabeth, quæ in sterilitate tẽpus pariendi excelserrat, à deo uisitatam esse, & iam à multis **mensibus**

mensibus uterū gestare, miraculo permotum pariter & gaudio, uoluisse cum ea proficiaci ac illā uisitare: cum nequaquam de deceret casto iunctos animo, & coelibae uita, perpetuæq; uirginitatis proposito, in peregrinatione quoque iunctos esse, ut semper aliās fuisse legimus, ut cum peregrinati sunt in Aegyptum, in Hierusalem, & in Galilæam. Et paulo post aduenit tempus, ut pareret Elizabeth, dicente Luca. ¶ Elizabeth 17  
 autem impletum est tempus pariendi, & peperit filium. Et audierunt uicini & cognati eius, quia magnificauit dominus misericordiā suā cum illa: & congratulabantur ei. ¶ Peperit Elizabeth filiū, quo (dei matre excepta) nullus ab Adam ad ipsum sanctior natus fuerat. A tempore cōceptionis latuerat Elizabeth, neque gratiam diuulgari uolebat, donec de partu sibi promisso impletum esset oraculum. Quo impleto, inuulgata est. Et quo inopinatio & admirabilior, eo celerius & latius fama ipsius peruagata est. Congratulabantur uicini & affines, & omnes boni ad quos fama perlata fuerat: & eo quidē magis, quo Zacharias et Elizabeth ambo iusti essent ante deum, incedentes in omnibus mādatīs & iustificacionibus domini irreprehensibiliter. Atq; tunc impletum est, quod ab angelo Zachariæ dictū fuerat: Et multi in natiuitate eius gaudebunt. Nato sancto puero, aduenit octauus dies, quo iuxta legis ritum circumcidendus erat, ut aperit Lucas, dicens. ¶ Et factū est in die octauo, uenerunt circumcidere puerum. Et uocabant eum nomine patris sui, Zachariam. Et respondens mater eius, dixit: Nequaquā, sed uocabitur Ioannes. Et dixerūt ad illam: quia nemo est in cognatione tua, qui uocetur hoc nomine. Innuebāt autem patri eius, quem uellet uocari eum. Et postulās pugillarem, scripsit, dicens: Ioannes est nomen eius. Et mirati sunt uniuersi. ¶ Qui uenerunt: Vicini & amici, & consanguinei Elizabeth & Zachariæ. Quod Domum Zachariæ. Etiam enim domi octauo die circumcidebant pueros, nominaq; eis indebant: ad quod officium uenerant, & circumcisionē incipientes uocabant puerum, Zachariam: ut paterni quoque nominis haeres fieret. Quibus aduersata mater, dixit: Non id erit nomen eius, sed Ioannes. Cui minime assentientes, cum nullus in tota cognatione illa, hac nomenclatura nosceretur appellatus: signis à patre nomē pueri exposcebant. Qui signo postulata tabella, in qua scriberet (id enim significat *πινακι δ'οπ*, nostri pugillares dicūt, quod pugno teneātur, aut à pungēdo) scripsit: Ioannes est nomē eius. Et mirati sunt cuncti qui aderāt: tum quod non esset nomē cognationis, tum quod id scisset Elizabeth, quā uir alloqui non poterat. Sed nesciebant eā à spiritu sancto, quo plena fuerat, aut ab angelo, aut à uiro, eo modo quo ipsi scripto scierant, scire potuisse. Vbi autem rectē nomine suo uocatus est Ioannes, illico apertū est os Zachariæ, & reddita ei quæ ablata fuerat, loquendi facultas: tunc enim impletum est tempus oraculi, quod dixerat angelus: Et ecce eris tacēs, & non poteris loqui usq; in diem quo hæc fiant. Atqui inter cætera dixerat: Et uocabis nomen eius Ioannem: quod & factū est antequam sermo sit ei restitutus. Sed nō solum sermo ei restitutus est, sed insuper collatū insignis prophetiæ, tum de puero, tum de CHRISTO munus, quod aperit Lucas, dicens. ¶ Apertū est autē illico os eius, & lingua eius, & loquebatur benedicens deū. Et factus est timor super omnes uicinos eorū, & super omnia montana Iudææ diuulgabantur omnia uerba hæc, & posuerūt omnes qui audierāt, in corde suo, dicentes: Quis putas puer iste erit? Etenim manus domini erat cum illo. ¶ Quod loquebatur Zacharias benedicēs deum: laus ea erat, quæ postea ponetur: Benedictus dominus deus Israël, quia uisitauit & fecit redemptionem plebis suæ. Et factus est timor, & timor quidem domini super omnes uicinos eorū, qui hæc & uidebant, & audiebāt. Et late hæc fama per omnia montana Iudææ dispergebatur. Et uoluntates animo quis tantorum prodigiorum exitus esse posset, admirabūdī dicebāt: Quis nā puer iste erit? Nec ab re: nā manus domini, id est spiritus sanctus, erat cū illo, quo adhuc ex utero matris, iuxta angeli oraculum, repletus erat. At nūc laudē, quam

- restituto sermone loquebatur Zacharias, quæ laus est & prophetia, subiūgit Lucas,  
 20 » dicens. ¶ Et Zacharias pater eius, repletus est spiritu sancto, & prophetauit, dicens:  
 » Benedictus dominus deus Israël: quia uisitauit, & fecit redemptionem plebis suæ. Et  
 » erexit cornu salutis nobis in domo Dauid pueri sui: Sicut locutus est per os sanctorū,  
 » qui à seculo sunt prophetarū eius. Salutē ex inimicis nostris, et de manu omnium qui  
 » oderunt nos. Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris, & memorari testa-  
 » menti sui sancti. Iusurandū quod iurauit ad Abraham patrem nostrū, daturum se no-  
 » bis: Vt sine timore, de manu inimicorum nostrorū liberati, seruiamus illi. In sanctitate  
 » præbuis enim ante faciē domini parare uias eius: Ad dādā scientiā salutis plebi eius,  
 » in remissionem peccatorū eorum. Per uiscera misericordiæ dei nostri, in quibus uisita-  
 » uit nos oriēs ex alto. Illuminare his qui in tenebris, & in umbra mortis sedent, ad diri-  
 » gendos pedes nostros in uiam pacis. ¶ Nimirum inter natos mulierū ueteris legis,  
 non surrexit maior Ioanne Baptista: quādoquidem nō solum ipse, sed & causa ipsius,  
 & pater & mater eius repleti fuerunt spiritu sancto: hoc autē totum & ipsius & pa-  
 tris & matris eius, gratia CHRISTI fuit. Et de plenitudine, inquit, eius nos omnes ac-  
 cepimus, gratiā pro gratiā, nouā pro uetere. Hæc autem sola dei in CHRISTO bene-  
 dictio, quā testificatus est spiritus cum per Zachariā in hæc uerba prorupit: Benedi-  
 ctus dominus deus Israël. Cū in laude & prophetia dicitur, quia uisitauit & fecit: hæc  
 præterea certitudinem indicant, perinde ac si iam uisitatio & redemptio facta fuisset,  
 quæ haud multo post per CHRISTVM implenda erat. Et cornu salutis: potentiā, for-  
 titudinē, protectionem Mesia, qui futurus erat è domo & familia Dauid, et omnium  
 facturus salutē: Sicut locutus fuerat per os suorum sanctorum prophetarum, qui lue-  
 runt à seculo. De hoc enim habetur Psalmo cētesimo trigessimoprimo: Quoniam ele-  
 git dominus Sion, elegit eam in habitationem sibi. Et subditur: Illuc producā cornu  
 Dauid, parauit lucernam CHRISTO meo. ubi cornu, dictum est de CHRISTO: lucer-  
 na de Ioanne Baptista. Et Hieremiæ uigesimalotertio: Ecce dies ueniūt, dicit dominus,  
 & suscitabo Dauid germē iustū, & regnabit rex & sapiēs erit, et faciet iudiciū & iusti-  
 tiam in terra. & subditur: In diebus illis saluabitur Iuda, & Israël habitabit confiden-  
 ter. Et hoc est nomen, quod uocabunt eum, dominus iustus noster. & rursus: Tu er-  
 go ne timeas serue meus Iacob, ait dominus, & ne pauas Israël: quia ecce ego salua-  
 bo te de terra longinqua, & semen tuum de terra captiuitatis eorum. Et Psalmo se-  
 ptuagesimotertio: Deus autem rex noster ante secula, operatus est salutem in medio  
 terræ. Et ad quid erexit cornu salutis in domo Dauid pueri sui: Vt afferret nobis salu-  
 tem, & saluaret nos. A quibus: Certè ab inimicis nostris, & de manu omniū qui ode-  
 runt nos. Inimici autem nostri, & qui nos maxime oderunt, ut qui nobis uitā inuidēt,  
 & nos in perpetuū perdere festināt: sunt spiritus tenebrarum, contra quos à deo per  
 CHRISTVM suum nobis certissima salus obuēnit. Ad quid insuper erexit cornu sa-  
 lutis in domo Dauid pueri sui: Vt faceret misericordiam cum patribus nostris, et me-  
 mor esset testamenti sui sancti. Et exhiberet iusurandum, quod iurauit ad Abrahā pa-  
 trem nostrum. De pacto domini ad Abraham legitur Genesis decimosextimo: Ego  
 sum, & ponā pactum meum tecum, erisq; pater multarum gētium. Sed quod est pa-  
 ctum & testamentum sanctū: Testamentum non primū illud & uetus literæ, sed se-  
 cundum & nouum spiritus, ad quod præcipue dandum, cornu salutis in domo Da-  
 uid, erectum est. De quo Hieremiæ 31. Ecce dies ueniēt, dicit dominus, & feriam do-  
 muī Israël, & domui Iuda foedus nouum, non secundum pactū, quod pepigi cū pa-  
 tribus uestris, & subditur: Dabo legem meā in uisceribus eorū, & in corde eorū scri-  
 bam eam. Hæc autem lex, hoc testamentū cuius ut memor esset, uenit filius dei: tan-  
 to sanctius priore est, quanto spiritus litera sanctior est: adeo ut per eminentiam san-  
 ctum dicatur.

ctum dicatur. De iuramento autē ad eundem Abrahā, legitur etiā Genesis cap. uige-  
 simo secundo: Per memetipsum iuravi, dicit dominus: quia fecisti hanc rem, & nō pe- Gen. 22  
 percisti filio tuo unigenito propter me: benedicam tibi, & multiplicabo semen tuū sicut  
 stellas cœli, & ueluti arenam, quæ est in litore maris: possidebit semen tuū portas  
 inimicorū suorum, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ: quia obedisti  
 uoci meæ. Hoc est iusurandū quod iurauit deus, ut daret filijs Abrahæ, qui sunt filij  
 fidei, ut de manu, de potestate inimicorū nostrorū, tam spiritalium, quæ sunt spiritua-  
 les nequitia, quàm carnaliū, quæ sunt noxiæ concupiscentiæ, sua gratia & misericor-  
 dia liberati, spirituales que effecti, intrepide seruiremus ei in omni sanctimonía spiri-  
 tualis uitæ, iustitiæque spiritus, corā ipso omnibus diebus nostræ, et præsentis et futuræ  
 uitæ. Quod subiūgitur: Et tu puer, propheta altissimi uocaberis: prophetia est de Ioan-  
 ne, qui propheta fuit CHRISTI, cum dicebat: Post me ueniet, qui ante me factus est,  
 cuius nō sum dignus soluere corrigiam calceamenti. Et nō solū propheta, sed & plus  
 quàm propheta: quia illū mōstrauit, illū baptizauit. Et cū dicitur, altissimi, spiritus Za-  
 chariæ testatur CHRISTVM altissimū deū esse. Quod similiter indicat, Præibis enim  
 ante faciem domini, parare uias eius. Nam is ante cuius faciem præibat, erat CHRIS-  
 TVS dominus, id est deus. Præibat autem ut pararet uias eius. Quomodo? Con-  
 fessione peccatorū, baptismo aquæ, & pœnitentia, id est resipiscencia prioris uitæ, ut  
 parati aptique essent ad scientiam nouæ legis. Vt & hic gratia cuius hæc preparatio fi-  
 eret, subditur: Ad dandam scientiam salutis plebi eius, in remissionem peccatorum  
 eorum. Vt ipse dominus daret scientiam, cognitionem, institutionemque salutarem  
 sic paratæ plebi suæ, in remissionem peccatorum eorum. non enim in doctrina Ioan-  
 nis, peccatorum remissio, sed præparatio: sed in doctrina CHRISTI. Ideo hæc parti-  
 cula, parare uias eius, bono iure ad Ioānem pertinet. Et hæc, τοῦ δούνα γινώσκειν, ut det  
 scientiā, siue potius cognitionē, respicere potest id quod refert eius, & CHRISTVM.  
 Et tunc sensus est, Vt ipse dominus det scientiam salutis plebi suæ, in remissionē pec-  
 catorū eorū: quod nimirū pertinet ad CHRISTVM, quia remittere peccata non est  
 præparantis, sed præparata consummantis. At uero si contendas id, Ad dandam sci-  
 entiam, pertinere ad Ioānē, haud multum refragabor, ut sit sensus: Præibis ante faci-  
 em domini, ut pares uiam eius, ut des γινώσκειν, id est cognitionem salutis plebi eius in  
 remissionem peccatorum eorum: quia in eādē intelligentiam recidit. nam quid est,  
 ut des cognitionē salutis, nisi cognitionem Mesia, quem angelus ideo prænunciauit  
 Ioseph IESVM nominandum, quia ipse saluatorus esset populum suum à peccatis  
 eorum. Et de quo Esaias 46. Propè feci iustitiam meam, non elongabitur, & fa- E[4.46]  
 lus mea non morabitur. Dabo in Sion salutem, & in Israël gloriam meam. Sensus er-  
 go est, Præibis ante faciē domini, ut des cognitionem salutis, id est Mesia, plebi eius,  
 in remissionem peccatorum eorum: siquidem ex cognitiōe & fide eius, remissio pec-  
 catorum. Non igitur ex operibus & iustificationibus legis hæc remissio peccatorum  
 facienda erat, sed per id quod dictum est, & quod subdit, cum ait: Per uiscera miseri-  
 cordiæ dei nostri, in quibus uisitauit nos oriens ex alto. Hæc, noua iustificatio. Paratis  
 & CHRISTVM cognoscentibus, peccata remittuntur, non ex iustificationibus legis,  
 nō ex operibus: sed per profundissimā illā misericordiam dei nostri, patris æterni, qua  
 nos ἀνατολή, id est oriēs, sol iustitiæ, dei filius uisitauit nos ex alto, è sinu patris, è sum-  
 mo throno gloriæ ad nos descēdens. De quo dicitur Zachariæ 3, Ecce enim ego ad- Zach. 3.  
 ducā seruum meū, orientē, & Malachiæ quarto: Et oriētur uobis timentibus nomen Malach. 4.  
 meū, sol iustitiæ. Sed ad quid insup uisitauit nos sol ille exoriēs, sol iustitiæ, ex alto? Sa-  
 nè ut illuceret nobis, in tenebris, et in umbra mortis sedētibus: quòd luce uisæ æterni  
 solis) dirigere possemus pedes nostros, affectus, actusque nostros in uia æternæ pacis.  
 Qui sedebāt in tenebris, maxie erāt gētes: q in umbra mortis, Iudæi: nā i umbra legis

21 » sedebant, quæ eos cum nullus faceret legem, perducebat ad mortem: à quibus tenebris, & à qua umbra, illustratio aduentus CHRISTI liberat, per gratiam ad pacem & uitam adducendo. Hæc est laus simul & magnifica prophetia spiritu sancto afflata Zachariæ. Qua posita, de puero nato adjicit Lucas, dicens. ¶ Puer autem crescebat & confortabatur spiritu: & erat in desertis usque in diem ostensionis suæ ad Israël. ¶ Adolescebat puer, & spiritus domini indies apparebat in eo potentior. Et cum primū per ætatem licuit, ad deserta sese contulit, ibi duriores quàm apud parentes uitam acturus: quando quidem & ætas firmior spiritū fortiorē sequi potuit: quanquā & apud parentes delicatā uitā non egisse, satis intelligitur, cui nunquā ex mandato angeli datū fuit uinū, nunquā sicera, aut quod inebriare potest. Quod si in potu à puero iugerat delicias, in cibo quoque fugisse illas qui ab utero sanctus erat, & spiritu sancto plenus, nulli dubium esse potest: cum uerisimile sit, ut qui ceteros ad CHRISTVM erat præparaturus, ipse maxime omnium esset præparatus: non enim qui sunt eiusmodi, spiritu suo sed spiritu dei reguntur. Et ab ineunte ætate in desertis mansit, uitā uiuens <sup>eremiticā</sup> ac solitariam, sed omnium qui præcesserant maxime austerā: idcirco non suis uiribus, sed spiritus sancti dono. Hoc autem fecit usque ad tempus manifestationis suæ: quæ fuit, cum uerbū domini factū est super eum in deserto, sub monarchiæ moderatore Tyberio, & præside Iudææ Pontio Pilato: quando deserta egressus, uenit in omnē regionem circa Iordanem, baptismum pœnitentiæ prædicans, ut ex hoc euangelio, cap. tertio cognoscitur. Et hæc fuit uita Ioannis Baptistæ, & prima ostensio eius ad Israël: qui ut paulo ante CHRISTVM natus fuerat, ita etiam paulo ante ipsum manifestatus est, tanquam quidam lucifer, qui orientem solem è uicino præueniens, illum adnunciat: qui est CHRISTVS IESVS super omnia benedictus: Cui cū patre æterno, & spiritu sancto, sit honor, gloria & potestas in omnia seculorum secula. Amen.

## CAPVT SECVNDVM.

- 22  Actum est autem in diebus illis, exiit edictum à Cæsare Augusto, ut describeretur uniuersus orbis. Hæc descriptio prima, facta est à præside Syriæ Cyrino. Et ibant omnes ut profiterentur, singuli in suam ciuitatem. Ascendit autem & Ioseph à Galilæa de ciuitate Nazareth in Iudæam, 5 ciuitatem Dauid, quæ uocatur Bethleem: eo quod esset de domo et familia
- 23 Dauid, ut profiteretur cū MARIA despōsata sibi uxore prægnate. ¶ Factū est autem cū essent ibi, impleti sunt dies ut pareret. Et peperit filiū suū primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præsepio: quia non
- 24 erat ei locus in diuersorio. ¶ Et pastores erant in regione eadem uigilantes, & custodientes uigilias noctis super gregem suum. Et ecce angelus domini stetit iuxta illos, & claritas dei circumfulsit illos, & timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus: Nolite timere. Ecce enim euāgelizo uobis gaudiū magnū, quod erit omni populo: quia natus est uobis hodie saluator, qui est CHRISTVS dominus, in ciuitate Dauid. Et hoc uobis signū: 15 Inuenietis infantem pannis inuolutum, & positum in præsepio. Et subito facta est cum angelo multitudo militiæ cœlestis, laudantium deū, & dicentium: Gloria in altissimis deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis.
- 25 ¶ Et factū est, ut discesserūt ab eis angeli in cœlum: pastores loquebantur adinuicem

- 20 adituicem: Transeamus usque Bethleem, & uideamus hoc uerbum, quod factum est, quod fecit dominus, & ostendit nobis. Et uenerunt festinantes, & inuenerunt **MARIAM** & **Ioseph**, & infantem positum in præsepio. Videtes autem cognouerunt de uerbo, quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierāt, mirati sunt: & de his quæ dicta erāt à pastoribus ad ipsos. **MARIA** autem conseruabat omnia uerba hæc, conferens in corde suo. ¶ Et reuersi sunt pastores, glorificantes & laudātes deū in omnibus, quæ audierant & uiderant, sicut dictum est ad illos. ¶ Et postquā cōsummati sunt dies octo, ut circūcideretur puer, uocatū est nomen eius **IESVS**, quod uocatū est ab angelo priusquā in utero cōciperetur. ¶ Et postquā impleti sunt dies purgationis eius, secundum legē **Moyse**, tulerunt illū in **Hierusalē**, ut sifteret eū domino, sicut scriptum est in lege domini: Quia omne masculinum adaperiens uulnam, sanctum domino uocabitur: & ut darent hostiam secundū quod dictum est in lege domini, par turturū aut duos pullos columbarū. ¶ Et ecce homo erat in **Hierusalē**, cui nomē **Symeon**. Et homo iste iustus & timoratus, expectans consolationem **Israël**: & spiritus sanctus erat in eo. Et responsum acceperat à spiritu sancto, nō uisurū se mortē, nisi prius uideret **CHRISTVM** domini. Et uēnit in spiritu in templū. Et cum inducerent puerum **IESVM** parentes eius, ut facerent secundū consuetudinem legis pro eo: & ipse accepit eum in ulnas suas, et benedixit deū, & dixit. ¶ Nunc dimittis seruum tuum domine, secundū uerbum tuū in pace. Quia uiderunt oculi mei salutare tuū, Quod paraisti ante faciē omnium populorū: Lumen ad reuelationem gentiū, & gloriā plebis tuæ **Israël**. ¶ Et erat pater eius & mater eius, mirātes super his, quæ dicebātur de illo. Et benedixit illis **Symeon**, & dixit ad **MARIAM** matrē eius: Ecce positus est hic in ruinā & in resurrectionem multorum in **Israël**, & in signum cui contradicetur. Et tuā ipsius animam pertransibit gladius, ut reuelētur ex multis cordibus cogitationes. ¶ Et erat **Anna** prophetissa, filia **Phanuel** de tribu **Aser**: hæc processerat in diebus multis, & uixerat cum uiro suo annis septem à uirginitate sua. Et hæc uidua usque ad annos octogintaquatuor, quæ non discedebat de templo, ieiuniis & obsecrationibus seruiens nocte ac die. Et hæc ipsa hora supueniēs, cōfitebatur domino, & loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem **Israël**. ¶ Et ut perfecerunt omnia secundum legem domini, reuersi sunt in **Galilæam**, in ciuitatem suam **Nazareth**. Puer autem crescebat, & confortabatur, plenus sapientia, gratia dei erat in illo. Et ibāt parentes eius per omnes annos in **Hierusalem** in die solenni paschæ. ¶ Et cum factus esset annorum duodecim, ascendentibus illis **Hierosolymam**, secundum consuetudinem diei festi, cōsummatisq; diebus cum redirent, remansit puer **IESVS** in **Hierusalem**, & non cognouerūt parentes eius. Existimantes autē illū esse in comitatu: uenerunt iter diei, & requirebant eū inter cognatos & notos, Et non inuenientes, regressi sunt in

Hierusalem, requirentes eum. Et factū est post triduum, inuenerunt illum in templo, sedentē in medio doctorum, audientem illos, & interrogantem eos. Stupebant autem omnes, qui eū audiebant, super prudentia & responsis eius. Et uidentes admirati sunt. Et dixit mater eius ad illum: **35** Fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolētes quærebamus te. ¶ Et ait ad illos: **65** Quid est, quod me quærebatis? Nesciebatis, quia in his, quæ patris mei sunt, oportet me esse? Et ipsi non intellexerūt uerbū, quod locutus est ad eos. **36** ¶ Et descendit cum eis, & uēnit Nazareth, & erat subditus illis. Et mater eius conseruabat omnia uerba hæc in corde suo. Et IESVS proficiebat sapientia, & ætate, & gratia apud deum & homines. **70**

ANNOTATIONES BREUES XLIX. CIRCA LITERAM CAP. II.

<p><b>1</b> edictum λόγμα decretum</p> <p><b>2</b> describeretur ἀπογράφεισθαι</p> <p><b>3</b> facta est – à</p> <p><b>3</b> Cyrino. κυρνήϊου</p> <p><b>4</b> profiterentur, ἀπογράφεισθαι &amp; infra, * εἰς in</p> <p><b>6</b> Iudæam,</p> <p><b>7</b> prægnante. ὄσση ἐγκύβη</p> <p>quæ erat prægnans</p> <p><b>10</b> ei αὐτοῖς plurale.</p> <p><b>10</b> uigilantes, ἀγρυπνοῦντες in agro pernoctantes</p> <p><b>11</b> uigilias φυλακὰς custodias</p> <p><b>12</b> claritas δόξα gloria</p> <p><b>16</b> pānis inuolutū, – &amp;</p> <p><b>18</b> pax, * ἐν in</p> <p><b>18</b> bonæ uoluntatis. εὐδοκία bona uoluntas, beneplacitum rectus.</p>	<p><b>19</b> in cœlum * καὶ οἱ ἄνθρωποι &amp; homines</p> <p><b>19</b> loquebantur εἶπον</p> <p><b>21</b> dicebant</p> <p><b>21</b> quod – fecit</p> <p><b>21</b> dominus – &amp;</p> <p><b>21</b> ostendit ἐγνώρισεν</p> <p>notum fecit</p> <p><b>23</b> Videntes autem ἰδόντες δὲ</p> <p>Cum autē uidissent</p> <p><b>23</b> cognouerant διεγνώρισαν</p> <p>diuulgauerunt, notum fecerunt</p> <p><b>24</b> mirati sunt, – &amp;</p> <p><b>26</b> in omnibus ἐπὶ πάντων</p> <p>super omnibus</p> <p><b>28</b> puer * καὶ &amp;</p> <p><b>30</b> eius αὐτῶν plurale, ut referat MA RIAM &amp; puerum</p> <p><b>35</b> timoratus, ἐυλαβής</p> <p>pīus, religiosus</p> <p><b>36</b> in eo ἐν αὐτῷ</p> <p>super eum.</p> <p><b>38</b> parentes – eius,</p>	<p><b>43</b> pater eius Ἰωσήφ Ioseph</p> <p><b>45</b> cui contradicitur, ἀντιλεγόμενον</p> <p>præfens.</p> <p><b>46</b> ipse αὐτῆς</p> <p>foemīninum.</p> <p><b>48</b> uiro – suo</p> <p><b>50</b> obsecrationibus δεήσεις</p> <p>deprecationibus</p> <p><b>50</b> seruiens λατρεύουσα</p> <p><b>51</b> superueniens, ἐπιβάσα</p> <p>assistens</p> <p><b>51</b> confitebatur ἀνωμολογήτο</p> <p>uicissim confitebatur</p> <p><b>52</b> redemptionem * ἐν in</p> <p><b>52</b> Israël. ἐν ἱερουσαλήμ in Hierusalem.</p> <p><b>53</b> secundum legem τὰ κατὰ νόμον</p> <p>quæ secundum legem</p> <p><b>54</b> confortabatur ἐκραταιοῦτο</p> <p>corroborabatur * πνεύματι</p> <p>spiritu, in illo ἐπ' αὐτῷ</p>
--	---	--

super

55 super illum  
per omnes annos  
κατ' ἔτος  
annue,  
quotannis  
59 parentes  
ἰωσήφ καὶ ἡ μήτηρ

60 Ioseph & mater  
non inuenientes  
\* αὐτῶν eum,  
62 doctorum,\* καὶ &  
63 prudentia  
τῆ συνέσει  
intelligentia

64 Et uidentes  
\* αὐτῶν eum,  
64 admirati sunt.  
ἐξεπλάσθησαν  
attoniti facti sunt  
68 uenit \* εἰς in

## COMMENTARIVS IN CAPVT SECVNDVM.



Ost sex ferme mēses à natiuitate Ioannis, exijt decretum à Cæsare Augusto, ut censeretur uniuersus orbis. Quod subdit Lucas, dicens. ¶ Factum est autē in diebus illis, exijt edictum à Cæsare Augusto, ut describeret uniuersus orbis. Hæc descriptio prima, facta est à præfide Syriæ Cyrino. Et ibant omnes, ut profiteretur, singuli in suam ciuitatē. Ascendit autem & Ioseph à Galilæa de ciuitate Nazaret in Iudæam, ciuitatē Dauid, quæ uocatur Bethleem, eo quod esset de domo & familia Dauid, ut profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore, prægnante. ¶ Quod Augustus Cæsar emisit hoc de censendo uniuerso orbe decretum 42. (ut uolunt) regni sui anno, hoc signum fuit uniuersæ pacis: quæ non propter ipsum, sed propter aduentum filij dei in mundum, data est. Sicut de eo scriptum fuerat: Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis. Quamquam & hoc de iustitia & abundantia pacis secundum spiritum intelligitur, quæ in eo duratura est usq; ad mutabilitatis & corruptibilitatis omnis ablationē. Quod autem hic dicitur, Hæc descriptio prima facta est præfide Syriæ Cyrino, innuit quod aliæ quoque descriptiões postea factæ sunt in Iudæa: ut ea de qua loquitur Iosephus in fine 17. antiquitatum, etiam facta sub Cyrino (quem Latini, ut reor, Quirinum appellant) dicēs: Archelai uero regio tributaria facta, Syriæ dispensationi coniungitur. Interca Cyrenus uir consularis à Cæsare destinatur, censum in Syria dispositurus. Illa de qua loquitur Lucas, uiuente Herode facta est: de qua autem Iosephus, eodē mortuo, & Archelao filio eius iam regnādī autoritate priuato. Alia ergo fuit, ac multo posterior. Ac primam quidem Lucas exprimit in tribu & familia Dauid factam: nec ab re quidem, ut quæ omnium longe præclarissima, & maxime insignis erat: sic etiam spiritu dei disponēte, ut mysterium incarnati filij dei agnosceretur, quemadmodum scriptum erat Psalmo octogesimo sexto, iuxta interpretationē Hebraicam: Dominus narrabit scribens populos, iste natus est tibi. Et cantores quasi in choris, oēs fontes mei in te. Quid est, Dominus narrabit scribēs populos, nisi cū describerent populi: quod impletū est, cū exijt edictū à Cæsare Augusto, ut describeret uniuersus orbis. Quid cātōres quasi in choris, nisi angeli, q; cecinerūt, Gloria in altissimis deo: Quid oēs fontes mei, nisi apostoli & discipuli doctrinam CHRISTI recipientes, & illam ad alios transfundentes? Et profitebātur singuli in eis ciuitatibus, quæ suæ erant familiæ. Vbi statuti erant commentarienses, qui accedētium nomina exciperent iuxta decreti ordinationem. Itaque cum Ioseph esset de domo & familia Dauid, ascendit à Nazaret ciuitate Galilææ in Bethleem ciuitatem Dauid, ut profiteretur: nō ipse quidem solus, sed cum Maria desponsata sibi uxore, quæ erat pregnans: immo iam partui uicina. Profitetur Ioseph, quia de familia Dauid, & cum MARIA desponsata sibi uxore: & sic desponsata, quod semper sponsa, & ipse semper sponsus solum, quia & ipsa erat de familia Dauid: alio qui alibi fuisset professura, & illuc non uenisset tam uicina partui. Sed ad hoc uenit, ut profiteretur, tum ut indubitato cognosceretur esse de domo et familia Dauid: tum ut CHRISTVS, qui dicitur filius Dauid, in Bethleem nasceretur. Hæc enim omnia, diuina gerebātur prouidentia, & inscrutabili dei sapiētia. Quod aperit Luc. dicēs. ¶ Factum est autē cū essent ibi, impleti sunt dies ut pareret. Et peperit filiū suū primogenitū, & pā

Psal. 71:1

Psal. 86:6

23

nis eum inuoluit, & reclinauit eum in praesepio: quia non erat ei locus in diuersorio. **¶** Tēpus quod naturæ præfixerat, cōditor naturæ obseruare uoluit, supra naturā na sciturus: nam ex uirgine, & nullo dolore, peperit ergo uirgo filium suū primogenitum, et unigenitū in tempore, qui primogenitus & unigenitus erat in aeternitate: qui enim in aeternitate unigenitus erat, non poterat in tēpore nisi unigenitus esse. Et panis, id est fascijs eum inuoluit: id enim *ἑσθας γάλακτος* designat. Vnde intelligitur uirgo beatissima uenisse non imperata, ut filio regis aeterni, quem posset, ut mater exhiberet honorem. Et quid nō fecisset, quæ spiritu dei agebat omnia: Et reclinauit eum in praesepio. Per hoc autem quod inuoluit dominum fascijs, et tam diligenter reclinauit eum in praesepio: manifestatur illæsa uirginitate peperisse, & sine dolore, id est aliter quàm cæteræ mulieres, quæ maledictioni primæ parentis Euae sunt obnoxia. Inuoluit ergo eum pānis: sed quis dubitat ipsum ab ea prius adoratū, quàm inuolutū: Cur enim non adorasset, quem ex angelo & spiritu sancto, qui intra ipsam habitabat, didicerat esse filium altissimi: Et reclinauit eū in praesepio. Sed cur in praesepio: Quia non erat ei locus in diuersorio: tāta enim multitudo describendorū præoccupauerat locū, ut iam diuersoria hospitibus plena essent. Et hoc quoq; diuino consilio factum est, ut sola esset cum pareret: tum ut esset semper uirgo abscondita, solo suo sponso uirginitatis custode conscio: tum ut à posteris intelligeretur uirgo peperisse, cum nullo indiguerit obstetricum adminiculo, neque ullius ad infantis apparatus, et ad eum huc et illuc transferendum auxilio: sed ipsamet non in lecto super illum excubias fecerit, sed stans, agilis & alacris cum angelis dei ad sanctum praesepe uigilauerit, unā cum Ioseph, qui diuinum adorabat mysterium. In quo enim loco potuit decentius parere, ut uideretur, neque obstetricante, neque confortante, neque lecto aut culcitris eguisse: Quàm uani ergo & ridiculi sunt, qui sinūt uirginē puerperā lecto decumbentem aut sculpi, aut depingi: quasi fomentis & subsidijs plurimis more aegrotantium puerperarum egentē, perinde ac si cū dolore peperisset: Et quàm stulti, qui à natiuitate ad purificationē usq; sabbatis carnū usum ob uirginis puerperium, quasi tunc uirgo ipsa mollioribus cibis ob partū indiguerit, permittūt: Insana profecto est hæc representatio, qua neq; magis probanda est gulosa illa, nō pietas, sed indulgētia. Quæ quis à spiritu dei esse putet: Sunt etiam qui putent super hoc mysterio id oraculi uice habendū esse: Cognouit bos possessorē suū, et asinus praesepe domini sui, quod quidē apertius fuisset, si euangelista de boue & asino mentionem fecisset. Quāquam & in eo capite

**Esai. 1.**  
**Roma. 9.**  
**24** **¶** Esaiā de CHRISTO loqui, testis est Paulus ad Romanos. **CHRISTVM** etiā in praesepio reclinari decuit, ut pastores indicium agnoscerēt Messiae nati nūciāte angelo: quod subdit Lucas, dicēs. **¶** Et pastores erāt in regione eadem, uigilantes & custodiētes uigilias noctis super gregem suū. Et ecce angelus domini stetit iuxta illos, & claritas dei circumfulsit illos, & timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus: Nolite timere. Ecce enim euāgelizo uobis gaudiū magnū, qd' erit omni populo: quia natus est uobis hodie saluator, qui est **CHRISTVS** dominus, in ciuitate Dauid. Et hoc uobis signum. Inuenietis infantem pannis inuolutū, & positū in praesepio. Et subito facta est cum angelo multitudo militiæ coelestis, laudantium deū, & dicentium: Gloria in altissimis deo, & in terra pax hominibus bonæ uolūtatis. **¶** Per pastores istos, nōne intelligendi sunt pastores nouæ legis, qui uigilare debent uigilias noctis super populū, ne in nocte peccati, fures & lupi spirituales deprædentur, aut iugulent gregem dominicum: Sic autem uigilantes angelicam circumstare turbam, cuius officium est perennitèr laudare deum, hic indicatur: sed & ad ipsos præcipue cognitionem dei pertinere, & primariam eiusce rei alijs manifestandæ facultatem. Ergo pastores Bethleemiticæ regionis uigilabant uigilias noctis super gregē, ne nocturni fures, lupi, leones, & cætera id genus noxia illius regionis animalia gregē diriperēt: & angelus domini stetit iuxta

iuxta illos, & claritas dei circumfulsit illos: quos præ insolito iubare stupentes, iussit bono esse animo: quia non timorem, sed securitatem: non tristitiam, sed gaudium magnum, quod futurum erat omni populo, non solum Iudaicæ nationis, sed & uniuersarum totius terræ, nunciaret. Et quodnam esset illud, indicauit, subdens: Quia natus est uobis hodie saluator, qui est CHRISTVS dominus, in ciuitate Dauid. Natus est, inquit, uobis (scilicet hominibus) hodie saluator: nam natus est hominibus saluator, non angelis, etsi natus est angelis glorificator: non enim uenit ad saluandos angelos, sed homines. & subiunxit: Qui est CHRISTVS dominus, ubi & deum fatetur qui natus est, & dominum angelorum. Sed & locum signauit, ciuitatem scilicet Dauid, quæ est Bethleem. Qui etiam locus natiuitati eius debebatur, tum ex oraculo Micheæ (Et tu Bethleem, Ephrata: paruulus ut sit in milibus Iuda, ex te mihi egredietur, ut sit dominator in Israël) tum quod domus panis dicitur: CHRISTVS autem dominus, panis angelorum, panis qui de cælo descendit, panis qui uitam præstat æternam: quare & in domo panis cõsentanee nasci uoluit. Postremo dedit pastoribus signum, quo ab alijs infantibus Mesiam discernant. Inuenietis (inquit) infantem fasciis inuolutum: non purpura, non auro, gemmisque ornatum: non in molli lecto iacentem, sed in præsepio reclinatum: qui uenit ut principem superbie calcaret, qui est princeps huius mundi. In tali humilitate ostendere uoluit sui aduentus exordium, & hoc suis pastoribus. Quo signo pastoribus dato, facta est cum angelo qui locutus est, multitudo angelorum deum laudantium, & tria imprecantium: deo, gloriam in altissimis: terræ, pacem: & hominibus, bonam uoluntatem. Sic enim Græce habetur: *δοξα ἐν ὑψιστοις θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εὐεχία, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία*. Gloria in altissimis deo, & in terra pax, in hominibus bona uoluntas. *εὐδοκία* enim & rectus est, & bonam uoluntatem ac beneplacitum significat, ut sit sensus: Gloria in altissimis deo, et in terra pax, in hominibus beneplacitum. Vbi ista tria etiã intelligi possunt ab angelis assertorie dicta. Primũ, quod gloria esset deo in altissimis. Secundũ, quod pax dei reddita esset terris, cuius etiã pax uniuersalis terrena signum erat. Tertiũ, quod beneplacitum esset deo in hominibus: nimirũ in uno homine deo ex uirgine nato. Ecce (dixerat angelus) euãgelizo uobis gaudiũ magnum, quod erit omni populo: quia natus est uobis hodie saluator, qui est CHRISTVS dominus. De quo pater dixit: Hic est filius meus dilectus in quo mihi *εὐδόκησα*, id est beneplacui. Cæterũ expositores Latini tertiã illã particulã aliter & legunt, & exponunt, nimirũ in obliquo: & ut sensus sit, quod pax terræ sit hominibus bonæ uoluntatis. Sed an recte, ipsi uiderint. Nos certè illã modo, quo supra diximus, & legendã & capiendam ex Græco reddidimus. Hæc igitur fuit plus quàm felix & beata (deo homine nato) multitudinis angelorum euãgelizatio: tunc enim impletum erat quod dictum fuerat per Esaiam: Paruulus enim natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus super humerum eius: & uocabitur nomẽ eius, admirabilis, cõsiliarius, deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Quod si tanta multitudo angelorum affuit pastoribus ad annũciandum CHRISTVM natum, quantã affuisse eius annũciationi, simul & incarnationi, et demũ ipsi ex uirgine nascenti credendum est: Quid autẽ abeuntibus angelis pastores fecerint, subdit Lucas, dicens. **C**Et factum est ut discesserunt ab eis angeli in cœlum, pastores loquebantur adinuicem: Trãseamus usque Bethleem, & uideamus hoc uerbum quod factum est: quod fecit dominus, & ostendit nobis. Et uenerunt festinantes: & inuenerunt MARIAM & Ioseph, & infantem positum in præsepio. Videntes autem cognouerunt de uerbo, quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierant, mirati sunt, & de his quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos. MARIA autem cõseruabat omnia uerba hæc, conferens in corde suo. **T**ransierunt ergo pastores festinãter in Bethleem, & inuenerunt MARIAM & Ioseph, & infantem positum in præsepio: quem cum uidissent, & (quod haud absimile uero est, & iam MARIA & Ioseph fecerant aut faciebant) pronis uultibus ador-

Mich. 7.

Matth. 3.

Esai. 9.

25

L



nō cōsummatis, & iā elapsis octo diebus. Et uocatū est nomē eius IESVS, quod uoca-  
 tum est ab angelo priusq̄ in utero conciperet̄. Quando uocatū est ab angelo priusq̄  
 in utero cōciperet̄: Sanē quādo missus ad uirginē, dixit ei: Ecce cōcipies in utero &  
 paries filiū, & uocabis nomē eius IESVM. ut cap. primo huius, numero 9. uisum est:  
 nondum enim in utero cōceptus erat. Sed uocatum etiā est ab angelo, postquam in  
 utero cōceptus est, quando scilicet locutus est angelus Ioseph, dicens: Ioseph fili Da-  
 uid, noli timere accipere MARIAM coniugem tuam: quod enim in ea natum est, de  
 spiritu sancto est: pariet autē filium, & uocabis nomen eius IESVM. ut Matthæi cap.  
 primo, numero 7. uisum est. Vocatum est ergo nomen eius, IESVS. A quibus: ni-  
 mirum à MARIA & Ioseph, qui hoc à deo per angelū acceperāt mandatū. Et post cir-  
 cuncisionem, elapsi sunt adhuc dies duo ac triginta, qui sunt purificationis à partu mu-  
 lieris, quæ peperit masculū. Quibus elapsis, MARIA & Ioseph tulerūt filiū dei in Hie-  
 rusalem: quod profequitur Lucas, dicens. ¶ Et postquam impleti sunt dies purga-  
 tionis eius secundū legem Moyse, tulerunt illū in Hierusalem, ut sifterent eum domi-  
 no, sicut scriptum est in lege domini: Quia omne masculinum adaperiens uulua, san-  
 ctum domino uocabitur: & ut darēt hostiam, secundum quod est in lege domini, par-  
 turturum, aut duos pullos columbarum. ¶ Neque lex de purificatione, pro uirgine  
 puerpera, neque lex de primogenitorum sanctificatione, pro Messia posita est. De pu-  
 rificatione Leuitici 12. sic habetur: Mulier si suscepto semine pepererit masculū, im-  
 munda erit septem diebus. & subditur: Et die octauo circuncidetur infantulus: ipsa  
 uero triginta tribus diebus manebit in sanguine purificationis suæ. Huic legi non  
 erat obnoxia uirgo, quæ nullo suscepto semine, de spiritu sancto concepit, & pepe-  
 rit. De sanctificatione uero Exodi tertio decimo scribitur hoc pacto: Sanctifica mi-  
 hi omne primogenitum, quod aperit uulua in filijs Israēl, tam de hominibus, quàm  
 de iumentis. Hac lege Messias, qui sanctificat omnia, non includebatur: nam utero  
 uirginis clauso, tanquam sponsus de thalamo suo, tanquam radius de lucida solis ca-  
 mera ad nos est egressus. Uterum uirginis figurabat porta Ezechielis, de qua ipse sic  
 loquitur: Et duxit me ad portam, quæ respiciebat ad uiam orientalem. Et ecce glo-  
 ria dei Israēl ingrediebatur per uiam orientalem. & subdit: Et conuertit me ad ui-  
 am portæ sanctuarij exterioris, quæ respiciebat ad oriētem, et erat clausa. Et dixit do-  
 minus ad me: Porta hæc clausa erit, & non aperietur, & uir non trāsiēt per eam: quia  
 dominus deus Israēl ingressus est per eam. Per portam quæ clausa est, & non aperie-  
 tur: qui est sacer uterus uirginis, et integra, inuiolataq̄ uirginitas eius: ingressus est ad  
 nos dei filiū. His igitur legibus, neq̄ hic, neque illa astringebatur. Quare ergo quasi  
 purificanda uirgo uēnit in templū, & quare tanq̄ sanctificandus, CHRISTVS domi-  
 no fuit oblatus: Mater Messie, sic uirgo esse debuit, quod uirgo abscondita: uēnit er-  
 go quasi purificanda. Sed & ipsa quæ purificatione non eguit, cum tota sancta in tē-  
 plum uēnit, omnium mulierum purificationem suppleuit: sicut & CHRISTVS obla-  
 tus, qui sanctificatione non egebat, cum totus sanctus, per se sanctus, & plusquā san-  
 ctus esset, omnes & qui erant, & qui fuerant, & qui futuri erant sancti, sanctificauit.  
 Illæ, in uirginis puritate, ut in suo sexu, quodāmodo purificatæ: isti, in Messie sanctita-  
 te, sancti. Sed illæ & isti, in hoc uno sancti & sanctificati omnes. Nūquam templo dei  
 talis præsentatio facta est, ut filium dei deo patri suo sifterent. Nunquam talis gloria,  
 nunquam talis magnificentia: ut iam impleri cœperit uaticinium Aggæi, quod locu-  
 tus erat illi deus, dicens: Hæc dicit dominus exercituum, Adhuc unum modicum est,  
 & ego cōmouebo cœlum & terrā, & mare & aridam, & mouebo omnes gentes, &  
 ueniet desyderatus cunctis gentibus, & implebo domum istam gloria, dicit domi-  
 nus exercituum. & subdit: Magna erit gloria domus istius nouissimæ plusquā pri-  
 mæ, dicit dominus exercituum. Et dederunt hostiam, secundum quod dictū est in lege

Matth. 1.

28

Leui. 12.

Exod. 13.

Ezech. 43.

Ezech. 44.

Agg. 2.

domini, par turturum, aut duos pullos columbarum. Hæc lex, Leuitici duodecimo  
*Leui. 12.* scripta est, ubi dicitur: Cumque expleti fuerint dies purificationis suæ pro filio, siue filia,  
 deferet agnum anniculum in holocaustum, & pullum columbæ, siue turturem pro pec-  
 cato. & subditur: Quod si non inuenit manus eius, nec potuerit offerre agnum, su-  
 met duos turtures, uel duos pullos columbarum: unum in holocaustum, & alterum pro  
 peccato: orabitque pro ea sacerdos, & sic mundabitur. Virgini quæ cum Ioseph iam sesqui  
 mestri spacio, uel amplius in Iudæa peregrina erat, procul exiens à domo sua, quæ  
 erat in Galilæa, in tanta profitentium turba, quæ augebat rerum precia, forte facultas  
 non affuit, ut agnum anniculum offerret. Sed an etiam offerre non debuit, quod CHRIS-  
 TVS dominus quem stitit domino, agnus ipse esset, non tunc, sed suo tempore pro  
 totius mundi uita immolandus: Obtulit ergo non solum agnum, sed omne sacrificium,  
 & omnium agnorum, ac sacrificiorum omnium ueritatem: sed & insuper par turtu-  
 rum, aut duos pullos columbarum. Vtrum autem illorum, non definiuit Euangelista: quia  
 uerba legis posuit, quæ indifferentiam relinquit. At uerisimilius est eam obtulisse par  
 turturum: tum quod turtures uirginis matris, & præsentati filij uirginis, mores magis  
 exprimerent: tum quod dominus in solstitio brumæ natus est, aut certe circa illud, post  
 quod primum columbæ nouorum foetuum studia resumere solent. Quare tempore pu-  
 rificationis, uix erant pulli columbarum: aut si erant, cum essent primi foetus, minus erant  
 salubres, & offerendo sacrificio minus apti. Turtures autem, per totum annum ad sa-  
 crificium apti seruabantur. Hinc uerisimile ac credibile est, duos turtures uirginem ob-  
 tulisse: unum in holocaustum, quod ardens cordis eius ad deum uerum, & uehemen-  
 ter urgens incendium non male exprimebat: alterum pro peccato, non certe suo, quæ  
 nullum habebat peccatum: sed Euæ & filiorum Euæ, qui illa hostia purificabatur. O  
 abscondita uirginitas, O sancta humilitas, & humilis sanctitas, quæ sicut illa, quæ in  
 dolore parit, quæque post partum immundæ sunt, & iustificatione egent, obtulit mu-  
 nus, quasi pro peccato suo: Sed qui aderant si illis mens ulla fuisset, eam nequaquam  
 ex sancto illo partu suo fuisse immundam, aut peccato ullo astrictam intelligere potue-  
 runt, uel ex ipso sancto sene Symeone, dicente Luca. ¶ Et ecce homo erat in Hieru-  
 salem cui nomen Symeon, Et homo iste, iustus & timoratus, expectans consolationem  
 Israël, & spiritus sanctus erat in eo. Et responsum acceperat à spiritu sancto, non uisurum  
 se mortem, nisi prius uideret CHRISTVM domini. Et uenit in spiritu in templum. Et cum in-  
 ducerent puerum IESVM parentes eius, ut facerent secundum consuetudinem legis  
 pro eo: & ipse accepit eum in ulnas suas, & benedixit deum. ¶ Symeon erat iu-  
 stus, quia diuinæ legis obseruator: & timoratus, quia timens & cauens ab omni-  
 bus, quibus dei offensam incurrere posset: & expectans consolationem Israël: quæ  
 erat aduentus Messiae, desiderium prophetarum & sanctorum, unus enim dicit:  
*Esai. 45.* Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum: aperiat terra & germinet saluato-  
*Esai. 63.* rem, & iustitia oriatur simul, & alibi: Attende de cœlo, & uide de habitaculo san-  
*Esai. 64.* cto tuo, & gloriæ tuæ. Vbi est zelus tuus & fortitudo tua: multitudo uiscerum tuo-  
*Esai. 49.* rum & miserationum tuarum: Et subdit: Tu domine pater noster, redemptor nos-  
 ter à seculo nomen tuum. & rursus: Utinam dirumperes cœlos & descenderes,  
 & alio loco: Miserator eorum reget eos, & ad fontes aquarum potabit eos. & sub-  
 dit: Laudate cœli, & exulta terra, Iubilate montes laudem: quia consolatus est do-  
 minus populum suum, & pauperum suorum miserebitur. Et Israël, non solum di-  
 cuntur ij, qui secundum carnem descenderunt de Israël: sed & sancti, fidelesque omnes,  
 qui CHRISTVM salutare dei recepturi erant. Et spiritus sanctus erat in Symeone, à  
 quo ipse de aduentu Messiae oraculum acceperat, se non moriturum, priusquam uideret  
 CHRISTVM domini. Qui cum inferendus esset à parentibus in templum, & domino  
 sistendus: ille à spiritu sancto admonitus, uenit in templum: ut aduenientem & uideret, &  
 cum gaudia

cum gaudio in ulnas suas exciperet: quod & fecit, & benedixit deū, in hunc hymnū  
 » per spiritum sanctum prorumpens, quem subdit Lucas, dicens. ¶ Et dixit: Nūc di- 30  
 » mittis seruum tuum domine, secundum uerbum tuum in pace: Quia uiderunt oca-  
 » li mei salutare tuum, Quod parasti ante faciem omnium populorum, Lumen ad re-  
 » uelationem gētiū, & gloriā plebis tuæ Israël. ¶ Hæc est laus, hæc gratiarum actio,  
 hæc benedictio, quam Symeon habuit ad deum. Nunc dimittis (inquit) seruum tuum  
 domine, secundum uerbum tuum in pace, quasi diceret: Hactenus dilatus est dies dor-  
 mitionis serui tui: at à modo domine finis me seruum tuum, impleto oraculo uo, abi-  
 re in pace, in locum pacis, non tormentorum: in sinum Abrahamæ, in stationem quie-  
 tam animarum. Quia uiderunt oculi mei salutare tuum. Oraculum enim quod ac-  
 ceperat, id fuerat, se non uisurum mortem, nisi prius uideret CHRISTVM domini,  
 quem & uiderat, & sanctis in gaudio complexatus ulnis fuerat, quem & salutare dei  
 appellat. Sed & ideo in locum pacis se abire dicit, quia uidit salutare: pax enim eius  
 CHRISTVS, salus eius CHRISTVS: salutare inquam, quod parauit deus ante faci-  
 em omnium populorum: quod parauit inquam per sanctum euangelium omni  
 nationi gentium reuelandum, quemadmodum & fuerat præuaticinatum. Videbunt  
 omnes fines terræ salutare dei nostri. & rursus: Notum fecit dominus salutare suum,  
 in conspectu gētiū reuelauit iustitiam suā. Ante faciem omnium populorum: quia  
 omnes gētes quæcunq; sunt saluandæ, in eo sunt salutem cōsecuturæ. Lumen ad re-  
 uelationem gentiū, & gloriā plebis tuæ Israël. Gentes erāt in tenebris, ad nullum ue-  
 ritatis lumē aspirātes. Quod autem in tenebris est, manet occultum, & ne se quidem  
 ipsum cognoscit: cum uero adest lumen, reuelatur manifestaturq; & se & alia uidere  
 potest. At hoc lumine sic reuelatae sunt, ut è tenebris egressæ, & deum & se agnosce-  
 re possent. At qui sunt Israël, in tenebris nō sunt, sed in luce: ut sancti & prophetae, &  
 his CHRISTVS ad gloriā uēnit. Hunc hymnum, & quod factum est, ut audierunt  
 & uiderūt MARIA uirgo mater, & sponus eius, uirginitatis custos, Ioseph, admira-  
 » bantur, ut subdit Lucas, dicēs. ¶ Et erat pater eius, & mater eius mirantes super his, 31  
 » quæ dicebātur de illo. Et benedixit illis Symeon, & dixit ad MARIAM matrem eius:  
 » Ecce positus est hic in ruinam, et in resurrectionem multorū in Israël, et in signum cui  
 » cōtradictetur. Et tuā ipsius animā pertrāsibit gladius, ut reuelētur ex multis cordibus  
 » cogitatiōes. ¶ Et erat (inquit) pater eius Ioseph, lege scilicet, nō natura: reputatione,  
 nō opere: & mater eius tū lege tum natura, imò supra naturā: mirātes nō tam de pue-  
 ro, quàm de Symeone: quia et his quæ dicta fuerāt à Symeone admirabiliora sciebāt,  
 scilicet quod natus esset ex uirgine, quod conceptus è spiritu sancto, & quod filius al-  
 tissimi, qui saluum facturus esset populum suum à peccatis eorum, & quē iam uene-  
 rāt angelico admonitu adorare pastores. Sed & hoc illis, & maxime Ioseph, admira-  
 tiōi esse potuit, quod Symeon dixit eū esse salutare ante faciē omniū populorū, & lu-  
 men ad reuelationē gentiū. Et patri putatiuo, & ueræ matri benedixit Symeon: non  
 quod esset sanctior, sed quomodo minores maioribus suis benedicunt: & quomodo  
 Elizabet matri dei benedixit, dicēdo: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fru-  
 ctus uētris tui. Et beata quæ credidisti, quoniā perficiētur ea, quæ dicta sunt tibi à do-  
 mino. Talis quædā putanda est Symeonis ad ipsos benedictio. Nisi etiā intelligamus  
 & Elizabet & Symeonē per spiritū benedixisse, & tunc spiritū dei per ipsos fuisse be-  
 nedicentē. Sed in super adiecit ad MARIAM, prophetiā de ijs quæ uētura erant, cum  
 ait illi: Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israël, & in si-  
 gnum cui contradicetur. In ruinam, quæ est descēsus in perditionem, incredulorum,  
 Et in resurrectionem, quæ est ascensus in uitam, credulorū. Quod & prædictum eti-  
 am inuenitur in Esaia, ubi dicitur: Dominum exercituum, ipsum sanctificate. Ipse pa- 32  
 uor uester, & ipse terror uester, & erit uobis in sanctificationē. In lapidē autē offensio-  
 nis.

Esa. 52.  
 Psa. 97.

nis & petram scandalī duabus domibus Israël, & in laqueum & in ruīnam habitantibus Hierusalem, & offendēt ex eis plurimi, & cadent & conterentur, & irretientur & capientur: & in signum cui contradicetur. Nam quantacūq; dominus signa faceret & prodigia, semper ei cōtradixerūt scribæ & pharisæi, qui & sibi Herodianos, id est Sadducæos adiunxere. De quo Esaias: Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi dominus in signum & portentum Israël. Et noluit spiritus Symeonis aperte uirgini dicere quod ab eis ignominiosa morte afficeretur: sed id, Et tuam ipsius (id est propriam) animam pertransibit gladius (quod de gladio compassionis in morte illius intelligunt multi) ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Quasi diceret: O uirgo, hic filius tuus erit in ruīnam multorum, & in resurrectionem multorum, & in portentum in mirabilibus operum uirtutibus: cui cōtradicetur, & morte afficietur, & tuam ipsius animam mortis eius pertransibit gladius: ut intelligas reuelatos etiam antequam sint, multorum hominum cogitatus. siquidē alij erunt cogitatus ijs quibus erit in ruīnam, alij ijs quibus in resurrectionem; alij signis eius contradicentibus, alij assentientibus. Sed quid si dictum illud Symeonis, Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, de gladio spiritus intelligatur? De quo Paulus ad Ephesios: Assumite gladium spiritus, quod est uerbum dei. & dominus in Matthæo: Nō ueni pacem mittere in terrā, sed gladium. Hic autem gladius, est arcanorum & secretorum dei apertio, & dei sermo docens & illustrans, penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingēs usq; ad diuisionem animæ ac spiritus, compagum quoq; ac medullarum, & discretor cogitationum, & intentionū cordis, Et haud scio cuius animam magis pertransijt hic gladius, quā uirginis sacratissimæ, ut iure potuerit illi dicere sanctus Symeon: Ecce positus est hic in ruīnam, & resurrectionem multorum in Israël: & in signū cui cōtradicetur: & nō est necessarium, ut hæc tibi ulterius aperiam: quia tuam ipsius animam pertransibit gladius, secretum scilicet reuelationum uerbum: ut cognoscere possis per spiritum sanctū ex multis cordibus cogitationes, ut reuelentur tibi ij, quibus erit in ruīnā, & ij quibus in resurrectionem in Israël, & ij qui in signis & uirtutibus eius sunt contradicaturi. Et iam etiam pertransierat, cum dixerat: Ecce ancilla domini. & cum in spiritu sancto prophetauit, & cecinit hymnū magnificentiæ dei, & benedictionis ac gloriæ suæ: ad eō ut neminem putem per spiritum CHRISTI fuisse mysteriorum uitæ scientiorem. Porro non solum Symeon in præsentatione infantis in templo, spiritus sancti afflatu uaticinatus est: sed & Anna, prophetissa, sancta in diuturna uiduitate anus, quæ sanctum Mesiam cum desiderio prætolabatur aduentum: similiter de puero, qui deus & dei filius erat, multa spiritu prophetico loquuta est, dicente Luca. ¶ Et erat Anna prophetissa filia Phanuel de tribu Aser. Hæc processerat in diebus multis, & uixerat cum uiro suo annis septem à uirginitate sua. Et hæc uidua usq; ad annos octogintaquatuor, quæ nō discedebat de templo, ieiunijs & obsecrationibus seruens nō cōte ac die. Et hæc, ipsa hora superueniens confitebatur domino, & loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem Israël. ¶ Si Annā prophetissam penamus quindecim fuisse annorum quando nupsit, quibus addamus septem à uirginitate in connubio uiri, & octogintaquatuor quos in uiduitate exegit, processerat tum ad annum sextum supra centesimum. ad hoc etiam seruata, ut sancta, sanctum dei uideret: hæc enim eadem hora superueniens, laudabat deum, & spiritu prophetico, id est spiritu sancto, de puero loquebatur omnibus, qui in Hierusalem redemptionem, quæ per Mesiam faciēda erat, expectabant: qui cum sancta illa muliere habebant consuetudinem. Quidni? Boni bonis congregiuntur, & uicissim spiritualem consolationem recipiunt. Sic uiri, sic mulieres, sic iuuenes, sic senes in aduentu CHRISTI propheta bant, & diuino spiritu etiam in matris utero cōplebantur infantes. His peractis, cum supercœlesti & plusquā sancto dei pignore, MARIA & Ioseph è Hierosolymis Ga-

17

7

84

106

lilæana

» illam repetere, ut prodit Lucas, dicens. ¶ Et ut perfecerunt omnia secundum le<sup>33</sup>  
 » gem domini, reuersi sunt in Galilæam, in ciuitatē suam Nazareth. Puer autem cresce  
 » bat & confortabatur, plenus sapientia, & gratia dei erat in illo, Et ibant parētes eius  
 » per omnes annos in Hierusalem, in die solenni paschæ. ¶ Puerο nato & octauo die  
 circumciso in Bethleem, et quadragesimo aut certē post quadragesimū (quia à Bethle  
 em in Hierusalē delato) præsentato Hierosolymis, et si quarto nonas Februarias, qua  
 dragesimo à natiuitate die, ecclesia hoc mysterium celebrat: reuersi sunt MARIA &  
 Ioseph in Galilæam, in ciuitatem suam Nazareth. Vnde cognoscuntur Magi, ut ado  
 rarent puerum IESVM, tunc non uenisse cum in eo loco esset uirgo, ubi eum sed nul  
 lo dolore peperit, in loco animalium extra diuerforiū: sed anno uno reuoluto, & am  
 plius: adeo quod iam dominus secundum ingressus erat annum, cum id mysterium  
 Magorum, de quo Matthæus meminit, factum est. Hinc etiam à bimatu & infra occi  
 di pueros iussit crudelissimus Herodes. Sed iniquis, post purificationis oblationem &  
 præsentationem domini in templo ex Luca, profecti sunt in Nazareth, nō in Bethle  
 em. At Magi uenerati sunt eum in Bethleem: magnum autem interuallū est inter Na  
 zareth sitā in Galilæa, & ad orientem respectū ad Hierosolymā habito, & Bethleem  
 sitam in Iudæa & ad occidentalem plagam. Verum id est, Magos dominum reperisse  
 in Bethleem, ubi domum intrantes adorauerunt eum. Sed idem spiritus, qui deduxit  
 illos in Hierusalē, ut ab Hierosolymitanis locum ubi CHRISTVS natus esset, exquire  
 rent, uirginē in Bethleem deduxit, ut Magi in loco per prophetiā assignato illū inuen  
 tum adorarent. Impleta autem prophetia, monitu angelico, ut ex Matthæo cogno  
 scitur, MARIA & Ioseph cum infante profecti sunt in Aegyptū. Sed hoc totum tem  
 pus silet Lucas, usque ad reditum eius ex Aegypto. Quo tempore, si continuò mor  
 tuo Herode nepiophono, id est infanticida, admonitus Ioseph ab angelo reduxit do  
 minum & deiparam ac uirginem matrem MARIAM: poterat tūc dominus esse octo  
 annorum aut circiter, & ita secundum infirmitatis nostræ assumptam naturam ado  
 lescebat, & corroborabatur spiritu: non more prophetarum aduentitio, sed proprio:  
 non per illapsum, sed per immanentiam: non per donum ipsum, sed per essentiam.  
 Et gratia dei erat in illo, non eo quidem modo, quo in Moyse ex qua septuaginta se  
 nes acceperunt: sed ita ut ex cuius plenitudine accipiūt omnes, & qui sunt, & qui fue  
 runt, & qui futuri sunt. Et ibant parentes eius quotannis in Hierusalem, in die solen  
 ni paschæ: quod intelligendum est ab octauo anno, aut certē ab eo quo redierunt ex  
 Aegypto: redierūt in quā admonitū angeli ex Matthæo in ciuitatē Nazareth. Certū  
 autē est qd' nō ibāt illuc, nisi secū ducto plusquam semper sancto puero. Sed quod se  
 mel accidit eis, secundum consuetudinem Hierosolymam ad solennia paschæ profe  
 » ctis, subdit Lucas, dicens. ¶ Et cum factus esset annorum duodecim, ascēdentibus 34  
 » illis Hierosolymam, secundum consuetudinem diei festi, cōsummatisq; diebus, cum  
 » redirent, remansit puer IESVS in Hierusalem: & non cognouerunt parentes eius.  
 » Existimātes autem illum esse in comitatu, uenerunt iter diei, & requirebant eum in  
 » ter cognatos & notos. Et nō inuenientes, regressi sunt in Hierusalem, requirētes eū.  
 » Et factum est post triduum, inuenerunt illum in templo sedentem in medio doctorū,  
 » audientem illos, & interrogantem eos. Stupebant autem omnes, qui eum audiebāt,  
 » super prudentia et responsis eius. Et uidentes, admirati sunt. Et dixit mater eius ad il  
 » lum: Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego, dolētes quærebamus te. ¶ Ve  
 nerunt Hierosolymam, sed secundum consuetudinem diei festi: nam si peregrinaban  
 tur, hoc non erat uoluptatis, non curiositatis, sed cultus, reuerentiæ, honorificentiaeq;  
 dei gratia. Cōsummatisq; dieb<sup>9</sup>, scilicet die paschæ, & sex alijs sequētibus, qui & suo  
 modo celebres erant, redierūt MARIA & Ioseph in turba Galilæorum & Nazarenō  
 rū, ut se Nazareth reciperent. Verū eis abeuntibus, remansit dominus in Hierusalē.

¶ Magos āno uno re  
 uoluto uenisse ad ado  
 randu pueru Jesu.

Matth. 2.

nec ipsi cognouerunt: nam id eos latere uoluit, ut nos instrueret cum bonum aliquod aggredimur, aut maxime quod diuinum, ne parentibus quidem notificandum esse. Vespere autem facto, spiritu CHRISTI id eam latere uolente, & ipsam ad tempus deferente, sollicita ex se & anxia mater filium expectabat, quem putabat in turba esse: non uenientem autem ipsa & Ioseph dolentes ubique perquirebant, quem ἐν τῇ συνουσίᾳ, id est inter comites itineris esse putabant, inter affines, notos & uicinos. Quo non inuenito reuersi sunt Hierosolymam: triduo, desideratum cunctis gentibus perquirentes, Et quæ cibum, quem somnum, quæ quietem putas hisce tribus diebus fuisse uirgini & Ioseph: Non quod timerent aliquid sinistra potuisse ei accidere, quæ sciebant filium dei altissimi, & maxime uirgo: sed ne negligētia ipsorum offensus, suam eis diuinitatem subtraxisset. Quo tempore uirgo mater, super omnes matres saucia, dicere poterat:

Can. 5. Adiuuro uos filia Hierusalem, si inueneritis dilectum meum, ut nūcietis ei, quia amore langueo. At post triduum, ipsis satis afflictis, reperiri uoluit: sed in templo, in medio doctorum, audiens illos & interrogans eos, & omnes doctores sapientia, & responsis suis in stuporem conuertens. Quæ ut mater & Ioseph uiderunt, cum gaudio admirati sunt. Et quanquam ipsa tantam molestiam pertulisset: nihil tamen nisi modo amore languentis blandum & amatoriū illi locuta est. Quomodo enim potuisset uirginium illud, humilimum, & mitissimum cor, quicquam durum cogitare? Dixit ergo: Filii quid fecisti nobis sic? Dulciori enim uocabulo, mitiori & amiciori alloqui non poterat, quam dicendo, Filii. Et locuta est, non Ioseph. Neque enim ad ipsum spectabat dicere: Filii, quid fecisti nobis sic? sed ad eam quæ magis anxia fuerat, quæ et orationem ad regem gloriæ absoluit, dicens: Ecce pater tuus & ego, dolentes quærebamus te. Vterque dolens erat, sed ipsa magis: ipse pater putatiuus, quæ uirgo honoris, quia uir, & humilitatis gratia nominando prætulit: illa, reuera mater, tota mater, & uerissima mater: sed ut esset uirgo abscondita, dixit, pater tuus. Et quomodo ea non fuisset super omnes matres uerissima mater, à qua sola totam nostræ naturæ substantiam filius dei accepit, quam nulla alia mater unquam filio suo præstare potuit? Et proinde hæc, tota mater, & sola uerissima mater. Sed quid illi ac Ioseph, qui quoad potuerat in eo perquirendo pietatis officium impleuerat, dominus respondit, subdit Lucas, dicens. **C** Et ait ad illos: Quid est quod me quærebatis? Nesciebatis, quia in his, quæ patris mei sunt, oportet me esse? Et ipsi non intellexerunt uerbum, quod locutus est ad eos. **C** Respondens dominus, qui sollicitudinē eorum quam pertulerant, & quam ab eis sibi exhiberi uoluit, non uerat, non arguit eos: sed instruit, & diuina modestia docet ubi erat inueniendus, perinde ac si diceret: Quid est quod me quærebatis inter cognatos & notos, per peregrinationis loca, per compita, per diuersoria? Nolle poteratis, cum uobiscum non essem, me in domo patris mei esse, ut illa facerem opera, quæ patris mei sunt. Domus autem patris, templum dei est, ut ipse apud Ioannem dicit: Nolite facere domum patris mei, domum negotiationis. Ergo in templo requirendus erā, pauciore quidem solitudine, & minore tristitia & anxietate. Qua responsione, non paruificat matrem, sed sublimiter honorauit: non depressit, sed exaltauit: cum eam tacite innuerit esse uirginem quā habuit, non cum homine, sed singularē cum deo patre matrem. Quod & potuissent doctores, nisi mente cæci fuissent, intelligere. nam cum dicebat, In his quæ patris mei sunt: non de Ioseph, aut quoquam homine, sed de deo faciebat sermonem. At doctores & qui in templo erant, non intellexerunt responsum, quod locutus est ad eos, ad Ioseph inquam & MARIAM, qui responsum eius probè intelligere poterant: nam id ab angelo & spiritu sancto dudum erant edocti. Id ergo: Et ipsi non intellexerunt uerbum, non ad Ioseph & MARIAM, sed ad doctores, & eos qui erant in templo, referendum est: quod uero sequitur: Quod locutus est ad eos, ad Ioseph & MARIAM, Verum et in his intelligi potest mysterium, MARIA, contemplantium uitam figurat: Ioseph

35

»

»

»

Ioan. 2.

Ioseph agentiū, qui cōtemplatiuis cooperātur, assistūt, et quoad possunt eos adiuuāt  
 à quibus si deus se subtrahat, die noctuq; cessare nō debēt, anxij dolētesq; donec eū  
 reperiāt: sic enim uult quandoq; quāri, & maius sui, subtracta praesentia, suscitare de  
 syderiū. at nō inuenitur, nisi in ijs quae dei sunt, & in locis sanctis, & sanctarū rerū me-  
 ditationibus, quae sunt sacrarum literarū studia, & in euoluendis sanctorū propheta-  
 rū, apostolorū & euāgelistarū libris: in quorū medio, salus nostra et omnium, inuenitur  
 IESVS. Inuentus autem nō deserit reperientes, tam cōtemplantes, quā agentes, do-  
 nec peruenerint in paradysum: quemadmodū non deseruit dominus MARIAM &  
 Ioseph, donec peruenerunt in ciuitatē Nazareth. Quod adijcit Lucas, dicens. **¶ Et** 36  
 descendit cum eis, & uenit Nazareth, & erat subditus illis. Et mater eius cōseruabat  
 omnia uerba haec in corde suo. Et IESVS proficiebat sapiētia, & aetate, & gratia apud  
 deum & homines. **¶ Quid est, Et erat subditus illis:** nisi quod omnia quae filij debēt  
 parentibus, impendebat eis obsequia: Nimirum ut ex seipso ceteris filijs, quantun-  
 cūq; magni sint, exemplū praebet suis obsequēdi parētibus. Nā cum filius dei esset,  
 se ut praestaret humilitatis formā, & implendae legis diuinæ speculū, subdebat homi-  
 nibus. Nec aliter patrem nutritiū uenerabatur, quā si ipsum secundū carnē genuis-  
 set. Matrem autem uirginē sic ueneratus est, ut eam fecerit super omnes beatam: quae  
 omnia, quae ipse dicebat & faciebat, in corde suo conseruabat. A qua sic ordināte spi-  
 ritu sancto, oppido quā credibile est, ut iam quoq; dictū est, in multis Lucam fuisse  
 illuminatum, qui & illi per familiaris fuisse praedicatur. Sed & hic aduertendum, domi-  
 num paulo ante dixisse: Nesciebatis quia in ijs, quae patris mei sunt, oportet me esse?  
 Quid ergo est, Mater conseruabat omnia uerba haec: nisi quod uerba CHRISTI ad-  
 huc pueruli, profundissime cor uirginis penetrabant: ut iam impleri oraculū Symeo-  
 nis perciperetur: Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Cuius enim unquā al-  
 tius, quā uirginis cor pertransiit uerbum CHRISTI: De quo dicitur: Diffusa est gra-  
 tia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in aeternum. Accingere gladio tuo super **Psal. 44.**  
 femur tuum, potentissime. Porro cum subdit: Et IESVS proficiebat sapientia, & aeta-  
 te, et gratia apud deum & homines: illud sic intellige: IESVS progressum faciebat, &  
 promouebatur aetate, & sapiētia, & gratia apud deū et homines. Apud deū quidem,  
 quia secundū infirmitatis nostrae assumptā naturā, ut corpore proficiebat aetate adole-  
 scēdo, incrementūq; suscipiendo: ita anima proficiebat sapientia, & gratia quā abūde  
 susceperat, etiā ab ineūte aetate nō sinendo foris ociosam: quod & ex numero 34. hu-  
 ius satis patet, cū duodecim annorū in tēplo, in medio doctorū sedēs inuētus est, audi-  
 ens illos & interrogās eos, stupētibus cūctis qui eum audiebant super prudētia, et re-  
 sponis eius. De quo & Esaias: Ecce seruus meus suscipiā eū, electus meus cōplacuit **Es. 42.**  
 sibi in illo anima mea. Dedi spiritū meū super eū, iudiciū gētibus proferet. Nō qd' mo-  
 re sanctorū hominū, indies auctiorē sapiētia & gratia susciperet: qui secundū hypo-  
 stasin erat aeterna dei sapiētia, & gratiae plenitudo etiā à uirgineo matris utero: cui ab  
 illo tēpore, neq; accrementū, neq; decrementū aut sapiētiae, aut gratiae aduenire potu-  
 it. Apud homines uero, quia indies hominibus utrūque notius fiebat atq; patentius.  
 Ceterum cum natus esset in tēpore, aetas & statura in tēpore suscipiebāt incremen-  
 tum: haec siquidem tēporalia. At sapiētia & gratia, haudquaquā tēporalia: etsi exter-  
 na manifestatio hominibus tēporalibus, fuerit temporalis: ut interna, cū nunq; ociosa  
 esse potuerit, intēporalis deo cognita erat. Sic & qui sapiētiae & gratiae donū percipi-  
 unt: etsi nō sint per se sapiētes, ut ipse: neq; per substantiā habeāt gratia, ut ipse: indies  
 tamē magis ac magis in ea proficiunt, etsi forte ea non reddatur auctior. Ut enim gē-  
 mae aut ferri nitor, qui in ipsis praerat, politura reddit eminentior: sic & infusa sapien-  
 tia & gratia, ipso exercitio, indies quasi aucta apparet notior atq; manifestior. Nō qd'  
 etiā augeri nō possit, perinde atq; lumē adiectione luminis: sicut apostoli ad dominū



- 55 dit spiritus sanctus corporali specie, sicut columba in ipsum: & uox de caelo facta est: Tu es filius meus dilectus, in te complacui mihi. Et ipse IESVS erat incipiens quasi annorum triginta. ¶ Ut putabatur filius Ioseph, qui fuit Heli, qui fuit Matthat, qui fuit Leui, qui fuit Melchi, qui fuit Iannæ, qui fuit Ioseph, qui fuit Matthatiæ, qui fuit Amos, qui fuit Naum, qui fuit Hesli, qui fuit Naggæ, qui fuit Maath, qui fuit Matthatiæ, qui fuit Se mei, qui fuit Ioseph, qui fuit Iuda, qui fuit Iohanna, qui fuit Resa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri, qui fuit Melchi, qui fuit Adadi, qui fuit Cosan, qui fuit Helmadan, qui fuit Her, qui fuit Iesu, qui fuit Heliezer, qui fuit Iorim, qui fuit Matthat, qui fuit Leui, qui fuit Symeon, qui fuit Iuda, qui fuit Ioseph, qui fuit Iona, qui fuit Heliachim, qui fuit Melcha, qui fuit Menna, qui fuit Mattatha, qui fuit Nathan, qui fuit Dauid, qui fuit Iesse, qui fuit Obeth, qui fuit Booz, qui fuit Salmon, qui fuit Naafon, qui fuit Aminadab, qui fuit Aran, qui fuit Efron, qui fuit Phares, qui fuit Iudæ, qui fuit Iacob, qui fuit Isaac, qui fuit Abraam, qui fuit Thare, qui fuit Nachor, qui fuit Saruch, qui fuit Ragau, qui fuit Phalech, qui fuit Heber, qui fuit Sale, qui fuit Chainan, qui fuit Arphaxat, qui fuit Sem, qui fuit Noë, qui fuit Lamech, qui fuit Matusalæ, qui fuit Enoch, qui fuit Iareth, qui fuit Malaleel, qui fuit Chainã, qui fuit Enos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei.

## ANNOTATIONES BREUES XXXIIII. CIRCA LITERAM CAP. I.

1	imperij της ηγεμονιας	10	obliqua in directa	εγκοπιεται βαλλεται	
1	procurante ηγεμονειουτος		εις ευθειαν in directam. s. uiam	18	presentia. dicebat
2	tetrarcha τετραρχης & infra.	12	quæ exhibant τοις εκπορευομενοις		λεγα presens.
4	Abilinæ της αβιλινης	12	ostendit ηπειδειξεν	18	det μεταδωτω
4	sub principib <sup>9</sup> sacerdot. επι αρχιερωσ singulare.	14	præteritum. dicere, * ημεαυτοις	21	impertiat <sup>r</sup> , communices faciatis.
5	Caipha: καϊαφα Caiapha quadrifyllabum.	15	in uobisipsis Iam enim ηδη δε ην Iam uero & Abrahæ.	24	προσαστε exigatis Existimante προσδοκωντος Expectante, Sperante
6	regionem Iordanis, την περιχωρον τω ιορδανη	15	datiuus. arboris των δενδρων plurale.	26	ueniet ερχεται presens.
8	propheta * λεγοντος dicentis.		excidetur.	26	me — post me,
10	praua τα σκολια	16	mittetur.	29	paleas δ εχουον

	singulare	dicens,	τοῦ μελεᾶ
31	tetrarcha	43 Iesu	Melea
	ὁ τετραρχης	Ἰωσήφ	46 Menna,
33	in carcerem	Iose	τοῦ μαϊνάρι
	ἐν τῇ φυλακῇ	45 Iona,	Mainan
	in custodia	τοῦ ἰωνᾶρι	51 Phalech
36	facta est,	Ionan	τοῦ φαλέρι
	* λέγουσαρι	46 Melcha,	Phaleg

COMMENTARIUS IN CAPVT TERTIVM.



**D**E adolescentia saluatoris nostri hactenus locutus est Lucas, et omnia ferè quæ his duobus superioribus capitibus tractauit, ipsi peculiaria sunt, ut qui solus ea tetigit: Nunc uero ad ætatem domini fermè triceniariã transit, circa quod tempus se manifestauit Ioannes Baptista, qui solitarius in desertis Iudææ uixerat. De quo subdit Lucas, dicens. **C** Anno autè quintodecimo imperij Tiberij Cæsaris, procurãte Pontio Pilato Iudæã, tetrarcha autè Galilææ Herode, Philippo autem fatre eius tetrarcha Iturææ & Trachonitidis regionis, & Lyfania Abilinæ tetrarcha, sub principibus sacerdotum Anna & Caipha, factum est uerbum domini super Ioannem Zachariæ filium in deserto. Et uenit in omnem regionem Iordanis, prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum, sicut scriptũ est in libro sermonũ Esaiæ prophetæ: Vox clamantis in deserto, parate uiam domini, rectas facite semitas eius. Omnis uallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur. Et erunt praua in directa, & aspera in uias planas: & uidebit omnis caro salutare dei. **M**anifestauit se Ioannes ad populum, non à se quidem, & suo spitu motus, sed diuino missus oraculo: Iudæam procurãte Pontio Pilato, missõ à Tiberio, per id temporis monarchiam Romanorum moderante. Prius enim male administrata Iudæa per Archelaum fratrem Herodis & Philippi, indignatus Augustus Archelaum regno priuauit, & præcepit in exilium trudi apud Viennam ciuitatem Galiliæ. Ex quo tempore Iudæa Archelai regio, tributaria facta, dispensationi Syriæ coniungitur. Et habuit ab Augusto quidem Cæsare procuratores, Cyrinũ, Copinium, Iosephus lib. 17. Marcum, & Rufum: in initio autè regni Tiberij Valerium, cui statim successit in administratione Pontius Pilatus. Cæterum Herodes & Philippus, & Lyfania fratres Archelai, suas tetrarchias retinuerunt: ille Galilææ, iste Iturææ & Trachonitidis regionis, quæ à Libano & montibus Idumææ uersus plagã occidentiã ad Cedar usq; tendunt: hic, Abilenes, in qua ciuitas Abila, quæ à Lyfania cognominata est Lyfanion, & hæc ad Coelè Syriã spectat. Et hi tres, ut dictũ est, erãt tetrarchæ: Pilatus autè nõ tetrarcha: sed ἡγεμῶν, quẽ interdũ præsidẽ, interdũ procuratorẽ dicunt. De tetrarchijs loquitur Plinius lib. 5. cap. 18. & 23. quas dicit singulas esse regnorũ instar, & in regna describi. Porro tetrarcham, regem dici manifeste ostẽdit Paulus in Actis apostolicis, sic Herodem Agrippam alloquens. De omnibus quibus accusor à Iudæis rex Agrippa, existimo me beatum, apud te cum sim defensurus me hodie: ubi ille frequẽter rex dicitur. Neq; dicebãt tetrarchiæ, quia tota illa regio esset in quatuor partes distributa, quarũ cuiusq; principatus diceret tetrarchia, & qui præesset tetrarcha: sed tetrachia dicebat, qd esset τεσάρων λόχωι, id est quatuor agminũ: & qui quatuor præerat agminib; hic τετραρχης, id est tetrarcha dicebatur. Tunc autem Annas & Caiphas, qui & Græce dicitur Caiaphas, summũ Hierosolymis sacerdotium tenebant: cum scilicet uerbũ domini factum est in deserto super Ioannem baptistam. Et quod uerbum domini: Ut egressus desertũ circa finitima Iordani loca baptismũ pœnitentiæ, & reliqua quæ fide liter executus est, prædicaret: ut licet hic ex ipsa euangelistæ litera intueri, & ex Matthæi cap.

thæi cap. tertio, numero 17. & Marci cap. primo, numero 17. & sequētib. Et completius ponitur hic oraculū Esaiæ, quàm illic: quod sic cap. quadragesimo habemus: Vox clamantis in deserto: Parate uiam domini, rectas facite in solitudine semitas dei nostri. Omnis uallis exaltabitur, & omnis mons & collis humiliabitur: & erunt praua in directā, & aspera in uias planas. Et reuelabitur gloria domini, & uidebit omnis caro pariter, quod os domini locutum est. Vox clamantis in deserto, Ioannes baptista. Dominus, & deus noster, CHRISTVS. Gloria domini: ipse dominus, qui in carne reuelatus est. Quod os domini locutum est: uerbum patris æternum, quod & hic euangelista salutare dei interpretatur. Misit enim dominus uerbum suum, ut uniuersum sanaret mundum, ut psalmo centesimo sexto scriptum est: Misit uerbum suum, & sanauit eos, & eripuit eos de interitionibus eorum. Aduerte tamē quod hic dicitur, Sub principibus sacerdotum Anna & Caïpha: in exemplaribus Græcis manu scriptis, ac uetustis sic haberi, ἐπι ἀρχιερέως ἄννα καὶ καϊάφα, id est sub principe sacerdotū Anna & Caïpha, ubi per id quod singulariter dicitur, sub principe: designari haud ab re uidetur, summum sacerdotium, unius fuisse principatum: & proinde Annam & Caiphā qui per uices, alternisq; annis summum gerebant sacerdotium, perinde reputatos atque unum, & hinc quoq; à Luca dictum, Sub principe sacerdotum Anna & Caïpha. Et adijcit Lucas, quomodo Ioannes increpabat eos qui ueniebant ad baptismum suum, dicens. **C**Dicebat ergo ad turbas, quæ exibant ut baptizarentur ab ipso: Genimina uiperarum, quis ostendit uobis fugere à uentura ira? Facite ergo fructus dignos penitentiæ, & ne cœperitis dicere, patrem habemus Abraam. Dico enim uobis, quia potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Iam enim securis ad radicem arboris posita est. Omnis ergo arbor non faciens fructum bonū, excidetur, & in ignem mittetur. **C**Hi ad quos hæc duræ increpationis, & comminationis uerba dirigebantur, maxime erāt pharisæi & Sadducæi: quod ex Matthæi capite tertio, numero 20. cognoscere promptum est, ubi ait: Vidēs autem multos pharisæorum, & Sadducæorum uenientes ad baptismum suum, dixit eis: Progenies uiperarum, quis demonstrauit uobis fugere à uentura ira? Simplex autē populus, qui in lege Moyses nullius erat sectæ, facile doctrinam meliorem capebat, & ad eam melius afficiebatur, quàm qui alicuius erant sectæ. Verendum est ne idem nostris quoq; temporibus accidat. CHRISTVS dominus omnes, tam qui sursum solum fidei sunt, nulli sectæ addicti, quàm qui sectas habent, saluet: & oēs doctrina spiritus potest, & multiformis gratiæ spiritus sancti fluminibus baptizet. Nam ut neq; doctrina sectæ Sadducæorum deducebat ad salutem, neq; pharisæorum: sed solius, in figura, Moyfi, quæ erat dei: sic nūc sola CHRISTI, & nullius sectæ ut sectæ, doctrina saluare potest. Cætera ex concordia Matthæi cap. tertio, numero. 20. & 21. sunt perspicua. Deinde subdit Lucas, quid Ioannes turbis quaerentibus ab ipso consilium, responderit, dicens. **C**Et interrogabant eum turbæ, dicentes: Quid ergo faciemus? Respondēs autē, dicebat illis: Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet escas, similiter faciat. **C**Cum ait: Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet escas, similiter faciat: opera misericordiæ impleri iubet, non tam opus quàm affectum commendans, etsi utrunq; quod μετὰ δόπια, id est impartiat, distribuatur, cōmunicet, designat. Quæ simplici populo, et simplici fidē habenti obseruare satis est, ad salutis præparationem. Nam deus est qui sua gratia, & superexcellēti bonitate saluat. Neq; gratia salutis, operibus debetur, sed solius dei bonitati. De operibus misericordiæ, quàm accepta sint patri misericordiarū deo, ait Esaias: Frange esurienti panem tuum, & egenos uagosq; induc in domum tuam. Cū uideris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Tunc erumpet quasi mane lumē tuum, & sanitas tua citius orietur. Sanitas hæc salus est, quæ à solo deo, sola que eius largifluæ bonitatis gratia tribuitur. Et nō solū turbæ, & pharisæorū, ac Sadducæ

Esai. 40.

Psal. 106.

38

Matth. 3

39

Esai. 58.

M

- orum aliqui, sed & publicani ad baptismū, & consilia Ioannis uenerunt, dicēte Luca.
- 40 » **¶** Venerunt autē & publicani, ut baptizarentur, & dixerunt ad illū: Magister, quid faciemus? At ille dixit ad eos: Nihil amplius, quàm quod constitutum est uobis, faciatis.
- » **¶** Publicani qui & Telonæ, sunt publicorū uectigalium redēptores, qui rebus terrenis admodū sunt inuoluti. Quibus hoc dat consiliū, ut nihilo plus exigāt, quàm quod eis est constitutum. A quibus? A regibus & principibus qui populo præfunt. An uectigalia iustè sint imposita nec ne, non est exactorū nosse, ut potestatis superioris est illa ponere: & proinde illi, latam legem transgredi nō debent, etsi humanā. Quæ si iniusta sit, & illam & qui eam tulit, iudicabit ille qui ait: Ego iustitias iudicabo. Exactores autem si nihil fecerint præter latā legem, manebunt insones. Id tamē genus hominū apud Phariseos ueluti publicis peccatoribus adnumerandū uilescerat, ex quibus nihilo secius uocauit dominus Matthæum ad apostolatū, & Zachæum habuit affectatorem, atq; discipulum. Nec solum Telonæ, sed & milites, qui sub alio merebant, Ioannem suæ salutis gratia consulebant. Quod subdit Lucas, dicens.
- 41 » **¶** Interrogabant autem eum & milites, dicentes: Quid faciemus & nos? Et ait illis: Neminem concutatis, neq; calumniā faciatis: & contenti estote stipendijs uestris. **¶** Hoc consulit militibus, ut neminem concutiant, citra scilicet officiū suū, ut à sycophantijs & calumnijs prorsus abstineant, & uiuant suis contenti stipendijs: hoc est, ut quisq; iuxta officiū suum uiuat, & nihil præter illud faciat, quancūq; sortitus fuerit uitæ conditionē. Et proinde diligēter quisq; cōsideret, pro uitæ suæ statu quid ad se spectet, & qd nō. nā hoc facere, cōsiliū præcurforis domini uetat: illud nō uetat. Sūt & alia quædā officia omnibus communia: ut opera fidei, dilectionis dei ac proximi, cultus diuini, deinde opera subuentionis, quæ & officia charitatis, ac misericordiæ dicuntur, & similia quæ facienda sunt, quantum suggerit deus & facultas suppetit, nam quanto magis ea fiunt, tanto melius, atq; commendabilius. Et hæc consilia Ioannis solus Lucas ponit, non autē euangelistarum alius. Porro Ioannes tantā sanctimoniam, & sapientiam præ se ferebat, ut CHRISTVS à nōnullis existimaretur. Quam opinionem, ut uir uerè sanctus & uerax fouere noluit, sed continuò reiecit: neq; enim uanæ gloriæ cupidus esse poterat, qui sanctus erat ab utero. Quod consequenter detegit Lucas, dicens.
- 42 » **¶** Existimante autem populo, & cogitātibus omnibus in cordibus suis de Ioanne, ne forte ipse esset CHRISTVS: respondit Ioannes, dicens omnibus: Ego quidem aqua baptizo uos, ueniet autem fortior me post me, cuius nō sum dignus soluere corrigiā calceamentorū eius. Ipse uos baptizabit in spiritu sancto & igni. Cuius uētus abram in manu eius, & purgabit aream suā, & cōgregabit triticum in horreū suum, paleas autem comburet igni inextinguibili. Multa quidē & alia exhortans euangelizabat populo. **¶** Sanctus erat Ioannes, tam interna sanctitate, ut cuius esset inhabitator spiritus sanctus, quàm externa (quam fermè solā agnoscit populus) quæ in uerbis & doctrina, in asperitate uictus & amictus consilii. quam uitæ rigiditatem Ioannes nō sui ipsius gratia, sed ad populi uitam præparandam, & ad poenitentiam formandam susceperat. nam internæ sanctitudinī quid externa adijcere poterat? Externa profecto sine interna nihil est, nisi fortè mera hypocrisis: at interna, etsi exterior absit, aliquid est: & multo fortè maior, quàm ubi hæc & illa adsunt, ut in CHRISTO & apostolis, qui rigorem illum asperitatemq; uitæ nō expresserunt. Et ideo stulti, qui ab externis iudicabant, fallebantur, atq; bitrantes ob externam illam uiuendī cōsuetudinē, Ioannē, CHRISTVM esse, & eo qui CHRISTVS reuera erat, sanctiorem, ac discipulos Ioannis, discipulis CHRISTI. Sed Ioannes qui tanta sanctitate fuit, ut qui id cogitarent solū, & nondum uerbo expressissent, per spiritum sanctum cognouerit, quantū illi stultis cogitationibus in cordibus suis ipsum extollebant, tantum se humiliabat, & erga uerum CHRISTVM se ipsum deprimebat: protestans tantum abesse, ut ipse CHRISTVS esset, ut etiam non esset.

esset dignus corrigiam calceamentorum eius soluere, id est ad uestigia pedum eius, ut ei obsequium præstaret, procumbere. quinetiam **CHRISTVM** esse fortē, se infirmū: **CHRISTVM** in spiritu sancto, & purificationis igne peccata consumēte baptizare: se in aqua, quæ peccatum non ualet exurere, delere, consumere. **CHRISTI** esse, uentilabro suo, doctrina sua, arē suā purgare, bonos à malis secernere, & peccata excutere: nō suū, **CHRISTI** esse i horreū suū, i cœleste regnū bonos cōgregare, malos aut igni inextinguibili, supplicij gehennæ in æternū punire: nō suū. In quo declarabat **CHRISTVM** deū esse, cuius esset area, id est oēs animæ purgādæ, cuius horreū cœlestē regnū: cuius esset bonos subuehere i regnū cœleste, & malos ad supplicia deturbare: se autem solū hominem esse, cuius nulla esset huiusmodi dignitas, ac potestas. Verum, **CHRISTVM** tam dignum, tam fortem, tam potentem ad saluandum, nondum uenisse, sed uenturum esse, id est se nondum manifestasse, sed breuī manifestatum ire. Quæ etiam tangit Matthæus cap. tertio, numero 22. Et multa alia, & ea quidē bona, cuiq; ad se uenienti exhortando annunciabat. Deinceps subdit Lucas, qua de causa Herodes tetrarcha Galilææ apprehenderit Ioannem, & coniecerit in uincula, dicens. **Herodes autem tetrarcha, cum corripere ab illo de Herodiade uxore fratris sui, & de omnibus malis, quæ se cit Herodes, adiecit, & hoc super omnia, & inclusit Ioannem in carcerem.** De isto Herode, & Herodiade, quam tulit Philippo fratri coniugem, scripsit Iosephus Antiquitatum libro duodeuigesimo, cap. 13. 14. 16. quod Herodes cum Romam proficisceretur, hospitio fratris susceptus est: ubi Herodiadis uxoris fratris sui amore captus, ausus est cum ea de nuptijs miscere sermonem. quæ firmatis pactis, postquam Roma reuersus esset, suscepit connubij iura. Pacta autem erant, ut filiam Arethæ regis, quam sibi coniugio sociauerat Herodes, excluderet à thoro. Et sic insuper de Herodiade habet. Herodias legem paternam transgrediens, Herodii coniungitur fratri uiri sui, uiuum deserens uirum. Sed & filia regis Arethæ hæc præsentens, confugit ad patrem. Vnde inter Aretham regem, & Herodem tetrarcham, magnum subortum est dissidium, exercitu Herodis misere afflictio. Hanc autem exercitus cladem, in ultionem mortis Ioannis iuste Herodem suscepisse existimabāt, qui certe multo maiorem meritis erat. De qua re hic ipsa historiographi uerba adscribenda censuimus. scribit enim sic: Quibusdam autem Iudæorum uidebatur ideo perisse Herodis exercitum, quod in eum satis iuste indignatio diuina commota sit, pro uindicta Ioannis, qui uocabatur Baptista. Hūc enim Herodes occidit, uirum ualde bonum: qui præcipiebat Iudæis uirtuti operam dare, iustitiam colere, in deum seruare pietatem, & per baptismum in unum coire: tum demum enim baptismū acceptabilem fore, si non solum ad abluenda peccata sumatur, uerum etiam ad castimoniam corporis, atq; ad animæ iustitiam purificationemq; seruetur, omniumq; pariter uirtutum uelut signaculum, & custodia quædam fidelis habeatur. Quæ cū ab eo præcepta huiusmodi docerentur, atq; ad audiendum eum quamplurima multitudo concurreret: uertus Herodes ne forte doctrinæ eius psualione, populi à suo regno discederēt (uidebat enim quod præceptis eius, ac monitis parata esset plebs in omnibus obedire) melius credit, priusquam noui aliquid fieret, præuenire hominem nece, quam postmodum turbatis rebus seram poenitudinem gerere. Ex sola hac suspitione Herodis, uinctus in castellum Macherunta abducitur Ioannes, ibiq; obrūcatur. Iudæis autem (sic ut iam diximus) uidebatur pro eius ultione, interitum illius exercitui deū importasse, quo Herodes sumpsisset digna supplicia. Hactenus Iosephus. Quæ confirmat Egesippus de bello Iudaico libro secūdo, sic inquit: Quæ causa autem mortis fuerit Ioannis; breuiter expediam. Philippum & Herodem, qui prius Antipas dictus est, germanos supra ostendimus. Vxorem Philippi Herodiadem, Herodes illicito, ac nefando sibi iure matrimonij sociauit, Non tulit hoc Ioannes, & ait illi: Non licet tibi habere uxore fra-

45

Iosephus.

Egesippus.

eris tui. Tunc ille commotus, in carcerem detrussit Ioannem: nec multo post necauit uirum iustum, & constantem diuinæ legis executorem. Non solum enim quasi prædicator euangelij, fraterni cubilis incestum reprehenderat, uerum etiam quasi legis executor, præuaricatorem legis condemnauit, qui fratris uiuentis uxorem eripuerat, præsertim habentem semen de germano ipsius, Hacenus Egesippus. Ioannes ergo Herodem de multis flagitijs, quæ perpetrauerat contra legem, arguebat ut resipisceret, & à deo cõsequeretur ueniam: inter quæ & de Herodiade, quam uiolato ( ut dictum est ) fratris sui Philippi thoro, tulerat sibi cõtra legem uxorem. Ioannes Herodi bonũ, æternamq; salutem optabat. Herodes contra, Ioanni malum, atq; perditionem. Ioannes eum solui uolebat à uinculis peccati & diaboli: ipse uero Ioannem in uincula coniecit. Quod si quis sacrilegia primi Herodis, & facta eius nefanda cognoscere uelit, legat Iosephi, & Egesippi historias: illius libros sextumdecimum, & 17. huius primum: unde partim qualis hic Herodes tetrarcha filius eius esse debuerit, facile conijciatur:

**LUC. 11.** partim ex uerbis CHRISTI, de ipso dicentis: Dicite uulpi illi. Quæ quanquam præstaret nescire quàm scire: id tamen nosse haud inconuenit, hunc scilicet quod Ioannem morte affecerit, & dominum in passione irriserit: ne in hoc quidem mundo, eisdem historiographis testibus, remansisse inultum, ut qui sublata tetrarchia, & regno Agrippæ adiuncta, cum uniuersa ipsius substantia, à Caio Cæsare æterno damnatus est exilio unã cum Herodiade: quibus pro loco exilij ciuitas Lugdunensis deputata fuit. ubi luctu acerbo, summaq; miseria miseris efflarunt animas. Adeo infelix fuit Herodis, & Herodiadis huius mudi egressus, quo multo etiam infeliciores creditur alterius ingressus. Porro fusius de Ioanne, quo pacto Herodes eum apprehenderit, & morte affecerit, tractant Matthæus capite quartodecimo, numero centesimo quadragesimo secundo, & Marcus capite sexto, numero 31. Et quod dixit hic Lucas de Ioanne, per anticipationem dictum est, nam subdit de baptismo populi & CHRISTI, qui præcessit Ioannis ab Herode comprehensionem, dicens.

44

» **¶** Factum est autem cum baptizaretur omnis populus, & IESU baptizato, & orante apertum est cœlum, & descendit spiritus sanctus corporali specie, sicut columba in ipsum: & uox de cœlo facta est: Tu es filius meus dilectus, in te complacui mihi. & ipse IESVS erat incipiens quasi annorum triginta. **¶** De baptismo domini à Ioanne, scripsit Matthæus capite tertio, numero 23, & Marcus capite primo, numero quarto. Sed addit Lucas, quod orante IESU, id est preces ad deum fundente, descendit spiritus sanctus corporali specie, quasi columba super ipsum. Cæteri cum baptizabantur, peccata sua cõfitebantur ex Matthæo, & Marco: uerũ CHRISTVS peccata nõ habuit, quæ cõfiteretur, ut qui peccatum nõ fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, aut pro quibus oraret. Quod si confessionem fecit, nobis fecit: ut quod orauit, nobis orauit. Et illa confessione ipsius & oratione, in nostro baptismo sanctificamur, aperiturq; nobis cœlum, & infunditur nobis desuper spiritus eius: spiritus columbinus, spiritus simplex, mitis, mansuetus: & requiescit super nos, nisi furor carnalis uitæ eum depellat. Baptismus enim CHRISTI, nostri fuit ueritas, sanctificatio, cõsummatio. Adijcit præterea Lucas, qua ætate dominus esse cõbaptizatus est, qd' alij tacet: quod scilicet ferè tricesimũ ageret annũ, quodq; (ut cõtinuò subiūxit) putaretur filius Ioseph, idq; secundũ carnẽ. At nõ erat filius Ioseph secundũ carnẽ, ac naturã, sed filius dei & uirginis, & eiusmodi quidẽ uirginis, quæ uelamento spõsi uirginitatis eius testis, cõscij, ac custodis, nõ mariti, debuit esse abscondita. Putabatur ergo, sed falso, quod non erat. Cætera ijs quæ in Matthæo, & Marco numeris præactis habentur, sunt conformia. At meminit hic Lucas Ioseph, cuius dominus ab ijs, quos secretum incarnationis latebat mysterium, filius putabatur, ut alio ordine, quàm Matthæus genealogiam domini texeret: incipiendo à Ioseph putatiuo CHRISTI patre, & finiẽdo in deum, illius uerum ac naturalem patrem, nequaquam prætermissa.

prætermiffa naturali quoq; uirginis linea: quæ ratione patris, de Dauid descenderat per Nathan filium Dauid: ratione uero matris, de Dauid per Salomonem, ut aliquando in commentarijs epistolæ Pauli ad Hebræos capite septimo (ut deus indulsit) diste-  
 45  
 ruimus. Hæc ergo genealogiæ seriẽ sic textit Lucas, dicẽs. ¶ **U**t putabat filius Ioseph, qui fuit Heli, qui fuit Matthat, qui fuit Leui, qui fuit Melchi, qui fuit Iannæ, qui fuit Ioseph, qui fuit Mattathiæ, qui fuit Amos, qui fuit Naum, qui fuit Esli, qui fuit Naggæ: qui fuit Maath, qui fuit Mattathiæ, qui fuit Semei, qui fuit Ioseph, qui fuit Iuda, qui fuit Ioanna, qui fuit Rhesa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri, qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cofam, qui fuit Elmadam, qui fuit Er, qui fuit Iesu, qui fuit Eliezer, qui fuit Iorim, qui fuit Matthat, qui fuit Leui, qui fuit Symeõ, qui fuit Iuda, qui fuit Ioseph, qui fuit Iona, qui fuit Eliacim, qui fuit Melcha, qui fuit Menna, qui fuit Mattathia, q; fuit Nathã, qui fuit Dauid, qui fuit Iessæ, q; fuit Obed, q; fuit Booz, qui fuit Salmon, qui fuit Naaffon, qui fuit Aminadab, qui fuit Aram, qui fuit Esfrom, qui fuit Phares, q; fuit Iudæ, qui fuit Iacob, q; fuit Isaac, qui fuit Abraã, qui fuit Tharæ, qui fuit Nachor, qui fuit Saruch, qui fuit Ragau, qui fuit Phalech, qui fuit Eber, qui fuit Sale, qui fuit Chainan, qui fuit Arphaxad, qui fuit Sem, qui fuit Noë, qui fuit Lamech, qui fuit Mathusalæ, qui fuit Enoch, qui fuit Jared, qui fuit Malaleel, q; fuit Chainan, qui fuit Enos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei. ¶ Hæc genealogia, per pentadecadas sic digeri potest.

		I	E	S	V	S	
1	Ioseph	Ioseph	Matthat	Salmon	Eber		
2	Heli	Iuda	Leui	Naaffon	Sala		
3	Matthat	Ioanna	Symeon	Aminadab	Cainan		
4	Leui	Rhesa	Iuda	Aram	Arphaxad		
5	Melchi	Zorobabel	Ioseph	Esfrom	Sem		
6	Ianna	Salathiel	Ionan	Phares	Noë		
7	Ioseph	Neri	Eliacim	Iuda	Lamech		
8	Mattathias	Melchi	Melea	Iacob	Mathusalæ		
9	Amos	Addi	Mainan	Isaac	Enoch		
10	Naum	Cofam	Mattatha	Abraam	Jared		
11	Esli	Elmodam	Nathan	Thara	Malaleel		
12	Naggæ	Er	Dauid	Nachor	Cainan		
13	Maath	Iose	Iessæ	Seruch	Enos		
14	Mattathias	Eliezer	Obed	Ragau	Seth		
15	Semei	Iorim	Booz	Phaleg	Adam		
ω			D	E	V	S.	

M 3

- 1 Ioseph
- 2 Heli
- 3 Matthat
- 4 Leui
- 5 Melchi
- 6 Ianna
- 7 Ioseph
- 8 Mattathias
- 9 Amos
- 10 Naum
- 11 Esli
- 12 Naggæ
- 13 Maath
- 14 Mattathias
- 15 Semei
- 1 Ioseph
- 2 Iuda
- 3 Ioanna
- 4 Rhesa
- 5 Zorobabel
- 6 Salathiel
- 7 Neri
- 8 Melchi
- 9 Addi
- 10 Cofam
- 11 Elmodam
- 12 Er
- 13 Iose
- 14 Eliezer
- 15 Iorim
- 1 Matthat
- 2 Leui
- 3 Symeon
- 4 Iuda
- 5 Ioseph
- 6 Ionan
- 7 Eliacim

- 15 Adam
- 14 Seth
- 13 Enos
- 12 Cainan
- 11 Malaleel
- 10 Jared
- 9 Enoch
- 8 Mathufala
- 7 Lamech
- 6 Noë
- 5 Sem
- 4 Arphaxad
- 3 Cainan
- 2 Sala
- 1 Eber
- 15 Phaleg
- 14 Ragau
- 13 Seruch
- 12 Nachor
- 11 Thara
- 10 Abraam
- 9 Isaac
- 8 Iacob
- 7 Iuda
- 6 Phares
- 5 Esrom
- 4 Aram
- 3 Aminadab
- 2 Naasson
- 1 Salmon
- 15 Booz
- 14 Obed
- 13 Iesse
- 12 Dauid
- 11 Nathan
- 10 Mattatha
- 9 Mainan

IESVS DEVS



In uoce patris declaratur, qd' i ipsa CHRISTI dilectione & auditione, id est fide eius, omnia saluatur: & hoc i trinae beatitudinis, patris, filij et spiritus sancti confessione: quæ, uox i nube, columba, & humanitas CHRISTI figurant.

SYMBOLA  
 Vox nubis  
 Columba  
 Humanitas  
 Pater  
 Spiritus.  
 Filius.  
 In nube, fecunditas;  
 In columba, benignitas;  
 In filio, humanitas;  
 In flumine à CHRISTO sanctificato, peccatorum remissio designatur.

M e l e a

Hæc descriptio facta à Luca, per quinq; pentadecadas procedit: in pentadecade autē septenariū octonarium continet, illiq; supereminet, ut ueteri legi noua. nam si septenario octonarium adieceris, pentadecas exurget. Hoc interest, quod primum in ordine & ultimum numeris non continentur, sed omnem præcedunt numerum & sequuntur, omniumq; principium sunt et finis, ut in prima patet descriptione. Et cum in quadrangulo hæc genealogia describitur, uides quomodo principium iungitur suo finis & quo pacto IESVS & Adam deo sunt ortu proximi. IESVS natura, Adam creatio: uterq; à deo proximè, sed IESVS maximè: ille obliquè, hic rectè: ille temporaliter, hic æternaliter: ille è nulla substãtia, hic è dei substãtia. Vterq; dei, sed IESVS, qui & CHRISTVS, sic dei, qd' etiã deus: Adã sic dei, quod ex se nihil: & quicquid est, nõ sui, sed dei est: si quid aut sui est & nõ dei, peccatũ est & nihil. CHRISTVS oĩa est in ueritate, Adam omnia in similitudine. CHRISTVS oĩa creat, omnia potest, & nihil non potest: Adam nihil creat, & peccare potest: sed id posse non est posse, sed à potentia deficere & nihil posse. Et ita ex opposito respondent CHRISTVS qui est secũdus Adã, & Adam qui est primus Adam: sicut ueritas & uestigium, artifex & opificium, lux et umbra. omnis enim homo, umbra: solus CHRISTVS lux, qui ima summis uniuert, & in quo uno omnis exaltata est creatura, generationũ seriẽ, quæ à deo patre sine initio, sumit initium, in deum patrem reducẽs. Cui per ipsum in spiritu sancto sit honor, deus, & imperium, in omnia secula seculorum, Amen.

## CAPVT QVARTVM.

**I**ESVS autem plenus spiritu sancto, egressus est à Iordane, 46  
& agebatur in spiritu in deserto diebus quadraginta, & tentabatur à diabolo. Et nihil manducauit in diebus illis, & consummatis illis, esuriit. Dixit autem illi diabolus: Si filius dei es, dic lapidi huic, ut panis fiat. Et respondit ad illum IESVS: Scriptum est, quia non in pane solo uiuit homo, sed in omni uerbo dei. Et duxit illum diabolus, & ostendit illi omnia regna orbis terræ in momento temporis, & ait illi: Tibi dabo potestatem hanc uniuersam, & gloriam illorum, quia mihi tradita sunt, & cui uolo do illa: tu ergo procidens, si adoraueris coram me, erunt tua omnia. Et respõdens IESVS, dixit illi: Scriptum est, Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Et duxit illum in Hierusalem, & statuit eum super pinnam templi, & dixit illi: Si filius dei es, mitte te hinc deorsum. Scriptum est enim, quod angelis suis mandauit de te, ut conseruent te: & quia in manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapidẽ pedẽ tuũ. Et respondens IESVS, ait illi: Dictũ est, Non tentabis dominũ deũ tuũ. Et consummata omni tentatione, diabolus recessit ab illo usq; ad tẽpus. ¶ Et regressus est IESVS in uirtute spiritus in Galilæam, & fama exiit per uniuersam regionem de illo. Et ipse docebat in synagogis eorũ, & magnificabatur ab oĩbus. Et uenit Nazareth ubi erat nutritus, & intrauit secundũ consuetudinem suam die sabbati in synagogam, & surrexit legere. Et traditus est illi liber Esaiæ prophetæ. Et ut reuoluit librũ, inuenit locum ubi scriptum erat: Spiritus domini super me, propter quod unxit

me, euangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, prædicare ca-  
 ptiuis remissionem, & cæcis uisum: dimittere cõfractos in remissionem, præ-  
 dicare annum domini acceptum, & diem retributionis. Et cum plicuisset li- 25  
 brum, reddidit ministro & sedit. Et omnium in synagoga oculi erant inten-  
 dentes in eum. Cæpit autem dicere ad illos, quia hodie impleta est hæc scri-  
 ptura in auribus uestris. Et omnes testimonium illi dabant, & mirabãtur in  
 uerbis gratiæ, quæ procedebãt de ore ipsius, & dicebant: Nõne hic est fili-  
 48 us Ioseph? ¶ Et ait illis: Vtiq; dicetis mihi hæc similitudinem: Medice, cura 30  
 te ipsum. Quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua.  
 Ait autẽ: Amen dico uobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua.  
 In ueritate dico uobis, multæ uiduæ erãt in diebus Heliæ in Israël, quando  
 clausum est cœlum annis tribus & mensibus sex, cum facta esset fames ma-  
 gna in omni terra, & ad nullam illarum missus est Helias, nisi in Sarepta Si 35  
 doniæ, ad mulierem uiduam. Et multi leprosi erant in Israël sub Helisæo  
 propheta, & nemo eorum mūdatus est nisi Naaman Syrus. Et repleti sunt  
 omnes in synagoga, ira, hæc audientes. Et surrexerunt, & eiecerunt illum ex  
 tra ciuitatem, & duxerunt illũ usq; ad supercilium montis, super quẽ ciuitas  
 illorum erat ædificata, ut præcipitarent eum. Ipse autem transiens per me- 40  
 dium illorũ, ibat. ¶ Et descendit in Capharnaum ciuitatem Galilææ, ibiq;  
 docebat illos sabbatis. Et stupebant in doctrina eius, quia in potestate erat  
 sermo ipsius. Et in synagoga erat homo habens dæmonium immundũ, &  
 exclamauit uoce magna, dicens: Sine, quid nobis & tibi IESU Nazarene?  
 Venisti perdere nos? Scio te quia sis sanctus dei. Et increpauit illũ IESVS, 45  
 dicens: Obmutesce, & exi ab eo. Et cum proiecisset illum dæmoniũ in me-  
 dium, exiit ab illo, nihilq; illum nocuit. Et factus est pavor in omnibus, &  
 colloquebantur adinuicem, dicentes: Quod est hoc uerbum, quia in pote-  
 state & uirtute imperat immũdis spiritibus, & exeũt? Et diuulgabatur fama  
 50 de illo in omnem locum regionis. ¶ Surgens autem IESVS de synagoga, 50  
 introiuit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis fe-  
 bribus, & rogauerunt illum pro ea. Et stans super illam imperauit febrì, &  
 dimisit illam. Et continuò surgens ministrabat illis. Cum autem sol occidif-  
 set, omnes qui habebant infirmos uariis languoribus, ducebãt illos ad eũ.  
 At ille singulis manus imponens, curabat eos. Exhibant autem dæmonia à 55  
 multis clamantia & dicentia, quia tu es filius dei. Et increpans, non sinebat  
 51 ea loqui: quia sciebant ipsum esse CHRISTVM. ¶ Facta autem die, egres-  
 sus ibat in desertum locum, & turbæ requirebant eum, & uenerũt usque ad  
 ipsum, & detinebãt illum ne discederet ab eis. Quibus ille ait: Quia & aliis  
 ciuitatibus oportet me euangelizare regnum dei, quia ideo missus sum. Et 60  
 erat prædicans in synagogis Galilææ.

## ANNOTATIONES BREVES XLI. CIRCA LITERAM CA. IIII.

1	egressus est ὑπέβη τὴν ἕρμ regressus est ἐἰς τὴν ἕρημον	13	mandauit ἐνελάττω futurum.	44	Sine, ἕα	θάρτου spiritū daemonij im (mūdi)
2	in deserto ἐἰς τὴν ἕρημον in desertum	14 18	& - quia regionē τῆς περιχώρου		Eia, Age	
4	illis * ὕστερον postea		finitimam regionem	45	quia sis	
6	IESVS: * λέγων dicēs,		& infra.		τίς εἶ	
6	uiuūt ζῆσεται futurum.	19	magnificabatur δοξαζόμενος glorificabatur	46	quis es illum	
7	duxit ἀναγαγὼν subduxit ἐλάσας	20	sabbati τῶν σαββάτων plurale.	47	in omnibus: ἐπὶ πάντας super omnes	
7	diabolus * εἰς ὄρος ὑψηλόν in montem excelsum,	21	legere. ut legeret. & ita de infinitiuis se	48	Quod est hoc uerbū τίς ὁ λόγος οὗτος Quis sermo hic	
8	in momento ἐπιγίγνη in puncto	21	ut reuoluit (quētibus ἀναπήξαε ut explicuit	51	magnis febris: πυρετῶ μεγάλῳ singularia.	
8	ait illi * ὁ διάβολος diabolus, calumniator.	24 24	uisum: ἀνάβλεψεν in remissionē, ἐμάρτυσα	52 52	super ἐπάνω supra imperauit ἐπετίμησεν	
9	illa. αὐτήν illam	25	in remissione acceptum, - & diē retributionis.	53	increpauit cum occidisset, ἀνόντες	
10	erunt tua omnia, ἐσάσου πάντα erit tua omnis	29 30	quæ procedebant τίς ἐκπορευομένων Vtique πάντως	54	qui ὅσοι quotquot tues	
10	dixit illi. * ὕπαε ὁπίσω μὲ σαῖον Abi post me satana.	33	Omnino in ueritate * ἢ autem	56	* ὁ χριστός CHRISTVS	
11	feruies λαζύσεις	36	Sidoniae, τῆς σιδωνος			
13	te σεαυτὸν teipsum	43	Sidonis daemoniū immūdum: πνεῦμα δαμονίου ἁκα	60	Ideo ἕνεκεν τούτου ad hoc	

## COMMENTARIUS IN CAPVT QVARTVM.

**R**osita genealogia saluatoris: prosequitur Lucas quadragenariū domini in deserto ieiunium, ac tentationem eius, dicēs. **¶** IESVS autem plenus spiritu sancto egressus est à Iordane, & agebatur in spiritu ī deserto, diebus quadraginta, & tentabatur à diabolo. Et nihil māducauit in diebus illis. Et consummatis illis, esuriit. Dixit autem illi diabolus: Si filius dei es, dicit lapidi huic ut panis fiat. Et respondit ad illum IESVS: Scriptum est, quia non in pane solo uiuūt homo, sed in omni uerbo dei. Et duxit illum diabolus, & ostendit ei omnia regna orbis terræ in momento temporis, & ait illi: Tibi dabo potestatem

» hanc uniuersam, & gloriam illorum: quia mihi tradita sunt, & cui uolo do illa. Tu ergo  
 » procidens si adoraueris coram me, erunt tua omnia. Et respondens IESVS, dixit il  
 » li: Scriptum est: Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruias. Et duxit illum in Hie  
 » rusalem, & statuit eum super pinnam templi, & dixit illi: Si filius dei es, mitte te hinc de  
 » orsum. Scriptum est enim, quod angelis suis mandauit de te, ut conseruet te, & quia  
 » in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Et respondens IESVS  
 » ait illi: Dicitur est, Non tentabis dominum deum tuum. Et consummata omni tentatione,  
 » diabolus recessit ab illo usque ad tempus. ¶ Quid est, Agebatur in spiritu in deserto die  
 » bus quadraginta, nisi ductus a spiritu in desertum, couersabatur ibi quadraginta die  
 » bus: Et a quo spiritu: Ab eo profecto, quo plenus erat cum recessit a Iordane, suscepto  
 » pro in Iordane baptismo: non Ioannis in aqua solum, sed etiam suo in spiritu sancto. Et  
 » tentabatur a diabolo, non quadraginta illis diebus, sed posteaquam illis exactis esurijt.  
 » Et ille ter tentauit dominum, & toties uictus est: deinde recessit ab eo. Et has tentationes  
 » & uictorias domini ponit Matthaeus capite quarto, numero 25. & duobus sequenti  
 » bus. Hoc tamen interest, quod in recentioribus codicibus Latinis & Graecis, secundae  
 » & tertiae tentationis immutatur ordo: & quod ex Matthaeo, recessit malignus non fe  
 » rens domini increpationem, Vade post me satana. At hic animaduertendum est, in  
 » uetustis codicibus Latinis, eundem tentationum ordinem in Luca, & in Matthaeo ser  
 » uari. Quod uidere licet in uetusto quodam codice, coenobij diui Germani Pratenfis ad  
 » muros Parisienses siti, & plerisque alijs eorum locorum, in quibus cariosa, & uetustate  
 » penè consumpta adseruantur uolumina. Sed & sic esse, & ita Lucam scripsisse, perue  
 » rissimile est. nam cum diabolus recessit a CHRISTO, non dimisit eum Hierosolymis su  
 » per pinnam templi. Quid enim opus fuisset uirtute spiritus, ut inde rediret in Galilae  
 » am: Adde quod Marcus dicit, tentatione facta, & effugato diabolo, dominum relictum  
 » fuisse cum bestijs terrae, & angelos ei ministrasse. Non ergo recessit diabolus, eo Hie  
 » rosolymis relicto. Caeterum post secundam tentationem apud Graecos, qua proci  
 » dente domino diabolus adorari uoluit, ponitur haec increpatione, ὑπάγε ὀπίσω μου σατανά, id  
 » est: Abi post me satana: quod perinde est ac, Abscede, noli ultra coram me stare sa  
 » tana. Quibus uerbis factum est diabolo imperium abeundi, & proditus est quisnam  
 » esset, nimirum diabolus & satanas, qui uolebat deus uideri, & adorari etiā a deo. Er  
 » go proditus, non ulterius tentauit, neque imperium abeundi differre potuit. Abijt igitur  
 » tunc, & reliquit dominum in monte illo excelso. Est ergo mutatus ordo, ubi post  
 » abitionis iussionem inducitur rursus tentans, qui & restituendus est ad uerum ordi  
 » nem, ordini Matthaei conspirantem. quem arbitror antiqua & uera exemplaria, tum  
 » Graeca, tum Latina habuisse. Caetera in utroque Euangelista consimilem fortiuntur  
 » intelligentiam. Et quid est quod ait Lucas: Et consummata omni tentatione, diabo  
 » lus recessit ab illo usque ad tempus? Vocabulum καιρός, quo hic utitur, tempus &  
 » opportunitatem designat. Perinde igitur est, ac si dixisset: Recessit ab illo usque ad tem  
 » pus opportunum, usque ad opportunitatem. Recessit igitur, nunquam ad tentandum re  
 » diturus, si ipsi a deo nulla postea data sit opportunitas, aut occasio. Mox subdit Lucas  
 » regressum domini, uirtute spiritus in Galilaeam, dicens. ¶ Et regressus est IESVS  
 » in uirtute spiritus in Galilaeam: & fama exijt per uniuersam regionem de illo. Et  
 » ipse docebat in synagogis eorum, & magnificabatur ab omnibus. Et uenit Na  
 » zareth, ubi erat nutritus: & intrauit secundum consuetudinem suam die sabbati in  
 » synagogam, & surrexit legere. Et traditus est illi liber Esaiæ prophetae. Et ut reuol  
 » uit librum, inuenit locum ubi scriptum erat: Spiritus domini super me: propter quod  
 » unxit me, euangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, praedicare capti  
 » uis remissionem, & caecis uisum, dimittere cofractos in remissionem, praedicare annum  
 » domini acceptum, & diem retributionis. Et cum plicuisset librum, reddidit ministro, & sedit.  
 » Et omnium

Et omnium in synagoga oculi erāt intendētes in eum. Cœpit autē dicere ad illos: quia hodie impleta est hæc scriptura in auribus uestris. Et omnes testimonium illi dabant, & mirabantur in uerbis gratiæ, quæ procedebāt de ore ipsius, & dicebāt: Nonne hic est filius Ioseph? ¶ Regressus est ex mōte illo, ubi cū feris relictus fuerat dominus, dei filius, uirginis filius, & rex & dominus omnium, profligato diabolo, in uirtute sui spiritus, cuius & uirtute fuerat in desertum abductus. Et post resurrectionē eius Philippus sic uirtute spiritus eunucho Candacis reginæ baptizato, sublatus & depositus in Azotū legitur. Et in Galilæam reuersus, docebat in synagogis Galilæorum. & magnificabatur, magnipēdebatur, & plurimi fiebat doctrina eius ab omnibus, in ijs salicet locis, in quibus neque ipse notus fuerat, neque parentes eius. Ast ubi uēnit in ciuitatem Nazareth, secus euēnit, ubi ipse & parentes eius noti putabantur, ubi lacte uirgineo post præsentationem suam in templo, fuerat aliquanto tempore ad lactatus, & à regressu eius ex Aegypto usq; ad annum fermè tricesimum educatus. Igitur intrauit secundum consuetudinem suam die sabbati Nazarenorū synagogam, secundum consuetudinem suam inquam, & ut mos illi erat: quia licet supra legem esset, legis tamen obseruator erat: sed ad spiritum, nō ad pharisæacæ cæcitatē superstitionē. In synagoga autem ad diei significationem, surgere solebat aliquis: & accepto libro, qui pro tempore offerebatur à ministro synagogæ ad id officij deputato, sacram aliquam lectionem populo auditioni attento, explicabat. Tunc è medio surrexit dominus, ut ipse id faceret. Cui à ministro oblatum est uolumen Esaiæ prophetæ: & aperto libro, non fortuito, sed ultro, ut ipse uoluit apud quem nihil est fortuitum, occurrit locus iste capituli sexagesimi primi, ubi sic nunc legimus: Spiritus domini super me, eo quod unxit me: ad annunciandū mansuetis misit me, ut mederer contritis corde, & prædicarē captiuis indulgētiā, & clausis apertionē: ut prædicarē annū placabilē domino, & diē ultionis deo nostro: ut cōsolarer oēs lugētes, ut ponerē fortitudinē lugentibus Sion: & darē eis coronā pro cinere, oleū gaudij pro luctu, palliū laudis pro spiritu moeroris. Hæc prophetia, quæ primū domino occurrerat legēda, de ipso erat. Quod & ipse cum in synagoga omnium oculi in ipsum intēti essent, aperuit: ut illi suū agnoscerent saluatorem. Nam ex hoc quod dixit, Spiritus domini super me, propter quod unxit me: intelligere debebant eum esse Mesiam, spiritu sancto, non terreno oleo unctum. Ex hoc, euangelizare pauperibus, id est māfuetis & humilibus corde misit me, doctrinam eius non esse humanam, sed diuinam. Ex hoc, sanare contritos corde, & reliquis particulis, eum esse qui iustificat, qui peccata remittit, qui ignorantia obcæcatos illuminat ad fidem, qui à maligno captiuis præstat solutionem, qui prædicat tempus gratiæ deo acceptum, & tempus ultionis ijs, qui hanc salutem neglexerint superuenturum. Sed miserī, qui cum omnes testimonium illi darēt, id est doctrinæ eius mirabili: & mirarentur in uerbis gratiæ, quæ procedebant de ore eius: scandalizabantur in hoc, quod putabant se eum, & parentes eius nosse, & dicebāt: Nonne hic est filius Ioseph? At non erat, ut putabant: sed erat natura filius dei, quod nesciebant. Putabant filium MARIÆ, & erat: sed nō erat, ut putabant: nam intacta erat & uirgo, quod nesciebant. Quare neq; patrē, neq; matrē, neq; fratres, neq; sorores eius cognoscebant, ut putabāt: sed temeritas sui iudicij exclusit eos à Mesia cognitione, & à cognitione filij dei. Quo docemur, in ijs præcipue quæ dei sunt, secundū carnē iudicandū nō esse. Et quædam eorū, quæ hic posita sunt, tangere uidetur Matthæus cap. tertio decimo, numero 140. & Marcus cap. sexto, numero 28. Quid autē illis ob temerarium carnis iudicium scandalizatis, non bene sentiētibus de doctrina cœlesti, neq; eam, quam par erat, fidem habētibus, responderit dominus, subdit Lucas, dicens. ¶ Et ait illis: Vtiq; dicetis mihi hanc similitudinē: Medice cura te ipsum. Quanta audiuius facta in

A. 8.

Esa. 61.

48

20 Capharnaum, fac & hic in patria tua. Ait autem: Amē dico uobis, quia nemo propheta  
 21 ta acceptus est in patria sua. In ueritate dico uobis, multæ uiduæ erant in diebus Eliæ  
 22 in Israël, quando clausum est cœlum annis tribus, & mēſibus ſex, cū facta eſſet fames  
 23 magna in omni terra: & ad nullam illarum miſſus eſt Eliās, niſi in Sarepta Sidoniæ ad  
 24 mulierem uiduam. Et multi leproſi erant in Israël ſub Eliſæo propheta: & nemo eorū  
 25 mūdatus eſt, niſi Naaman Syrus. Et repleti ſunt omnes in ſynagoga ira, hæc audien-  
 26 tes. Et ſurrexerunt, & eiecerunt illum extra ciuitatem, & duxerunt illū uſq; ad ſuperci-  
 27 lium montis, ſuper quem ciuitas illorum erat ædificata, ut præcipitarēt eum. Ipſe au-  
 28 tem trāſiens per medium illorum, ibat. ¶ Non approbat præcedētia Nazarenorum  
 uerba, ſed potius reprobat, cū adiicit quæ ultra poſſent dicere. Poſſetis (inquit) omni-  
 no mihi dicere: Medice cura teipſum. Fac & hic ſigna ī patria tua, quæ te audiui-  
 miſ feciſſe Capharnaum. Quibus uerbis innuit eos, quod ſigna & uirtutes ſtupēdas non  
 faceret ibi, quales audierāt ipſum multas feciſſe Capharnaum, infirmitati ipſius adſcri-  
 bere, & non ſuæ incredulitati, propter quam talia ibi ſigna nō faciebat. Ideo ipſos cō-  
 muni adagio, nimirum quod nemo eſt propheta in patria ſua, obnoxios eſſe dicit. Et  
 quare propheta, quamuis reuera propheta ſit, non reputatur propheta in patria ſua.  
 Profecto ob temerarium ac carnale iudiciū. Nam quia parentes norūt educationem,  
 quibus ſtudijs innutritus ſit, & iter quos uerſatus: ideo ſtolidi, ſic de illo ut de ſe & cæ-  
 teris iudicant, quali nō ſit dei, quem uoluerit ſapientia donare, aut prophetia, uel alijs  
 gratijs illuſtrare. Et hæc eſt una & uera cauſa, cur qui gratias dei habent, non pro ſua,  
 ſed ſola dei uoluntate, minus poſſint inter notos quàm ignotos: quia notī adeo ſtolidi  
 & temerarij iudicij eſſe ſolent, niſi non carne, ſed ſpiritu ambulent: ut nō iudicēt alia  
 aut eſſe, aut eſſe poſſe, quàm quæ uiderint, aut agnouerint: deus autem inuiſibiliter &  
 repente ſuas gratias in cæteris operatur, qui ſuper omnes in CHRISTO, non per do-  
 num aduentitium, ſed per eſſentiam operatus eſt. Et hac de cauſa ſpiritus dei, qui ſuas  
 gratias nō uult eſſe irritas, potius ad externos & ignotos huiuſmodi cœleſtia dona poſ-  
 ſidentes mittit, quàm ad internos & notos. Quod exemplo Eliæ habitatoris Carme-  
 li, & Naaman Syri, oſtēdit dominus. Quorum hic ignotus, uēnit ad Eliſæū ignotum  
 fide ductus, ut à lepra curaretur, ad quem nullus leproſus in Iudæa, aut Galilæa ibat,  
 ut à lepra curaretur: quia ea fide (quam alienigena habebat) deſtitutus. Ille uero miſ-  
 ſus eſt tēpore famis ad mulierem Sareptanam, quæ in Sarepta ciuitate Sidonis, pro-  
 cul habitabat ab omni cognatione Eliæ: hæc autem uerbis illius credula fuit, & fecit  
 quæcunq; ſibi Eliās faciēda imperauit: cui inter notos non fuiſſet ſimilis. Harum hi-  
 ſtoriarum altera quæ eſt Eliæ, nota eſt ex tertij Regū cap. ſeptimodecimo: altera quæ  
 eſt Naaman Syri, ex quarti Regum cap. quinto. Sed cum dominus, illorum increduli-  
 tatem, & aliorū erga notos, per quos nihilominus diuinum operaretur munus, taxa-  
 ret: ipſi reprehensionem indigne ferentes, & ita perciti, neq; dei, neq; ſabbati ratione  
 uilla habita, deduxerunt eum extra ſynagogam, ut è ſupercilio montis ſuper quē urbs  
 Nazareth fundata erat, præcipitē dederēt: ſed ipſis (quæquā implēdi male cōcepti uo-  
 ti deſyderio flagrarēt) tanq; ſtatuſ line ſenſu ac motu utrinq; manētibus, ut uoluit do-  
 minus, per medium illorum tranſijt, & proſectus eſt libere quocūq; uoluit. Et hoc fe-  
 cit illis ſignum, quod maxime decebat incredulos, qui ſtupidi, & omni potentia priti-  
 ti, uifuri ſunt felices ad beata regna migrare: ſe autem ipſos ad tormēta deſeri. Illos er-  
 go deſeruit dominus tanquam indignos, & proſectus eſt Capharnaum, dicente Lu-  
 49 ca. ¶ Et deſcendit in Capharnaum ciuitatem Galilææ, ibiq; docebat illos ſabbatis. Et  
 29 ſtupebant in doctrina eius: quia in poteſtate erat ſermo ipſius. Et in ſynagoga erat ho-  
 30 mo habens dæmonium immundum, & exclamauit uoce magna, dicens: Sine, Quid  
 31 nobis & tibi IESV Nazarene? Veniſti perdere nos? Scio te qui ſis ſanctus dei. Et in-  
 32 crepauit illud IESVS, dicens: Obmuteſce, & exi ab eo. Et cum proieciſſet illum dæ-  
 monium

monium in medium, exijt ab illo, nihilq; illum nocuit: & factus est pavor in omnibus,  
 & colloquebantur adinuicem, dicentes: Quid est hoc uerbū: quia in potestate & uir-  
 tute imperat immundis spiritibus, & exeunt. Et diuulgabatur fama de illo in omnem  
 locum regionis. ¶ Capharnaum, urbs est maritima ad latus orientale maris Tiberia-  
 dis, in loco humili & depresso sita. Nazareth autem in montibus, & ad septentrionem  
 paulo orientalis. Et ideo ex eo loco abeuntibus ad mare, descendendum est. Illic do-  
 cebat dominus sabbatis in synagogis, & stupebant in doctrina eius: quia in potestate  
 erat sermo ipsius. Sed cur in potestate erat sermo ipsius? Quia sic potens erat ser-  
 mo ipsius, ut ipse solo uerbo morbos curaret, & dæmonia eiiceret: immo quicquid iu-  
 beret & imperaret, fieret. Et in tali potestate erat doctrina eius, qualem nunquam in  
 alio quopiam docente agnouerant. Quam etiam dominus manifestauit, eiectione spiritus  
 immundo, supplice & diuinitatem ipsius attestante. Similia ihs quæ hic tractat Lucas,  
 habet Marcus cap. primo, numero 8. Hoc tamen interesse uideri possit, quod Marcus  
 ponit dæmonium discerpisse hominem, Lucas eum in mediū proiecisse. At idem est:  
 nam dæmonia, quos obsident, in terram prosternunt, & uehementer illidunt discer-  
 puntq; quod & fecit hic dæmon: illū tamen nihil lædere potuit, neq; læsionis uestigi-  
 um ullum in eo relinquere, sic domini operante uirtute. Deinde ponit Lucas signum,  
 quod fecit dominus in focu Petri, dicēs. ¶ Surgens autem IESVS de synagoga, in-  
 troiuit in domū Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus, & ro-  
 gauerunt illum pro ea. Et stans super illam, imperauit febrī, & dimisit illam: & conti-  
 nuō surgens ministrabat illis. Cum autem sol occidisset, omnes qui habebāt infirmos  
 uarijs languoribus, ducebant illos ad eum. At ille singulis manus imponens, curabat  
 eos. Exibant autem dæmonia à multis, clamantia & dicētia: quia tu es filius dei. Et in-  
 crepans, non sinebat ea loqui: quia sciebant ipsum esse CHRISTVM. ¶ Quid est, Et  
 stans super illam imperauit febrī, & dimisit illā: nisi quod dominus erectus supra eam,  
 quæ lecto uale tudinaria decumbebat, præcepit febrī, & cōtinuō febris reliquit illam?  
 Sed & manu eam tetigit ex Matthæi cap. octauo, numero 74. Et quis dubitat, incre-  
 patione imperiosa febrē abijisse, & domini attactū repente omnes corporis uires in-  
 staurasse, non medicorum more, aut naturæ, quæ sensim uires reparat: Sed & de uale-  
 tudinarijs, quos impositione manuum dominus sanabat: & de dæmonibus, quos uer-  
 bo eiiciebat, meminit Matthæus i prædicti cap. numero 78. Addit autē Lucas, quod  
 dæmonia clamabant dominum esse filium dei. At quia non erat illorum id enunciare:  
 increpata tacebant, & abire cogebantur. Consimilē sententiā habet Marc. cap. tertio,  
 numero 16. At erumpente die, profectus est dominus in desertū locum, ut subdit Lu-  
 cas, dicens. ¶ Facta autem die, egressus ibat in desertum locum, & turbæ requirebāt  
 eum: & uenerunt usq; ad ipsum, & detinebant illum ne discederet ab eis. Quibus ille  
 ait: Quia & alijs ciuitatibus oportet me euāgelizare regnū dei, quia ideo missus sum.  
 Et erat prædicans in synagogis Galilææ. ¶ Id γενομένης δὲ ἡμέρας, hunc sensum præ-  
 tendit, Cum autem fieret dies: aut hunc, Facta autē die. Verum ille huic loco accom-  
 modatior uidetur. Nam ut diffugeret turbarum tumultū, ibat in desertum locum;  
 quod multitudinem latere uolebat, at si factō die egressus fuisset, minime latuisset. Pri-  
 mo ergo diluculo, & quamprimum erumpere cœpit dies, profectus uidetur in deser-  
 tū locū, & sic diffugisse turbarū tumultū: quod etiā apertius Marcus cap. primo, nu-  
 mero 9. indicat, ubi ait: Et diluculo ualde surgens, egressus abiit in desertū locum, ibiq;  
 orabat. Et profectus est eū Simon, & qui cum illo erant. Diffugit, ut dictum est, tur-  
 barū impetū, uerū nequaquā omnīū: nam quæ ualidiores erant, & uerbi audiendi de-  
 syderio ardebāt, ipsum secutæ sunt. Quibus uerbum dei adeò dulce & humanū erat,  
 ut à deserto discedere nollent, sed omni conamine secum detinere dominū studerent.  
 Verum eum implere oportebat officiū ad quod missus erat. Missus autē erat, quod su-

pra uisum est, ut pauperibus euangelizaret, ut sanaret contritos corde, ut predicaret captiuis remissionem, & caecis uisum, ut emitteret contractos in remissione, ut predicaret annum domini acceptum & diem retributionis. & hac ratione dimissis in sua loca turbis, profectus est ad alias ciuitates Galilææ, quas non uisitauerat: & earum synagogas ingressus, euangelizabat regnum dei. Vnde satis constat, dominum, ut nimias populorum turbas declinat, & in deserto à ualidis, & feruentibus requiri uult, quos contemplationis dulcedine pascat: ita & congregationes ad dei cultum in urbibus & pagis congregatas, quas olim synagogas uocabant, nunc ecclesias, etiam uisitare. Si ergo eum inuenire uolumus, maxime in spiritu ocio: diffugiamus confusionem multitudinum propter ipsum solum, & eum si ualidi sumus, si feruentes, & charitate consummati, in solitudinibus requiramus. Quod si nos detineant urbes, congregationes sanctorum ne deseramus: ut ipse aut hic, aut illic nos pascere dignetur doctrina uitæ æternæ, quod est euangelium regni dei: ad quod docendum homines in salutem perpetuam, de cælo descendit ipse, qui est æterni patris filius, illuminator, redemptor que mundi. Per quem misericordiarum pater, qui tot seculis manserat ignotus, cognitus est, ut laudetur ab omni generatione, & præterita, & futura. Illi ergo & honor, & gloria, & gratiarum actio per dominum nostrum, in spiritu sancto. in omnia seculorum secula. Amen.

## C A P V T Q V I N T V M.

- 52  Actum est autem cum turbæ irruerent in eum, ut audirét uerbum dei, & ipse stabat secus stagnum Genesareth. Et uidit duas naues stantes secus stagnum: piscatores autem descendebant, & lauabant retia. Ascendens autem in unam nauim quæ erat Simonis, rogauit eum à terra reducere pusillum. 5 Et sedens docebat de nauicula turbas. Vt cessauit autem loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum, & laxate retia uestra in capturam. Et respondens Simon, dixit illi: Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus, in uerbo autem tuo laxabo rete. Et cum hoc fecissent, concluderunt pisciū multitudinem copiosam. Rumpebatur autem rete eorum. Et annuerūt sociis, 10 qui erant in alia naui, ut uenirent & adiuuarent eos. Et uenerūt, & impleuerunt ambas nauiculas, ita ut penè mergerentur. Quod cum uideret Simon Petrus, procidit ad genua IESU, dicens: Exi à me domine, quia homo peccator sum. Stupor enim circundederat eum, & omnes qui cum illo erant, in 15 captura piscium, quam ceperant. Similiter autem Iacobum & Ioannem filios Zebedæi, qui erant socii Simonis. Et ait ad Simonem IESVS: Noli timere, ex hoc iam homines eris capiens. Et subductis ad terram nauibus, relictis omnibus secuti sunt eum. 53 ¶ Et factum est cum esset in una ciuitatum, & ecce uir plenus lepra, & uidens IESVM, & procidens in faciem suam, rogauit eum, dicens: Domine si uis, potes me mundare. Et extendens manū, 20 tetigit eum, dicens: Volo, Mundare. Et confestim lepra discessit ab illo. Et ipse præcepit illi, ut nemini diceret: sed uade ostēde te sacerdoti, & offer pro emundatione tua, sicut præcepit Moyses in testimonium illis. Perambulabat autem magis sermo de illo, & conueniebant turbæ multæ, ut audirét, & curarentur

25 curarentur ab infirmitatibus suis. Ipse autem secedebat in desertum, & ora-  
 bat. ¶ Et factum est in una dierum, & ipse sedebat docens. Et erant phari- 54  
 sæi sedentes, & legis doctores qui uenerant ex omni castello Galilææ & Iu-  
 dææ & Hierusalem, & uirtus domini erat ad sanandum eos. Et ecce uiri por-  
 tantes in lecto hominem, qui erat paralyticus, & quærebant eum inferre, &  
 30 ponere ante eum. Et non inuenientes qua parte illum inferrent præ turba,  
 ascenderunt supra tectum, & per tegulas submiserunt eum cum lecto in me-  
 dium ante IESVM. Quorum fidem ut uidit, dixit: Homo, remittuntur ti-  
 bi peccata tua. Et cœperunt cogitare scribæ & pharisæi, dicentes: Quis est hic,  
 qui loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata, nisi solus deus?  
 35 Ut cognouit autem IESVS cogitationes eorum, respondens dixit ad illos:  
 Quid cogitatis in cordibus uestris? Quid est facilius dicere, dimittuntur ti-  
 bi peccata: an dicere, surge & ambula? Ut autem sciatis, quia filius hominis  
 habet potestatem in terra dimittendi peccata (ait paralytico) tibi dico, sur-  
 ge, tolle lectum tuum, & uade in domum tuam. Et confestim consurgens co-  
 40 ram illis, tulit lectum in quo iacebat, & abiit in domum suam, magnificans  
 deum. Et stupor apprehendit omnes, & magnificabant deum. Et repleti sunt  
 timore, dicentes, quia uidimus mirabilia hodie. ¶ Et post hæc exiit, & uidit 55  
 publicanum nomine Leui, sedentem ad teloneum, & ait illi: Sequere me. Et  
 relictis omnibus, surgens secutus est eum. Et fecit ei conuiuium magnum  
 45 Leui in domo sua, & erat turba multa publicanorum, & aliorum, qui cum il-  
 lis erant discumbentes. Et murmurabant pharisæi & scribæ eorum, dicentes  
 ad discipulos eius: Quare cum publicanis & peccatoribus manducatis & bi-  
 bitis? Et respondens IESVS, dixit ad illos: Non egent qui sani sunt, medi-  
 co, sed qui male habent. Nō ueni uocare iustos, sed peccatores ad pœniten-  
 50 tiam. ¶ At illi dixerunt ad eum: Quare discipuli Ioannis ieiunant frequen- 56  
 ter, & obsecrationes faciunt, similiter & pharisæorum: tui autem, edunt & bi-  
 bunt? Quibus ipse ait: Nunquid potestis filios sponsi, dum cū illis est spon-  
 sus, facere ieiunare? Venient autem dies, & cum ablatu fuerit ab illis spon-  
 sus, tunc ieiunabunt in illis diebus. Dicebat autem & similitudinem ad illos:  
 55 Quia nemo commissuram à uestimento nouo immittit in uestimentum ue-  
 tis: alioquin & nouum rumpit, & ueteri non conuenit. Commissura à no-  
 uo. Et nemo mittit uinum nouum in utres ueteres: alioquin rumpit uinum  
 nouum utres, & uinum effundetur, & utres peribunt. Sed uinum nouum in  
 utres novos mittendum est, & utraq; conseruantur. Et nemo bibens uetus,  
 60 statim uult nouum: dicit enim, uetus melius est.

## ANNOTATIONES BREUES XXXI. CIRCA LITERAM CAP. V.

1	in eum	* ἀπ' αὐτοῦ	naui
	αὐτῶ	ex illis	& infra.
	ei	6 nauicula	8 Præceptor,
3	descenderant	τὸ πλοῖον	ἐπιστάτα

	Præfecte	25	desertum		inopinabilia,
11	in alia		ταῖς ἐρήμοις		incredibilia
	in altera		plurale	43	Leui
11	eos	26	sedebat		λευῖν
	se		ἦν	45	Leui
12	ut—penè		erat		λευῖς
13	homo	31	submiserunt	52	sponsi
	ἄνθρωπος		κατήκαμ		τῶν νυμφῶνος
	uir		demiserunt		thalami nuptialis
17	ex hoc iam	31	lecto	55	sponsus
	ἀπὸ τῶν νῦν		τῶ κλινιδίῳ		ὁ νυμφίος
	ex hoc nunc		diminutiuum		& infra
	posthac		& infra	55	à uestimento nouo
17	capiens.	32	dixit * αὐτῷ εἰ.		ἱματίσιν καινῶν
	ζῶντων	33	peccata * σε tuar:		uestimenti noui
	uiuos capiens	38	surge, * κηρὶ &	57	rumpit
19	in faciem—suam	40	tulit—lectum		ῥήξαι
22	uade,	40	magnificans	57	futurum.
	ἀπελθὼν		δοξάζων		& uinum
	abiens		glorificans		ἢ αὐτὸς
25	curarentur		& infra		& ipsum
	* ὑπ' αὐτῶ	42	mirabilia	60	melius
	ab eo		παράδοξα		ἤ καὶ ἄλλοις

COMMENTARIUS IN CAPVT QVINTVM.



52

Vm multæ turbæ incumberent domino, ut audirent uerbū dei: & do-  
 minus staret iuxta lacum Genesaret, quod est mare Tiberiadis, ut com-  
 modius & minori impedimento impertiret illis uerbum dei: conscendit  
 nauim quæ erat Petri, ut subdit Lucas, dicēs. ¶ Factum est autem cum  
 turbæ irruerent in eum, ut audirent uerbum dei, & ipse stabat secus sta-  
 gnū Genesaret. Et uidit duas naues stantes secus stagnum: piscatores autē descen-  
 derant, & lauabant retia. Ascendens autem in unam nauim, quæ erat Simonis, roga-  
 uit eum à terra reducere pusillum. Et sedens docebat de nauicula turbas. Ut cessauit  
 autem loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum, & laxate retia uestra in capturam. Et  
 respondens Simon, dixit illi: Præceptor, per totam noctem laborātes, nihil cepimus:  
 in uerbo autem tuo laxabo rete. Et cum hoc fecissent, concluderunt piscium multitu-  
 dinem copiosam. Rumpebatur autem rete eorum, Et annuerūt socijs, qui erāt in alia  
 nauī, ut uenirent & adiuuarent eos. Et uenerunt, & impleuerūt ambas nauiculas, ita  
 ut penè mergerentur. Quod cum uideret Simon Petrus, procidit ad genua IESV, di-  
 cens: Exi à me domine, quia homo peccator sum. Stupor enim circūdederat eum, &  
 omnes qui cum illo erant in captura piscium, quam ceperant. Similiter autem Iaco-  
 bum & Ioannem filios Zebedæi, qui erāt socij Simonis. Et ait ad Simonem IESVS:  
 Noli timere, quia ex hoc iam homines eris capiens. Et subductis ad terram nauibus,  
 relictis omnibus secuti sunt eū. ¶ Descenderant piscatores, & lauabant retia sua. Do-  
 minus nauim ascendit, & nauim quidem Petri. Petrus eam pusillum abduci à terra. Se-  
 dens docet ex illa turbas. Vbi loqui cessauit, ascendit in altum mare. Petrus, Iacobus,  
 & Ioannes ad uerbum domini laxant retia. Et qui tota nocte laborantes, nihil prenda-  
 derant, maximam copiam piscium, ita ut rete dirumperetur, concludunt. Petunt au-  
xliiij

xilium à focijs alterius nauis. Implētur ambæ naues illæ. Miraculo stupefactus Petrus  
 procumbit ad genua CHRISTI: peccatorem se agnoscit & indignum, in cuius nauis  
 tanti numinis adesset præsentia. Huic dominus fiduciam ingerit, & timorem discutit.  
 Deniq; subductis nauibus in terram, id est in portum, omnibus relictis Petrus, Iaco-  
 bus, & Ioannes sequuntur filium dei. Priores piscatores ueteris legis, & ueterum er-  
 rorum magistri. Naues priores, plebes Hebræorum & gētilium: Retia, uetus lex, aut  
 gentilium dogmata. Locus terræ, terrenos indicat: Stagnum siue mare, mūdum. Nauis  
 Petri, ecclesiam. Altera, synagogam. Rete Petri, doctrina CHRISTI: Nox, uetustatis  
 tempus. Ergo quod piscatores descenderant è nauibus, designat magistros ue-  
 rustatis institutionem populorum reliquisse. Quod lauant retia: illos dogmata sua, &  
 doctrinam suam repurgare, & tunc dominum ascendere communem & Iudæis &  
 gentibus nauim, quæ una est catholica ecclesia. Quod petit à Petro nauim pusillum  
 abduci à terra: ecclesiam à terrenis auocari oportere, sed sic tamen auocari, ut qui terre-  
 ni sunt, plenè audire possint uocem CHRISTI, in nauis à terrenis affectibus separata  
 sedētis. Sessio, stabilitatem & immobilitatem eius ab huiusmodi ecclesia. Cessauit au-  
 tem loqui, cum nos sua morte redemit, & suam mortalem peregrinationē finiuit. Iu-  
 bet ecclesiam non terrenam, sed spiritualem in altum duci: quia per eam uult uniuersum  
 mundum ad fidem comprehendere. Piscatores tota nocte laborantes, nihil prendi-  
 derant: quia tempore uetustatis, neq; gentes, neq; Hebræi ad uitam capi ualebāt æter-  
 nam. In uerbo domini Petrus, Iacobus, & Ioannes laxauerunt rete in capturam: quia  
 iussu domini, apostoli per uniuersum mundum expanderūt rete euangelicum. Gran-  
 dis copia piscium capitur: quia incredibilis gentium multitudo prædicatione eorum,  
 ad ueritatis fidem colligitur. Rumpitur rete, quia non sufficit uerbum eorum ad tan-  
 tam multitudinem gentium ecclesiæ inducendam. Socios ex altera aduocant qui ad-  
 iuent: quia apostoli, ex gentibus, & Iudæis adsciuerunt, qui doctrinæ euangelicæ cū  
 ipsis, omnibus nationibus prædicandæ auxilio forent. Duæ naues implentur, quia ec-  
 clesia ex gentibus, & ecclesia ex Iudæis. Quod Petrus procumbit ad genua IESU, mi-  
 raculo stupefactus, & se agnoscit peccatorem præsentia tantæ bonitatis, et maiestatis  
 indignum: ea est confessio & humilitas, quam retinere debet ecclesia, nihil sibi tribuen-  
 do, nisi peccatum & indignitatem: sed omnia CHRISTO, à quo omne bonum perci-  
 pit, non suo ullo merito, sed sola illius gratia & bonitate. Quod Petrus & alij relictis  
 omnibus secuti sunt dominum: exemplū est, omnibus terrenis relictis, CHRISTVM  
 esse sequendum. Reduxerūt Petrus, Iacobus, & Ioannes naues ad portum: quia tam  
 gentes, quàm Hebræos ad salutem perduxerunt. Cæterum cum dominus dixit Pe-  
 tro: Noli timere, ex hoc iam homines eris capiens: & uiuos quidem capiens (id enim  
 designat ὡς ἄνθρωπον) aperuit facti huius mysterium. Mox subdit Lucas curam leprosi, ple-  
 na fide potentiam CHRISTI confitentis, dicens. ¶ Et factum est cum esset in una ciui-  
 tate, & ecce uir plenus lepra, uidens IESVM, & procidens in faciem suam, rogauit  
 eum, dicens: Domine, si uis potes me mundare. Et extendens manum, tetigit eum, di-  
 cens: Volo, Mundare. Et confestim lepra discessit ab illo: & ipse præcepit illi, ut nemi-  
 ni diceret: sed uade, ostende te sacerdoti: & offer pro emundatione tua, sicut præcepit  
 Moyses in testimonium illis. Perambulabat autem magis sermo de illo: & conuenie-  
 bant turbæ multæ, ut audirent, & curarentur ab infirmitatibus suis. Ipse autem sece-  
 debat in desertum, & orabat. ¶ Hic quæri potest, quomodo hic dicatur de leproso,  
 Cum esset in una ciuitate: cum leprosis, ciuitatibus esset interdictum: Verum id est  
 quo ad habitationem, nō quo ad transitum, aut ad breue tempus ingressum ad neces-  
 saria comparanda: quomodo & hic tunc ingressus intelligitur: & id quidem ex Mar-  
 co cap. primo, dicente: Et egressus, coepit prædicare & diffamare, id est diuulgare ser-  
 monem: non enim nisi de ingresso diceret, Et egressus. Et hæc sanati leprosi historia,



erant. In cæteris autem, consimilē habent intelligentiā. Adijcit Lucas sugillationem discipulorū Ioannis & pharisæorū, dicens. ¶ At illi dixerunt ad eum: Quare discipuli Ioannis ieiunant frequenter, & obsecrationes faciunt, similiter & pharisæorum: tui autē edunt & bibunt: Quibus ipse ait: Nunquid potestis filios sponsi, dum cū illis est sponsus, facere ieiunare? Venient autē dies, & cū ablati fuerit ab illis sponsus, tunc ieiunabunt in illis diebus. Dicebat autē & similitudinē ad illos: Quia nemo cōmissurā à uestimento nouo immittit in uestimentū uetus: alioquin & nouum rumpit, & ueteri non conuenit cōmissura à nouo. Et nemo mittit uinū nouum in utres ueteres, alioquin rumpit uinum nouum utres, & uinū effundetur, & utres peribunt. Sed uinū nouum in utres novos mittendū est, & utraq; conseruatur. Et nemo bibēs uetus, statim uult nouum: dicit enim, uetus melius est. ¶ Discipulos Ioannis id interrogasse, cōstat ex Matthæo: & unā cū illis pharisæos, ex Marco. Sed addit hic Lucas, q̄ illi crebro nō ieiunabant, sed & obsecrationes faciebāt: quæ discipuli domini nō obseruabāt. At ea omnia erant humanæ iuxta sectas suas institutionis, nō diuinæ ordinationis: & ueteris fermētī, non nouæ doctrinæ, quæ sincera est & doctrina spiritus. Et satisfacit illis dominus hic, ut Matthæi cap. nono, numero 81. & Marci cap. secundo, numero 13. dictum est. Et ex hoc q̄ hic ait Lucas dominū dixisse, Nemo commissurā à uestimēto nouo immittit in uestimentū uetus: id est nemo frustum noui uestimēti uestimento ueteri affuit, intelligimus κατὰ νόον, quo hic utitur Lucas, & ἀναφορᾶ, siue ἀγναφορᾶ (utroque enim modo scribi solet) quo illic utitur Matthæus & Marcus, eodē recidere id quod iam diximus apud Matthæum cap. præfato. Addit præterea hic Lucas ex uerbis domini, uinum nouum in utres novos mittendum esse: & q̄ nemo bibēs uetus, statim uult nouum: dicit enim, uetus melius est. Quo indicat doctrinā nouam, doctrinā gratiæ, doctrinā spiritus, nouis uasis, id est mentibus, non ueteri doctrina (hanc autē uocō, quæ ex humano sensu est) imbutis, esse committendā: & tūc utraq; & doctrinam nouam, & mentes ipsas optime conseruari. Quod si cuipiā ueteri disciplina imbuto committatur noua, illum non protinus eā admittere, sed dicere ueterē, quæ est humani sensus, meliorem esse, humanū iudicando diuinum, immo diuino melius: adeo stultata sunt hominum iudicia, ut humana diuinis longè præferant. Et haud scio, an tempora nostra hac labe careant. Faciat IESV benignitas, ut citò purgentur, & omnes cœlestem ambrosiā, uinum semper nouum, uinū euangelicum bibant. Reliqua omnia, Matthæo & Marco locis supradictis sunt communia. Deus igitur uelit, ut nos omnes noua uasa simus, nouam admittētes doctrinam, omni uetere quæ humana est, eiecā: spiritus enim CHRISTI semper nouus est (ut Adam semper uetus, semper tendens ad interitum) & ideo æternus, à summo patre per filium nobis cōmunicatus. Cui deo nostro unitrino, patri, filio, & spiritui sancto gloria, & honor, & indeficiens gratiarū actio, in omnia seculorum secula. Amen.

## CAPVT SEXTVM.



Actum est autem in sabbato secundoprmo, cum transfiret per fata, uellebant discipuli eius spicas, & māducabant confricantes manibus. Quidam autem pharisæorum dicebant illis: Quid facitis quod non licet in sabbatis? Et respondens IESVS, ad eos dixit: Nec hoc legistis, quod fecit Dauid, cum esurisset ipse & qui cū illo erāt, quomodo intrauit in domū dei, & panes propositionis sumpsit & manducauit, & dedit his qui cum ipso erāt, quos non licet manducare, nisi tantum sacerdotibus? Et dicebat illis, quia

- 58 dominus est filius hominis, etiam sabbati. ¶ Factum est autē & in alio sab-  
 bato, ut intraret in synagogam, & doceret. Et erat ibi homo, & manus eius 10  
 dextera erat arida. Observabant autem scribæ & pharisæi, si in sabbato cu-  
 raret, ut inuenirent unde accusarent eum. Ipse uero sciebat cogitationes eo-  
 rum, & ait homini, qui habebat manum aridam: Surge, & sta in mediū. Et  
 surgens, stetit. Ait autem ad illos IESVS: Interrogo uos, si licet sabbatis be-  
 nefacere, an male: animam saluam facere, an perdere? Et circūspectis omni- 15  
 bus, dixit homini: Extende manum tuam. Et extendit, & restituta est ma-  
 nus eius. Ipsi autem repleti sunt insipientia, & colloquebantur adinui-  
 cem quidnam facerent de IESV. ¶ Factum est autem in illis diebus exiit  
 59 in montem orare, & erat pernoctans in oratione dei. Et cum dies factus es-  
 set, uocauit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos & apostolos 20  
 nominauit, Simonem quem cognominauit Petrum, & Andream fratrem  
 eius, Iacobum & Ioannem, Philippum & Bartholomæum, Matthæum &  
 Thomam, Iacobum Alphæi & Simonem, qui uocatur Zelotes, & Iudam  
 60 Iacobi, & Iudam Scarioth, qui fuit proditor. ¶ Et descendens cum illis, ste-  
 tit in loco campestri, & turba discipulorum eius, & multitudo copiosa ple- 25  
 bis ab omni Iudæa & Hierusalem, & maritima & Tyri & Sidonis, qui uene-  
 rant ut audirent eum, & sanarentur à languoribus suis. Et qui uexabantur à  
 spiritibus immundis, curabantur. Et omnis turba quærebat eum tangere:  
 61 quia uirtus de illo exibat, & sanabat omnes. ¶ Et ipse eleuatis oculis in di-  
 scipulos suos, dicebat: Beati pauperes, quia uestrum est regnum dei. Bea- 30  
 ti qui nunc esuritis, quia saturabimini. Beati qui nunc fletis, quia ridebitis.  
 Beati eritis cum uos oderint homines, & cū separauerint uos, & exprobra-  
 uerint, & eiecerint nomen uestrum tanquam malum, propter filium homi-  
 nis. Gaudete in illa die & exultate: ecce enim merces uestra multa est in cœ-  
 lo: secundum hæc enim faciebant prophetis patres eorum. Veruntamen uæ 35  
 uobis diuitibus, qui habetis consolationem uestram. Væ uobis qui saturati  
 estis, quia esurietis. Væ uobis, qui ridetis nūc, quia lugebitis & flebitis. Væ  
 cum benedixerint uobis omnes homines: secundum hæc enim faciebāt pseu-  
 62 doprophetis patres eorū. ¶ Sed uobis dico qui auditis: Diligite inimicos  
 uestros: benefacite his qui uos oderunt. Benedicite maledicentibus uobis, 40  
 & orate pro calumniantibus uos. Et qui te percutit in maxillam unam, præ-  
 be illi & alteram. Et ab eo qui aufert tibi uestimentum, etiam tunicam no-  
 li prohibere. Omni autem petenti te, tribue: & qui aufert quæ tua sunt, ne  
 repetas. Et prout uultis ut faciāt uobis homines, & uos facite illis similiter.
- 63 ¶ Et si diligitis eos qui uos diligunt, quæ uobis est gratia? Nam & peccato- 45  
 res, diligentes se diligunt. Et si benefeceritis his, qui uobis benefaciunt:  
 quæ uobis est gratia? siquidem & peccatores hoc faciunt. Et si mutuum de-  
 deritis his à quibus speratis recipere: quæ gratia est uobis? nam & peccato-  
 res peccatoribus scenerantur, ut recipiant æqualia. Veruntamen diligite  
 inimicos

50 inimicos uestros: benefacite & mutuū date, nihil inde sperantes: & erit merces uestra multa, & eritis filii altissimi: quia ipse benignus est super ingratos & malos. ¶ Estote ergo misericordes, sicut & pater uester misericors est. 64  
Nolite iudicare, & non iudicabimini. Nolite condēnare, & non condemna-  
bimini. Dimittite, & dimittimini. Date, & dabitur uobis. Mensuram bo-  
55 nam & confertam, & coagitatam, & supereffluētē dabūt in sinū uestrum. Eadem quippe mensura, qua mensi fueritis, remetietur uobis. ¶ Dicebat 65  
autem illis & similitudinem: Nunquid potest cæcus cæcum ducere? Nonne  
ambo in foueam cadunt? Non est discipulus super magistrum: perfectus au-  
tem omnis erit, si sit sicut magister eius. Quid autem uides festucam in oculo  
60 fratris tui, trabem autē, quæ in oculo tuo est, non consideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo, frater, sine eiiciam festucam de oculo tuo: ipse  
in oculo tuo trabem non uides? Hypocrita, eiice primum trabem de oculo  
tuo, & tunc perspicies, ut educaas festucā de oculo fratris tui. ¶ Non est enim 66  
arbor bona, quæ facit fructus malos: neq; arbor mala, faciēs fructum bonū.  
65 Vnaquæq; enim arbor, de fructu suo cognoscitur. Neq; enim de spinis col-  
ligunt ficus, neq; de rubo uindemiant uuam. Bonus homo, de bono thesau-  
ro cordis sui profert bonum: & malus homo, de malo thesauro profert ma-  
lum. Ex abundantia enim cordis os loquitur. ¶ Quid autem uocatis me do- 67  
mine domine, & non facitis quæ dico? Omnis qui uenit ad me, & audit ser-  
mones meos, & facit eos, ostendam uobis cui similis sit. Similis est hominī  
70 ædificanti domum, qui fodit in altum, & posuit fundamentū supra petram:  
inundatione autem facta, illisum est flumen domui illi, & non potuit eam  
mouere: fundata enim erat supra petram. Qui autem audit, & non facit, si-  
milis est hominī ædificanti domum suam supra terram sine fundamento, in  
75 quam illisus est fluuius, & continuò cecidit, & facta est ruina domus illius  
magna.

## ANNOTATIONES BREUES LVII. CIRCA LITERAM CAP. VI.

1	secundoprīmo δευτεροπρωτω		futurum	16	Et extendit: ὁ δὲ ἐποίησε μούτους
	dictio composita	14	si licet τίξεσι		Ille autem fecit sic
2	fata * &		quid liceat	17	manus eius * ἰγνὸς ὡς ἡ ἄλλη
4	licet * ποιῆν facere		utrum liceat		sana ut altera.
8	dedit * κη etiam	15	male: κακοποιῆσαι	17	insipientia: ἀνοίας
12	unde accusarent eum. κατηγοροῦν αὐτῶν		malefacere		amentia
	accusationem eius	15	perdere: ἀποκτεῖναι	18	facerent – de
14	autem οὐν		occidere	19	orare: ut oraret
	ergo	16	omnibus * αὐτοῦς	21	quem cognominauis ὄν ὀνόμαός
14	Interrogo ἐπερωτήσω		illis,		

	quem nominavit		*καὶ &		ut eijcias
24	Scarioth	55	bonam - &	64	fructus malos:
	ἰσκαριώτην	57	uero		καρπὸν σαπρὸν
24	cum illis		ἰσ		fructum marcidum
	-de monte,		enim	67	thesauro
26	maritima - &	57	illis - &		*τῆς καρδίας αὐτῶ
28	immundis, * Etiam	58	cadunt:		cordis sui
32	exprobrauerint		πίσυνται	68	os * αὐτῶ eius
	ὀνειδίσωσι		futurum.	71	in altum:
	probris affecerint	58	magistrū * αὐτῶ suum:		ἢ ἐβάθυνε
36	qui habetis	59	erit, - si sit		& profunda fecit
	ὅτι ἀπέχετε	59	festucam * δὲ quæ	71	supra
	quia recipitis	60	ἴσο		ἐπὶ
40	uobis: - &		τῷ ἰδίῳ		super
41	maxillam - unam,		proprio		& infra.
42	tibi uestimentū	61	de oculo	74	domum - suam
	σου διματίου		δ' ἐν τῷ ὀφθαλμῷ	74	ædificanti
	tuum pallium		quæ in oculo		ἰκοδομήσαντι
49	foenerantur		& infra.		qui ædificauit
	δανείζουσιν	61	ipse * τῆν quæ	75	ruina
	mutuum dant	62	ut educas		τὸ σῆμα
50	uestros,		ἰκαλαίῃ		fractura

COMMENTARIUS IN CAPVT SEXTVM.

57



Is quæ dicta sunt, adiicit Lucas de uellicatione spicarum, & reprehensione discipulorum à pharisæis, dicens. ¶ Factum est autem in sabbato secundoprimo, cum transiret per fata, uellebant discipuli eius spicas, & manducabant confricantes manibus. Quidam autem pharisæorum dicebant illis: Quid facitis quod non licet in sabbatis? Et respondēs IESVS ad eos dixit: Nec hoc legistis quod fecit Dauid cum esurisset ipse, & qui cū illo erant: quomodo intrauit in domum dei, & panes propositionis sumpsit & manducauit, & dedit his qui cū ipso erāt, quos nō licebat māducare nisi tantū sacerdotibus? Et dicebat illis, quia dominus est filius hominis, etiā sabbati. ¶ Hoc factū narrat Matthæus cap. duodecimo, numero 113. & Marcus cap. secundo, numero 14. Et eadem est hic & illic intelligentia, Sed sciscitabere, cum Lucas ait: Factum est autē in sabbato secundoprimo, quid sit sabbatum δευτερόπρωτον, id est secundoprimum: Id nosse oportet, quod in magnis celebritatibus, qualia sunt pascha, scenopegia, & encæniam: prima dies erat sanctissima, atque celeberrima: sequentes autem usque ad ultimam, non adeò celebres. Omnes tamen sabbata dicebantur: quanquam licebat in eis ex lege, quæ ad uescendum pertinerent, apparare. unde satis constat malignitas pharisæorum, arrepta qualibet uel leuissima occasione, discipulos reprehendere, & dominum fugillare uolentium. Prima autem illarum dierum non usquequaque solennium, sabbatum secundoprimum dicebatur, quod esset secundum à celeberrimo illo, & maximo sabbato, & primum magnum illud sabbatum sequentium: quod & uocabuli Græci compositio insinuare uidetur. Et ita qui secunda die à festo ambulat, iuxta Matthæum & Marcum sabbatis ambulat, & iuxta Lucam hic sabbato secundoprimo, qui & sequente numero dicit, ἐγένετο δὲ ἡ ἐν ἑτέρῳ σαββάτῳ, id est, Factum est autem & in altero sabbato. ubi de sabbato proxime sequente, sabbatum secundoprimum loqui uidetur: aut certè de quodam ex alijs non proxime sequentibus illud, cum paulopost dicat

dicat: Interrogo uos si licet sabbatis benefacere. Cætera ut in Matthæo & Marco, di-  
 lucidam habent intelligentiam. Mox subdit Lucas de homine, cui manus arida in pri-  
 stinum uigorem restituta est, dicens. ¶ Factū est autē & in alio sabbato, ut intraret in 58  
 synagogam, & doceret. Et erat ibi homo, & manus eius dextera erat arida. Obser-  
 uabant autem scribæ & pharisæi, si in sabbato curaret, ut inuenirent unde accusarent  
 eū. Ipse uero sciebat cogitationes eorū. Et ait homīni qui habebat manū aridā: Surge  
 & sta in medium. Et surgēs, stetit. Ait autē ad illos I E S V S: Interrogo uos si licet sab-  
 batis benefacere, an male: animam saluam facere, an perdere? Et circumspēctis omni-  
 bus dixit homīni: Extende manum tuam. Et extendit, & restituta est manus eius. Ipsi  
 autem repleti sunt insipientia, & colloquebātur adinuicem, quidnam facerent de I E S  
 S V. ¶ Hoc, in altero sabbato factum est. Et utra manus pristinæ incolumitati restituta  
 sit, indicat Lucas, cū inquit: Et manus eius dextera. Quod Matthæus & Marcus non  
 expresserant. Cætera similia sunt, & eodem ordine posita, ijs quæ Matthæus habet ca-  
 pite duodecimo, numero 114. & Marcus cap. tertio, numero 15. Subdit Lucas ele-  
 ctionem duodecim in apostolos, dicēs. ¶ Factum est autem illis diebus, exiit in mon- 59  
 tem orare, & erat pernoctās in oratione dei. Et cum dies factus esset, uocauit discipu-  
 los suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos & apostolos nominauit: Simonem quem  
 cognominauit Petrum, & Andream fratrem eius, Iacobum & Ioannem, Philippum  
 & Bartholomæum, Matthæum & Thomam, Iacobum Alphæi & Simonem qui uo-  
 catur Zelotes, & Iudam Iacobi, & Iudam Iscariotem qui fuit proditor. ¶ Mons, ele-  
 uationem mentis in deum monstrat. Nox, præsentis uitæ tempus, quo toto attentī &  
 uigiles pernoctātesq; in oratione dei esse debemus, donec dies nobis oriatur qui nul-  
 la nocte clauditur. Hæc electio apostolorum, & eorum nomina ponūtur à Matthæo  
 cap. decimo, numeris 87. & 88. & à Marco cap. tertio, numero 17. Et hic omnia ut  
 in illis sunt plana, Cæterum quem prius Lucas Leuīn nominauerat, hic nominat Mat-  
 thæum. Mox uero aperit quid dominus fecerit, ubi ipse è monte in plana descēdit, di-  
 cens. ¶ Et descendens cum illis de monte, stetit in loco campestri, & turba discipulo- 60  
 rum eius, & multitudo copiosa plebis ab omni Iudæa & Hierusalem, & maritima &  
 Tyri & Sidonis, qui uenerant ut audirent eum, & sanarentur à languoribus suis. Et  
 qui uexabantur à spiritibus immundis, curabantur. Et omnis turba quærebat eū tan-  
 gere: quia uirtus de illo exibat, & sanabat omnes. ¶ Quod descēdit in planitiem: mō-  
 strauit coelestem illam, & superbonam benignitatem ad ima descēdere, ut nostras cu-  
 ret infirmitates, quoties ipsam totis uotis requirimus, quacunque ex parte mundi id fi-  
 at: quod ostendunt requirētes dominum ex omni Iudæa & Hierusalem, & mariti-  
 ma plaga, quæ septentrionis occupat situm: & habet Gazam, Aſcalonem, Azotū ex  
 parte occidua, ratione ad Hierosolymam habita: ex parte autem orientis Iopen, Cæsa-  
 ream Palestinæ citra Carmelum, & inter Liberon montem & Antilibanum, Tyrum,  
 & Sidonem. Ex quibus locis, qui ad dominum uenerant, ipse eos in humili & plano  
 loco, corpore sanauit, & mente illuminauit, & à malignis potestatibus liberauit. Et  
 omnium studium erat, ipsum deuote tangere: quia uirtus diuina de illo exibat, quæ et  
 nunc quoq; exit: & ut tūc, ita & nūc: quotquot ipsum pio affectu tangūt, sanat omnes  
 Sed & ipsos sancta palcebat alimonia, cæcitatē mentis, cognitionisq; inopiā ex-  
 pellendo. Ac primo quidem suum ad discipulos dirigebat sermonem, ut subdit Lu-  
 cas, dicens. ¶ Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos, dicebat: Beati pauperes, 61  
 quia uestrum est regnum dei. Beati qui nunc esuritis, quia saturabimini. Beati  
 qui nunc fletis, quia ridebitis. Beati eritis, cum uos oderint homines, & cum se-  
 parauerint uos, & exprobrauerint, & eiecerint nomen uestrum tanquam malum,  
 propter filium hominis: Gaudete in illa die, & exultate: ecce enim merces uestra  
 multa est in cælo. Secundum hoc enim faciebant prophetis patres eorum. Veruntā

» men uæ uobis diuitibus, qui habetis consolationem uestram. Væ uobis qui saturati  
 » estis, quia esurietis. Væ uobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. Væ cum be  
 » nedixerint uobis omnes homines. Secundum hæc enim faciebant pseudoprophetas  
 » patres eorum. ¶ Hoc de beatitudinibus, est pars sermonis domini in monte habiti. Vnde  
 de intelligitur dominus, ut euitaret populi se tangere uolentis compressionem, ascen  
 disse in montem suis ad se accersitis discipulis: populum autem ad radicem montis re  
 mansisse, sed sic tamen, ut uocē domini diuina ad ipsos loquētis audire posset. Et qua  
 tuor beatitudines ex illis octo, quas capite quito, numero trigesimo quarto ponit Mat  
 thæus, hic Lucas tangit: quibus etiam quatuor oppositas miseras opponit, quas non  
 exprimit Matthæus. Vnde & apud Matthæum, octo ex opposito sumi possunt. Et quis  
 addubitet, si paupertas spiritus reddit hominem deo acceptum, hoc est beatum, con  
 solationem in terrenis diuitijs efficere deo odibilem, & minime acceptum, hoc est mi  
 serum: Si esuries; & præsertim iustitiæ, deo placet ad æternorum bonorum saturita  
 tem: quidni saturitas intemperantiæ deo displiceat, deputanda tandem ad æternā bo  
 norum esuriem? Si contemplatione miseriarum, & præcipue dei, & quatenus dei of  
 fensarum, luctus deo acceptatur ad æternum gaudium: quid risus inter tot dei offens  
 as in mundo parit, nisi alterius seculi, qui nunquam finietur, luctum, atque fletum? Si  
 odia hominum, separationes, probra, eiectiones propter CHRISTVM, qui iustitia, ue  
 ritas, & sapientia dei est, computantur ad diuinum amorem, unionem, laudem, & in  
 regnum cœleste admissionem: quid mundanæ hominum amicitia, lenocinia, adula  
 toriæ benedictiones, & receptiones, nisi illorum opposita facient odium dei, separa  
 tionem à deo, increpationem, & perpetuam à regno cœlesti exclusionem? Verè er  
 go miseri sunt illi, supra quos uæ, ululatus, & dolorosa desuper aduenit increpatio.  
 62 His subdit dominus, quæ tum aderant, audientibus turbis, aliquot sancta & uiuifica  
 » præcepta (testante Luca) dicens. ¶ Sed uobis dico, qui auditis: Diligite inimicos ue  
 » stros, benefacite his qui uos oderunt. Benedicite maledicentibus uobis, & orate pro  
 » calumniantibus uos. Et qui te percutit in maxillam unam, præbe illi & alteram. Et ab  
 » eo qui aufert tibi uestimentum, etiam tunicam noli prohibere. Omni autem petenti te,  
 » tribue: & qui aufert quæ tua sunt, ne repetas. Et prout uultis ut faciāt uobis homines,  
 » & uos facite illis similiter. ¶ Primū. Diligite inimicos uestros, benefacite ijs qui ode  
 » runt uos. Secundum. Benedicite maledicentibus uobis, & orate pro calumniantibus  
 uos, id est pro ijs qui molestia nocimento ue aliquo uos afficiunt. Tertium. Si quis te  
 percusserit in maxillam unam, præbe ei & alteram. Quartum. Ei qui aufert tibi palliū,  
 noli etiam prohibere & tunicā: id est, si quis auferat externa, noli etiam moleste ferre,  
 si auferat & interna. Quintum. Omni petenti te, tribue: id est omni petenti à te mutuo,  
 da illi. Et hæc ponit Matthæus capite quinto, numeris 45. & 46. Sextum. Si quis tua  
 auferat, ne repetas. Et his præceptis, nos nullomodo hæere terrenis, & trāsitorijs bo  
 nis uult dominus: & siue adsint, siue non adsint, suscipere deq; ferre. Quod si adsint, usum  
 nulli negari: & usum, non illa diligi: sed sic diligi, ut si adesse non possit (nobis scilicet il  
 lis fugacibus fortunis utcunq; non nostro uitio, priuatis) nihil torqueamur. Septimū,  
 quod commune est: Quemadmodum uultis ut faciant uobis homines, hunc in mo  
 dum & uos illis facite. Hæc est lex naturæ, quæ uniuscuiusque menti sanè, & nō cor  
 ruptæ, ab ipso optimo conditore naturæ, inscripta est: quam obseruare debemus, non  
 tam quia naturæ est, quàm quia dei & à filio dei nobis referata, atq; præcepta. Et hanc  
 ponit Matthæus capite septimo, numero 64. Porro aliquorum ex præcedētibus præ  
 63 » ceptis rationem subdit dominus, referante Luca, dicens. ¶ Si diligitis eos qui uos di  
 » ligunt, quæ uobis est gratia? Nam & peccatores, diligentes se diligunt. Et si benefe  
 » ceritis his qui uobis benefaciunt, quæ uobis est gratia? Siquidem & peccatores hoc  
 » faciunt. Et si mutuum dederitis his, à quibus speratis recipere, quæ gratia est uobis?  
 Nam

» Nam & peccatores, peccatoribus foenerantur, ut recipiant aequalia. Veruntamen di-  
 » ligite inimicos uestros, benefacite & mutuuum date, nihil inde sperantes, & erit mer-  
 » ces uestra multa: & eritis filij altissimi, quia ipse benignus est super ingratos & ma-  
 » los. ¶ Si diligitis (inquit) eos qui uos diligunt, quæ uobis est gratia, id est quæ uo-  
 » bis est gratia apud deum? Nulla sanè debetur, etiam si ulla deberi potest gratia: nam  
 diligentes se diligere, est naturæ debitum. Quod si dicas, illis apud deum gratiam  
 esse, ergo & peccatoribus apud deum gratia est: nam & peccatores, diligentes se di-  
 ligunt. Verum si diligimus inimicos, non est naturæ debitum: cum id supra naturam  
 sit, & dei quædam imitatio, & eius qui cum mali essemus & inimici, dilexit nos, &  
 misit unigenitum suum, & pro nobis omnibus tradidit illum. Et ideo gratia repoli-  
 ta est nobis apud deum: qua, etsi nobis non debita (gratia enim deberi non potest)  
 suo tamen tempore (quod quidem certo certius est) ex illa dei superexuberante bo-  
 nitate, nequaquam frustrabimur. Et hæc est primæ particulæ primi præcepti, ratio,  
 Secundi autem ratio, consimilim�is est. Nam si bona facimus ijs, qui nobis bona faci-  
 unt, id naturæ debitum est: & ex hoc non est gratiæ locus apud deum: quando quis  
 dē & peccatores id faciunt, Sed age, qui diligunt diligentes se, & benefaciunt ijs, qui  
 sibi bona faciunt, siue boni sint, siue peccatores: bene ne an male faciunt? Nihil pro-  
 hibet quin bene faciant: nam quod facere debent, faciunt: & debitum pendunt, sed  
 hæc, quatenus huiusmodi, nihil ad gratiam, neq; illi præmium inde accipient, neque  
 isti dabūt poenas. Videbitur ergo forsitan tibi, qui præceptū dilectionis erga amicos  
 obseruat, hoc nihil illi esse ad gratiam: sed solum ei, qui erga inimicos. Non ita est: sed  
 erga amicos & erga inimicos obseruatio, potest esse ad gratiam: nam cum obseruas  
 erga amicos, non solum quia id naturæ debitum est, sed quia dominus præcepit, qui  
 diligit diligentes se: & magis & delectabilius, quia dominus præcepit, quàm quia na-  
 turæ debetur: huic obseruationi tuæ erit gratia apud deum, cui in diligendis amicis  
 das primum & potissimum locum. Sed obseruatio dilectionis erga inimicos, ma-  
 gis est ad gratiam: nam dilectio illa nequaquam naturæ debita est: & ideo est ad gra-  
 tiam, & quod hoc præcipue obseruamus, quia deus præcepit, cui primas & summas  
 huius dilectionis tribuimus partes, id insuper ad gratiam. Quanquā hæc dilectio nun-  
 quam inuenitur, nisi illa inueniatur: nam qui fieri potest, ut quis diligat inimicum,  
 qui non diligit amicum? Quod si etiam in terris amicus deesset, in cœlis nō deest, plu-  
 rima scilicet turba angelorum & sanctorum, qui semper deum laudant, eiusque  
 uoluntatem semper faciunt: & maxime omnium dominus noster: qui secūdam eam  
 naturā nostræ consortem, quam cœlo intulit, in summo creaturarum diligēdus est,  
 secundum uero eam, quam ad nos attulit, super omnia, omnemq; creaturam. Ratio-  
 nes secundi, tertij, & quarti, sunt CHRISTI imitatio: qui (ut ait Petrus) cum maledi-  
 ciceretur, non maledicebat: cum pateretur, non comminabatur: tradebat autem iudi-  
 canti se iniuste, qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum. Cuius  
 uestimenta partiti sunt sibi milites, & in uestem eius miserunt fortē. De quinto, sub-  
 dit dominus rationem: nam si das mutuo illis, à quibus æquale te percepturum non  
 diffidis, id est naturæ debitum, ut illi facias, quod tibi ab eo fieri uis. Et quæ est inde  
 apud deum gratia? At si mutuuum das pauperi, à quo etiam æquale te percepturum  
 non speras, neque uis, neque curas, supra naturæ debitum facis: & tibi apud deum  
 gratia est: & maxime, quando non tantum humanitati tribuis, quantum diuinæ uo-  
 luntatis obsequio nobis id ad imitationem sui præcipientis. Deus est principium, qui  
 in omnibus omnia præcipue operat bona: qui solus instrumentū esse nō potest: cæ-  
 tera autem omnia sunt instrumenta. sit ergo in omnibus actionibus prima, summaq;  
 causa: cætera, ut aduentitia. Et quod hic dicitur, peccatores peccatoribus foenera-  
 rantur: intelligitur mutuuum dant, hoc enim hic δανεισθησιν significat. Nam qui mu-  
 ○

1. Petr. 2.

Ioan. 19

- tuum dant, recipiunt æquale, & ita sibi satisfactum ducunt. At qui foenerantur, etiam recipiant æquale: contenti tamen non sunt, sed insuper foenus, usuram que exigunt. Abusus est ergo interpretis hoc uocabulo foenerantur, loco huius, mutant, aut dant mutuuum: nam idem est uocabulum  $\lambda\alpha\nu\epsilon\iota\varsigma\omega$ , quod paulopost uertit mutuuum dare. Quod uero dominus resumit: Veruntamen diligite inimicos uestros, benefacite & mutuuum date, nihil inde sperantes, & erit merces uestra multa, & eritis filij altissimi: quia ipse benignus est super ingratos & malos. hoc facit ad præceptorum commendationem, & quàm deo placeant insinuationem, diuinæque imitationis referationem. Vbi cum dicit, nihil inde sperantes: intellige in hoc mundo ab ijs, in quos talia imitationis diuinæ bonitatis contulerimus officia, spem nostram uniuersam diuinæ bonitati committentes. Et quanquam ex uerbis domini cognoscimus, sic nobis faciendis mercedem magnam, sed gratuitam esse repositam: non tamen propter mercedem illam faciamus, sed propter illum qui mandat, cuius imitatio bona est, & illi beneplacens & accepta: nihil etiam quoad possumus de mercede cogitantes, quæ certe quanta qualisue sit, in mentes hominum, quãdiu mortales sumus, cadere non potest. Dei bonitas sit nostrum obiectum, merces non, ne nos ipsos respiciamus. Deinde
- 64 » de alia, referante Luca, subdit dominus præcepta, dicens. ¶ Estote ergo misericordes, sicut & pater uester misericors est. Nolite iudicare, & non iudicabimini. Nolite condemnare, & non condemnabimini. Dimittite, & dimittimini. Date, & dabitur uobis. Mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & supereffluentem dabunt in sinu uestro. Eadem quippe mensura, qua mensi fueritis, remetietur uobis. ¶ Quæ hic subiuncta sunt, præcedentium numero aggregabimus. Esto igitur hoc, octauum: Estote ergo misericordes, sicut & pater uester misericors est. De patre cœlesti hoc dicitur, qui deus est, cuius miserationes super omnia opera eius. Et beatus misericordes pronūciauit dominus ex Matthæo capite quinto, numero trigesimo quarto. Nonum, Nolite iudicare, & non iudicabimini. Decimum, Nolite condemnare, & non condemnabimini. Illo, priuata & secundum carnem iudicia prohibentur, quibus qui iudicant, à deo iudicabuntur. Illo, priuata, & secundum sensum carnis aliorum condemnationes: quibus qui alios condemnant, à deo condemnabuntur. Et hæc in Matthæo capite septimo, numero sexagesimo primo habentur. Undecimum, Dimittite, & dimittimini: hoc est, Absoluite, & absoluemini. Si quis erga te debito, aut obligatione ligatus est, absolue eum: & maxime, quia dominus iubet. & ea erit tibi apud deum gratia, quod te à debito & obligatione erga se, absoluet: quãuis tantum homo homini debere & obligari non possit, quãtum homo deo debet, obligatur que. Duodecimum, Date, & dabitur uobis. Benefici simus in omnes quoad possumus, erogemus de facultatibus nostris indigentibus, propter illum, qui dat omnibus affluenter, & non improperat: & nobis pro terrenis beneficijs (tanta est eius gratia) æterna dabuntur. Et ne ducamus eos impotentes, in quos beneficia qualiacumque, siue spiritualia, siue terrena collocamus, dicit ipsos nobis uices reddituros secundum mensuram bonam, compressam, concussam, & supereffluentem: et si ipse sit qui omnia illorum uice tribuit. Quanquam & qui hinc pauperes ad felicia regna commigrant: illic diuites facti, suffragijs & interpellationibus apud deum, abunde beneficia terrena in se collocata compensant, & insuper deus & pro his, & pro alijs, suam adjicit gratiam. Regula enim est: Qua mensura mensi fuerimus, siue in bono, siue in malo: eadem, iustitia nobis remetietur diuina. Quod & in Matthæo capite septimo, numero sexagesimo primo, etiam attestatur dominus. & subiungit Lucas parabolam de ijs, qui se præstant alijs duces, cum ipsi sint cæci, dicens. ¶ Dicebat autem illis & similitudinem: Nunquid potest cæcus cæcum ducere? Nonne ambo in foueam cadunt? Non est discipulus super magistrum. Perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister eius.
- psal. 144.
140. 1.

» eius. Quid autem uides festucam in oculo fratris tui: trabem autem quæ in oculo  
 » tuo est, non consideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo, frater, sine eiꝰciam  
 » festucam de oculo tuo: ipse in oculo tuo trabem non uides? Hypocrita, eiꝰce pri-  
 » mum trabem de oculo tuo: & tunc perspicies, ut educaſ festucam de oculo fratris  
 » tui. ¶ Omnis homo cæcus est, qui uias dei ignorat & iustificationes eius, & qui se-  
 » cundum sensum carnis, non secundum intelligentiam spiritus incedit, & se ingerit  
 » ut præstet alteri ducatum, ac se alterius facit magistrum. Et hanc similitudinem habet  
 » Matthæus capite quíntodecimo, numero 150. Quod autem subiungitur de discipu-  
 » lo, habet idem Matthæus capite decimo, numero nonagesimo septimo. Et cum hic  
 » dicitur, Perfectus autem omnis erit: id perfectus erit, dicit Matthæus, sufficit discipu-  
 » lo. Vnde si cæcus sit magister, cæcus erit discipulus, si sit ut magister eius: & hoc illi  
 » sufficit. At hoc nõ est esse perfectũ. Certè Græce hic dicitur κατηχητισμένος δὲ πᾶσι ἕσται  
 » ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ, quod sic etiam uerti potest, Cōcinnatus autem omnis erit ut ma-  
 » gister eius: ut intelligamus si bonus probè, sin malus prauè. καταρτιζομαι enim, non  
 » modo perficior, sed & concinnor & præparor significat. Et hunc huius loci arbitror  
 » esse sensum. Quod adiungitur de festuca conspicua in oculo fratris, id habet Matthæ-  
 » us capite septimo, numero sexagesimo primo. Et eadem hic & illic est intelligentia.  
 » Porro hæc de cæco & festuca, præceptum nonum & decimum respiciunt. Deinde  
 » subiungit Lucas uerba domini de arbore bona & mala, dicentis. ¶ Non est enim 66  
 » arbor bona, quæ facit fructus malos: neque arbor mala, faciens fructum bonum.  
 » Vnaquæque enim arbor, de fructu suo cognoscitur. Neque enim de spinis colligunt  
 » ficus, neq; de rubo uindemiant uua. Bonus homo, de bono thesauro cordis sui pro-  
 » fert bonum: & malus homo, de malo thesauro profert malum. Ex abundantia enim  
 » cordis os loquitur. ¶ Bona arbor, homo bonus & iustus: Mala arbor, homo ma-  
 » lus ac iniustus. Boni fructus, opera fidei, opera bona. Mali, mala. Et bona arbor &  
 » fructus eius, charismata & præcepta dei respiciunt, & opera eorum. Mala arbor &  
 » fructus mali, dissipationes, transgressiones, & mala opera. Et consimilia ijs, quæ hic  
 » ponuntur, tractat Matthæus partim capite septimo, numero sexagesimo sexto: par-  
 » tim capite duodecimo, numero centesimo uigesimo. Neque horum difficilis est in-  
 » telligentia. Porro subdit dominus de ijs, qui audiunt doctrinam suam, & non faci-  
 » unt: & de ijs etiam qui auditam faciunt, sic aperiente Luca. ¶ Quid autem uocatis 67  
 » me, domine domine, & non facitis quæ dico? Omnis qui uenit ad me, & audit ser-  
 » mones meos & facit eos, ostendam uobis cui similis sit. Similis est homini ædifican-  
 » ti domum, qui fodit in altum, & posuit fundamentum supra petram. Inundatio-  
 » ne autem facta, illisum est flumen domui illi, & non potuit eam mouere: fundata e-  
 » nim erat supra firmam petram. Qui autem audit & non facit, similis est homini ædi-  
 » ficanti domum suam supra terram sine fundamento: in quam illisus est fluuius, et con-  
 » tinuò cecidit, & facta est ruina domus illius magna. ¶ Ut frustra quis in re tempo-  
 » rali quempiam uocat dominum suum, cuius nullum implet præceptum: sic frustra,  
 » quo ad spiritum, deum uocant dominum, qui non implent quod est ab eo manda-  
 » tum: imò eos qui doctrinam dei audiunt, & non faciunt, durior manet exitus, quan-  
 » doquidem seruus qui cognouit uoluntatem domini sui, & non se præparauit, & non LUC. 12.  
 » miles sunt agro seminato optimo semine: ad quem, nisi pullulet, omnia genera auia-  
 » um ad diripiendum illud, conuolant: sic & audientes, omnia genera tentationum in-  
 » uadunt, & doctrinam dei auferunt, nisi procedant ad opus. Et ut ager seminatus, ex  
 » bono semine bonas producit herbas: at si bonum semen diripiatur, ex se profert no-  
 » xias & inutiles: sic & terra nostra, cum ociosa esse non possit, aut ex bona doctrina,  
 » bona proferet opera: aut illa neglecta, aut astu maligni sublata, ex se noxia proferet, et

inutilia. Cæterum qui doctrinam CHRISTI audit, & eam facit, id est secundū eam uiuit, non solum similis est terræ proferenti bonum fructum, sed & ædificanti ædificium supra solidissimum fundamentum. Quid enim CHRISTO solidius, supra quem sancta fides, sancta eius doctrina, & opera illius fundata sunt? Et quod pulchrius ædificium templo dei, quod inde confurgit? Et hanc quoque similitudinem audientium sermones CHRISTI, & facientium: item audientium & non facientium, ponit Matthæus capite septimo, numeris sexagesimonono & septuagesimo, quæ & illic latius explicata est. Det ergo nobis dominus IESVS, ut uerè possimus eum uocare dominum, & ex suis sermonibus ipsi ædificare templum, in quo pater & ipse & spiritus sanctus inambulent: nullis unquam illecebris, nullis que mundi aut diaboli tentationum inundationibus quatiendum, sed in quo perenniter laus dei resultat. Quia est qui solus trinus & unus est benedictus, & superbenedictus, & quæ descet laus omnis, adoratio, & gloria in omnia seculorum secula. Amen.

## CAPVT SEPTIMUM.

- 68  VM autem impleisset omnia uerba sua in aures plebis, intravit Capharnaum. Centurionis autem cuiusdam seruus male habens, erat moriturus: qui illi erat preciosus. Et cum audisset de IESV, misit ad eum seniores Iudæorum, rogans eum ut ueniret, & saluaret seruum eius. At illi cum uenissent ad IESVM, rogabant eum solícite, dicentes ei, quia dignus est ut hoc illi præstes: diligit enim gentem nostram, & synagogam ipse ædificauit nobis. IESVS autem ibat cum illis. Et cū iā non longe esset à domo, misit ad eum centurio amicos, dicens: Domine, noli uexari. Non enim sum dignus ut sub tectum meum intres: propter quod & me ipsum nõ sum dignum arbitratu, ut uenirem ad te: sed dic uerbo, & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate cõstitutus, habes sub me milites, & dico huic, uade, & uadit: & alio, ueni, & uenit: & seruo meo, fac hoc, & facit. Quo audito IESVS miratus est, & cõuersus, sequentibus se turbis dixit: Amē dico uobis, nec in Israël tantā fidem inueni. Et reuersi qui missi fuerant domū, inuenerunt seruum qui languerat, sanum. ¶ Et factū est deinceps ibat IESVS in ciuitatem, quæ uocatur Naim, & ibant cum eo discipuli eius & turba copiosa. Cū autē appropinquaret portæ ciuitatis: ecce defunctus efferebatur, filius unicus matris suæ. Et hæc, uidua erat, & turba ciuitatis multa cū illa. Quam cum uidisset dominus, misericordia motus super eā, dixit illi: Noli flere. Et accessit, & tetigit loculum. Hi autē qui portabāt, steterunt. Et ait: Adolescens, tibi dico surge. Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui. Et dedit illū matri suæ. Accepit autem omnes timor, & magnificabant deū, dicentes: Quia propheta magnus surrexit in nobis: & quia deus uisitauit plebem suam. ¶ Et exiit hic sermo in uniuersam Iudæam de eo, & omnē circa regionem. Et nunciauerūt Ioanni discipuli eius de omnibus his. Et conuocauit duos de discipulis suis Ioannes, & misit ad IESVM, dicens: Tu es qui uenturus es, an alium expectamus? Cum autem uenissent ad eum uiri, dixerunt

ri, dixerunt: Ioannes Baptista misit nos ad te, dicens: Tu es qui uenturus  
 es, an alium expectamus? In ipsa autem hora multos curauit à languoribus  
 30 suis & plagis, & spiritibus malis: & cæcis multis donauit uisum. Et respon-  
 dēs, dixit illis: Eūtes renunciate Ioanni quæ audistis, & uidistis. Quia cæci  
 uidēt, claudi ambulāt, leprosi mūdantur, surdi audiūt, mortui resurgūt, pau-  
 peres euangelizātur: & beatus est quicumq; non fuerit scandalizatus in me.  
 35 ¶ Et cū discessissent nūcii Ioannis, cœpit de Ioanne dicere ad turbas: Quid  
 existis in desertum uidere? Arundinem uento agitatum? Sed quid existis ui-  
 dere? Hominem mollibus uestimētis indutum? Ecce qui in ueste preciosa  
 sunt & deliciis, in domibus regū sunt. Sed quid existis uidere? Prophetā?  
 Vtiq; dico uobis, & plus quàm prophetā. Hic est de quo scriptū est: Ecce  
 40 mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit uiam tuam ante  
 te. Dico enim uobis, maior inter natos mulierum propheta Ioanne Bap-  
 tista nemo est. Qui autem minor est in regno dei, maior est illo. ¶ Et omnis  
 72 populus audiens, & publicani iustificauerunt deum, baptizati baptismo  
 Ioannis. Pharisei autem & legis periti, consilium dei spreuerunt in semet-  
 45 ipsos, non baptizati ab eo. Ait autem dominus: Cui ergo similes dicam ho-  
 mines generationis huius, & cui similes sunt? Similes sunt pueris sedētibus  
 in foro, & loquētibus adinuicem, & dicentibus: Cantauimus uobis tibiis,  
 & non saltastis: lamentauimus, & non plorastis. Venit autem Ioannes Ba-  
 ptista neq; manducans panem, neq; bibens uinum, & dicitis: Dæmonium  
 50 habet. Venit filius hominis manducās & bibēs, & dicitis: Ecce homo deuo-  
 rator, & bibēs uinū, amicus publicanorum & peccatorū. Et iustificata est sa-  
 pientia ab omnibus filiis suis. ¶ Rogabat autem illū quidā de pharisæis, ut  
 73 māducaret cū illo. Et ingressus domum pharisæi, discubuit. Et ecce mulier,  
 quæ erat in ciuitate peccatrix, ut cognouit qd' IESVS accubuit in domo  
 55 pharisæi, attulit alabastrū unguēti, & stās retro secus pedes eius, lachrymis  
 cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes  
 eius, & unguēto ungebat. Vidēs autē pharisæus, qui uocauerat eū, ait intra-  
 se, dicēs: Hic si esset ppheta, sciret utiq; quæ & qualis est mulier, quæ tāgit  
 eū: quia peccatrix est. Et respondens IESVS, dixit ad illū: Simon, habeo ti-  
 60 bi aliquid dicere. At ille ait: Magister, dic. Duo debitores erant cuidam fœ-  
 neratori: unus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Non  
 habentibus illis unde redderent, donauit utrisq;. Quis ergo eum plus dili-  
 git? Et respondens Simon, dixit: Aestimo quia is cui plus donauit. At ille  
 dixit ei: Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierem, dixit Simoni: Vides  
 65 hanc mulierem? Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non de-  
 didisti: hæc autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis suis terfit. Oscu-  
 lum mihi nō dedisti: hæc autem ex quo intrauit, nō cessauit osculari pedes  
 meos. Oleo caput meum non unxisti: hæc autē unguēto unxit pedes me-  
 os. Propter quod dico tibi, Remittūtur ei peccata multa: quoniam dilexit

multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Dixit autē ad illam: 70 Remittuntur tibi peccata. Et cœperunt qui simul accumbebant, dicere intra se: Quis est hic, qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem: Fides tua te saluam fecit, Vade in pace.

ANNOTATIONES BREVES XLVII. CIRCA LITERAM CAP. VII.

6	solicite, σπουδαίως	22	quī erat mortuus,	50	deuorator φάγος
	studiose, sedulo	25	circa regionem, τῆ περιχώρῳ		edax, manduco
6	dicentes — ei,		circūiacentē regionē	51	bibens uinum, οἰνοπότης
8	esset ἀπέχοντος	28	quī uenturus es, δ' ἐρχόμενος		uini-potor
	abesset		quī uenturus erat & infra.	55	pedes eius * κλαίουσα flens,
9	dicens * αὐτῷ εἰ.	30	languoribus — suis	60	foeneratori, δαναστῆ
9	dignus ἱκανός	31	plagis, μασίγων	61	creditori
	idoneus, sufficiens		flagellis		alius
13	alio	31	respondens, * ὁ ἰησοῦς	62	alter
	alij		IESVS	62	Quis Vter
13	Quo audito ἀκούσας δὲ ταῦτα	32	uident, ἀναβλέποντες	62	ergo * αὐτῶν εἰπεῖς
	Quibus auditis		preciosa ἐνόξῳ	62	ipforum dic diligite ἀγαπίετε
14	miratus est * αὐτόν eum:	37	gloriosa		futurum.
14	sequentibus se turbis τῷ ἀκολουθοῦντι αὐτῷ ὄχλῳ	38	domibus regum τοῖς βασιλείοις	63	Aestimo, ὑπολαμβάνω
	sequenti se turbæ		regijs		Existimo
14	dixit — Amen	39	plurē prophetam, περιωτότερον προφήτου	65	pedibus meis ἐπὶ τοῦς πόδας μου
17	Naím, νάϊμ		excellentiore ppheta		in pedes meos
17	discipuli eius * ἱκανοί	39	Ecce * ἐγὼ ego	66	capillis — suis * τῆς κεφαλῆς αὐτῆς
	multi	45	ab eo. — Ait autē dñs.		capitis sui
18	ciuitati, * E &	45	similes dicam ὁμοιώσω	69	ei αὐτῆς
19	unicus μονογενής		assimilabo		genitiuus
	unigenitus	47	loquentibus προσφωνοῦσιν	70	minus ὀλίγον
19	matris τῆ μητρὶ		acclamantibus		parum & infra.
	datiuus.	48	lamentauimus * ὑμῖν uobis,		
22	adolescens, νεανίσκος	48	Vēnit autem ἔλθυθε γὰρ	71	tibi σου
	diminutiuum & infra.		Vēnit enim		tua

COMMENTARIUS

## COMMENTARIVS IN CAPVT SEPTIMVM.



Vae superius dicta sunt, sermones sunt domini ad turbas è monte: quæ autem subinde narrat Lucas, posteaquam descendit facta sunt, uirtutibus & signis ipsius doctrinam approbantia. Subdit autem primo de seruo Centurionis, quem dominus, ut hecatontarchi fidem audiuit, sanauit, dicens. ¶ Cum autem impleisset omnia uerba sua in aures plebis, intrauit Ca- 68 pharnaum. Centurionis autem cuiusdam seruus male habens, erat moriturus, qui illi erat preciosus Et cum audisset de IESV, misit ad eum seniores Iudæorum, rogans eum ut ueniret, & saluaret seruum eius. At illi cū uenissent ad IESVM, rogabant eum solcite, dicentes ei, quia dignus est, ut hoc illi præstes: diligit enim gentē nostrā, & synagogam ipse ædificauit nobis. IESVS autem ibat cum illis. Et cum iam non longè esset à domo, misit ad eum Centurio amicos, dicens: Domine noli uexari. Non enim sum dignus, ut sub tectum meum intres: propter quod & meipsum non sum dignum arbitratus, ut uenirem ad te: sed dic uerbo, & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic, uade, et uadit: & alij, ueni, & uenit: & seruo meo, fac hoc, et facit. Quo audito IESVS miratus est, & cōuersus, sequentibus se turbis, dixit: Amen dico uobis, nec in Israël tantam fidem inueni. Et reuersi qui missi fuerant, domum: inuenerunt seruū, qui langue- rat, sanum. ¶ Ex Matthæo seruus hecatontarchi, id est centurionis, qui scilicet centum militibus præerat (singuli enim centuriæ centū militibus cōstabant) quē & nunc primipilum uocant, paralyti laborabat. & hic seruus, erat illi charus, & in magno precio habitus. Et proinde Cēturio ipse, ubi fama percrebruit dominum aduentare Ca- pharnaum, præmisit ad dominū honorificos uiros, quosdā scilicet è presbyteris, id est senioribus Iudæorum: qui studiose ac sedulo, nomine Centurionis rogabant eum, ut ueniret in domū illius, & sanaret seruum eius, dicentes: Dignus est ut hoc illi præstes: diligit enim gentē nostram, & synagogam ipse ædificauit nobis. Hæc autē commen- datio, mundana est, & hominū seipos respicientiū. Diligit, inquiunt, gentē nostrā, & synagogam ipse ædificauit nobis, ubi cum dicunt, Diligit enim gentem nostram: insi- nuant Centurionem fuisse alienigenā, & nequaquā de gente Iudaica. Et quāuis tam carnaliter, mūdane, ac misere orarēt: dominus tamē cum eis ibat: non ipsorū quidē fi- de motus, quæ modica, aut certè nulla erat: non cōmendatione, quæ prorsus erat mū- dana: sed potius sua bonitate, & fide Cēturionis, qui subinde per amicos suos manda- uit illi ne descenderet in domum suam: quod ἰκανός, id est idoneus, & sufficiens nō es- set, & ob id conspectui eius non appareret: sed conueniret eum per internuncios, sed placeret ei dicere uerbo, & sanaretur illico seruus eius. Hæ erant illius preces, hæc hu- militas, hæc fides. Quo audito dominus, qui nihil nesciebat, neq; nescire potest: mira- tus aut miranti similis, dixit sequenti se turbæ: Amen dico uobis, ne in Israël quidem tantam fidem inueni. Vnde iterum nobis innotescere potest, Centurionem alienige- nam fuisse. Et cum ait, in Israël: seniores illos taxat, qui missi fuerant, qui cum essent de populo dei, & Israëlita, maior eis fides inesse debuisset, quàm alienigenæ. at multo se- cius euenerat, quod erat mirandū: quod & admiratio domini insinuabat. nō enim tā de fide Cēturionis, quā ispiratā admiserat, admirādū erat, quàm de infidelitate Iudæo- rū, q̄ cū tot habuissent auxilia prophetarū, iustorū, sanctorū, et deniq; præsentia, & ad- mirabiliū CHRISTI operum: nequaquā tamē tantā fidē habebāt, quātā Centurio, q̄ uir gentilis erat ac alienigena. Et adeo admiratione digna erat infidelitas eorū, ut ipsi qui erāt filij regni, ob illā suā incredulitatē eijciēdi essent foras: gentes autē per fidē, quibus nulla antea accesserat gratia, adsciscēdæ essent ab oriente & occidente in re- gnum: et cœleste quidē regnū, ac æternū. quod latius capite octauo Matthæus exprē- mit, qui & dominū dixisse uerbū referat, ut scilicet fieret Centurioni sicut credidisset;

- & seruum eius sanatū fuisse ex illa hora. Hęc historiā ponit Matthæus (ut dictum est) cap. 8. numero 75, sed eam Lucas hic latius enarrat. Et responsa, quę dominus dedit missis à Centurione, ille ponit facta Centurioni: quod ea quę per alios alicui fiūt, eidē
- 69 » quocq; facta dici soleāt. Huic facto subiūgit Lucas suscitationē filij uiduę, dicēs. ¶ Et
- » factū est deinceps, ibat IESVS in ciuitatem, quę uocatur Naim, & ibant cū eo discipu
- » li eius, & turba copiosa. Cum autē appropinquaret portę ciuitatis, ecce defunctus ef
- » ferebatur, filius unicus matris suę. Et hęc, uidua erat: & turba ciuitatis multa cū illa.
- » Quā cū uidisset dominus, misericordia motus super eam, dixit illi: Noli flere. Et acces
- » sit, & tetigit loculū. Hi autē qui portabant, steterūt, et ait: Adolescēs, tibi dico, surge.
- » Et resedit qui erat mortuus, et cœpit loqui: & dedit illū matri suę. Accepit autē omnes
- » timor, & magnificabāt deum, dicentes: Quia propheta magnus surrexit in nobis, &
- » quia deus uisitauit plebē suā. ¶ Naim in Galilęa, in terra Zabulon sub mōte Tabor
- sita fertur: extra cuius portam, effertur mortuus. Et hic matri suę erat unigenitus. Se
- quitur uidua mater, plorans: & multa ciuitatis turba cū illa. Dominus appropinquat.
- Misericordia mouetur, lubet uiduam unico orbatam filio sistere fletum. Tangit locu
- lum: Pręcipit dominus ut resurgat: & qui mortuus fuerat, cōtinuò surgit. Loquitur.
- Redditur matri. Reuerentur omnes deum, & magnificant ipsum. Cōstitentur dicen
- tes: Propheta magnus surrexit in nobis: & deus uisitauit populum suū. Per Naim (si
- pręter rem gestam etiā mysterium cogitemus) terra promissionis designari potest.
- Filius mortuus, est populus Iudaicus: & ideo mortuus, quia infidelitatis errore inuo
- lutus. Mater uidua, ecclesia Iudęorum: quę propterea uidua, quia perdidit deū. Ex
- tra portam effertur, quia populus ille ē terra promissionis eiectus. Et hic matri suę uni
- cus: quia natio una, & gens una, & ab uno patre Iacob. Et illum sequitur mater, & o
- mnis Iudęorum posteritas. Flet misera mater, cuius aliquando cum dominus appro
- pinquabit, sedabit fletum. Tāget fide cor, loculum animę huius mortui. Stabant ue
- spillones, qui eum deferunt in infernum, qui sunt dęmones, & doctrinę Talmudicę.
- Et iubebit dominus, ut respiret ad uitā. Residebit uiuus qui mortuus fuerat. Re
- stituetur matri, quę nec amplius orba erit, nec uidua. At quando hęc erunt? Quādo
- timebūt, id est debito cultu reuerentur, & magnificabunt deū, & confitebūtur di
- cētes: CHRISTVS dominus, Messias noster surrexit in nobis, per quē deus in miseri
- cordia sua uisitauit populū suum. Res illa gesta, figura fuit pręsentis mortis Iudęorū,
- & futurę resurrectionis eorū. Hęc mirabilia, nunciata sunt Ioanni, quod subdit Lu
- 70 » cas, dicens. ¶ Et exijt hic sermo in uniuersam Iudęam de eo, & omnem circa regio
- » nē. Et nunciauerunt Ioanni discipuli eius de omnibus his. Et conuocauit duos ex di
- » scipulis suis Ioannes, & misit ad IESVM, dicens: Tu es qui uenturus es, an alium ex
- » pectamus? Cum autem uenissent ad eum uiri, dixerunt: Ioannes Baptista misit nos
- » ad te dicēs: Tu es qui uenturus es, an alium expectamus? In ipsa autem hora multos
- » curauit à languoribus suis & plagis, & spiritibus malis: & cęcis multis donauit uis
- » sum. Et respondens, dixit illis: Euntes renunciate Ioanni, quę audistis & uidistis:
- » quia cęci uident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resur
- » gunt, pauperes euāgelizantur. Et beatus est quicumque non fuerit scandalizatus in
- » me. ¶ Sic exijt sermo mirabilium domini in uniuersam Iudęā, ut ab illo tēpore nuli
- » li Iudęorum non audierint. Nam & Ioannes illa audiuit, qui tunc ex Matthæo erat in
- uinculis. Sed nōne uincula Ioannis, pręsentia uincula legis Hebręorū, audiētis nihi
- lominus hęc de CHRISTO, designabant? Quę ad ueritatē cognoscendā, mittere po
- test duos ē discipulis suis, Mosē & prophetas: per quos intelligere potest ueritatē,
- qđ nullū aliū expectare debeat, & qđ beati qui in eo nō fuerint scādalizati. Mosēs em̄
- deut. 18. dicit: Prophetā de gente tua, et de fratribus tuis sicut me, suscitabit tibi dominus deus
- tuus, ipsum audies, Et hoc de propheta ait, de quo dixerat dominus: Propheta suscita

bo eis de medio fratrum suorum similem tui, & ponam uerba mea in ore eius, loque-  
 turq; ad eos quaecunque praecepero illi. Qui autem uerba eius, quae loquetur in no-  
 mine meo, audire noluerit, ego ultor existam. Et Esaias: Deus ipse ueniet, & saluabit  
 eos. Tunc aperientur oculi caecorum, & aures surdorum patebunt: tunc saliet sicut cer-  
 uus, claudus; & aperta erit lingua mutorum. Et omnes alij prophetae, testimonium il-  
 li perhibent. Et quae hic ponit Lucas de discipulis Ioannis, praemisit Matthaeus capite  
 undecimo, numero 106. Subnectit autem Lucas praeconium domini de Ioanne, di-  
 ces. ¶ Et cum discessissent nuncij Ioannis, coepit de Ioanne dicere ad turbas: Quid  
 existis in desertum uidere? Arundinem uento agitatum? Sed quid existis uidere? Ho-  
 minem mollibus uestimentis indutum? Ecce qui in ueste preciosa sunt & delicijs, in do-  
 mibus regum sunt. Sed quid existis uidere? Prophetam? Vtique dico uobis, & plus-  
 quam prophetam. Hic est de quo scriptum est: Ecce mitto angelum meum ante faciem  
 tuam, qui praeparabit uiam tuam ante te. Dico enim uobis, maior inter natos mu-  
 lierum propheta Ioanne Baptista, nemo est. Qui autem minor est in regno dei, maior  
 est illo. ¶ An laus Ioannis non pertinet ad ueterem legem, posteaquam nuncij eius,  
 id est affectus erga Moysen & ueteres prophetas abierunt, de aduentu Messiae, signis &  
 uirtutibus certiores facti? Quae sic praecurrit nouam, ut Ioannes CHRISTVM: quaeq;  
 inconcussa, grauis, temperata, non solum prophetia fuit, sed plusquam prophetia: &  
 qua inter leges ortas, nulla maior orta est, praeter eam quae est regni caelorum. Et de Io-  
 anne consimile habet praeconium Matthaeus capite undecimo, numero 107. Quidam  
 autem hanc Ioannis laudem & baptismum, ad gloriam dei retulerunt: quidam uero spre-  
 uerunt. Quod subdit Lucas, dicens. ¶ Et omnis populus audiens, & publicani iustifica-  
 uerunt deum, baptizati baptismo Ioannis. Pharisei autem & legisperiti, consiliu dei spreue-  
 runt in semetipsos, non baptizati ab eo. Ait autem dominus: Cui ergo similes dicam homines  
 generatiouis huius, & cui similes sunt? Similes sunt pueris sedentibus in foro, & loquen-  
 tibus adinuicem, & dicentibus: Catauimus uobis tibijs, et non saltastis: lamentauimus,  
 & non plorastis. Venit autem Ioannes Baptista, neque manducans panem, neque  
 bibens uinum, & dicitis: Daemonium habet. Venit filius hominis manducans & bi-  
 bens, & dicitis: Ecce homo deuorator, & bibens uinum, amicus publicanorum & pec-  
 catorum. Et iustificata est sapientia ab omnibus filijs suis. ¶ Quid est, iustificauerunt  
 deum, nisi iustum reputauerunt, dixerunt, crediderunt: Et hi erant a Ioanne baptizati.  
 Sic & in fine dierum erit ex ijs, qui adhuc ueterem sectabuntur legem. Nam qui in ea  
 ex ipsius et prophetarum doctrina fuerint praeparati, & (ut sic dicam) quodam modo  
 purificati, cum ad lucem nouae uenient, iustificabunt deum. At qui eis εἰς αὐτοῦς, id est  
 in semetipsos, in suum malum, aut si mauis in seipsis, intra semetipsos consiliu dei spre-  
 uerint, non praeparati, iustitias dei nequaquam intelligent: ut neque tunc intellexe-  
 runt scribae & pharisei, ad quos dominus direxit parabolam. Qui neque poenitentiam  
 susceperant cum Ioanne, neque laetitiam in annunciatione legis gratiae. Dominus cariti-  
 cum noui laetitiae illis cecinit, & non exultauerunt: Ioannes threnum tristitiae, & non poe-  
 nituit eos. Nam Ioannes tanto rigore uixit, ut non solum a uino, & quocumque quod  
 inebriare potest, sed a pane quoque abstinerit, locustis & agresti melle parcissime pro-  
 uitae necessitate usus. Dominus autem ab illis non abstinuit: comunem, sed castam mo-  
 deratamque hominum uitam secutus. Porro haec parabola qua hic utitur dominus in  
 Luca, posita est et declarata apud Matthaeum cap. undecimo, numero 109. quanquam  
 & dominus illam per se explicare dignatus est, de se & Ioanne. Caterum haec parti-  
 cula, Et iustificata est sapientia ab omnibus filijs suis: quae in Matthaei capi. undecimo  
 de sapientia carnali & humana, quae reuera non est sapientia, sed stultitia apud deum,  
 explicata est: exponi etiam & iustius quidem de uera sapientia potest, ut sit hic sensus:  
 Ipsa sapientia (etli uos scribae et pharisei contemnit eam) iustificata est ab oibus filijs suis.

Esai. 35.

71

72

Hi autem sunt, siue in caelo siue in terra, qui auscultant ei atque obediunt. Vos autem consilium dei spreuistis. Quocirca non estis sapientiae filij, & proinde remanetis insipidi atque stulti. Et subdit Lucas conuiuium domini apud Simonem pharisaeum, dicens. ¶ Rogabat autem illum quidam de pharisaeis, ut manducaret cum illo. Et ingressus domum pharisaei, discubuit. Et ecce mulier, quae erat in ciuitate peccatrix, ut cognouit quod IESVS accubuit in domo pharisaei, attulit alabastrum unguenti, et stans retro secus pedes eius, lachrymis coepit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & unguento ungebat. Videns autem pharisaeus, qui uocauerat eum, ait intra se dicens: Hic si esset propheta, sciret utique quae & qualis est mulier, quae tangit eum, quia peccatrix est. Et respondens IESVS, dixit ad illum: Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait: Magister, dic. Duo debitores erant cuidam foeneratori, unus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Non habentibus illis unde redderent, donauit utrisque. Quis ergo eum plus diligit? Respondens Simon, dixit: Existimo quia is cui plus donauit. At ille dixit ei: Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierem, dixit Simoni: Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti: haec autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis suis tersit. Osculum mihi non dedisti: haec autem ex quo intrauit, non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non unxisti: haec autem unguento unxit pedes meos. Propter quod, dico tibi, remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Dixit autem ad illam: Remittuntur tibi peccata. Et coeperunt qui simul accumbebant, dicere intra se: Quis est hic, qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem: Fides tua te saluam fecit: Vade in pace. ¶ Tanta est dei bonitas, ut inuitata, declinet etiam ad eos, qui sectas habent, uel sibi displicentes contrariasque: & hoc, ut eos sanet, & reddat incolumes. Quod hic insinuat, cum inuitatus, non dedignatur descendere ad pharisaeum. Vbi se eum esse declarat, qui sanare uult, misereri & parcere, cum illo praesente, mulieri peccatrici peccata remittit. Sed quid illi mulieri accidit, & quid facit? Cognouit quod IESVS accubuit in domo pharisaei. Affert alabastrum unguenti, Intra ad IESVM, Stat retro secus pedes eius, Lachrymis suis rigat pedes eius, Et capillis suis tergit, Tersos osculatur, Et unguento ungit. Factum abominatur pharisaeus, indignum ducens, quod sic se dominus permittat tangi: & insuper iudicans dominum non nosse quae ipsum tangat, nimirum nota peccatrix. Dominus ex re, Simoni proponit parabolam. E duobus debitoribus, unus Simon, alter peccatrix. Danista, id est creditor, qui mutuum dedit CHRISTVS. Denarij: debita, dona dei mala dispensata per peccata. Donat, qui remittit. Rigat, id est lauat pedes, qui terrenos abstergit affectus. Vngit pedes, qui in uita actiua deum operibus pietatis honorat. Osculatur, qui se deo unit. Ciuitas ea in qua pharisaeus & peccatrix erant, mundus intelligi potest. Domus pharisaei, Iudaea. Pharisaeus, populus qui iustitiam metitur operibus, & postponit poenitentiam: & hic populus maxime est Iudaicus, aut eius aemulus. Peccatrix, typus populi fidelis, qui maxima ex parte est e gentibus, typus poenitentium, typus iustificationem ex gratia, non ex operibus expectantium: est enim populus uere poenitens, qui ad bona opera fidei respiciens, iustificationem non ex operibus illis, etsi diuinae legis sunt, expectat (sunt enim debita) sed ex gratia. Cognoscit quod IESVS accubuit in domo pharisaei, qui firmiter credit quod dominus natus, diuersatus, & pro peccatis tollendis mortuus est in Iudaea. Affert alabastrum unguenti, qui in corde habet propositum bonorum operum. Stat retro secus pedes domini, qui in humilitate accedens, dominum ferendo crucem sequitur, stans & curuari ad terram nesciens. Lachrymis incipit rigare pedes eius, qui per poenitentiam fide CHRISTI infusa, incipit terrenas abstergere labeas, & carnales amputare affectus. Capillis suis tergit, qui externas suas fortunas, & quae superfluae sunt secundum se ad salutem postpoenit

post poenitentiam, & affectuum mortificationem, nihil pendit, aut potius pedibus CHRISTI abstergendis applicat, qui sunt pauperes eius in hoc mundo pressi ac calcati. Osculatur pedes eius, & unguento ungit: qui cum operibus iustitiæ, fidei, & misericordiæ, exercitijs contemplatiuæ uitæ se deo unit. Quod pharisæus dicebat intra se: Si hic esset propheta, sciret utique quæ & qualis est mulier, quæ tangit eum: quia peccatrix est. id designat quod sic alios iudicant, qui confidunt in operibus iustitiæ suæ: quod & adhuc hodie faciunt Iudæi, qui CHRISTVM nolunt confiteri suum prophetam, quia gentiles ad ipsum uenerint, quos peccatores indignos aliquo diuinitatis affectu iudicabant. Quod dominus respondit ad cogitatum Simonis: se deum manifestauit, quem nihil latere poterat. Cum ait, Duo debitores erant: Simonem (ut dictum est) tangit, & peccatricem. Cum subdit, Cuidam sceneratori, id est creditoris seipsum intelligit. Porro cum dicit, Vnus debebat denarios quingētos: peccatricem tangit, cui decies plura imputantur dissipata dona per peccata. Cum uero, Alter quin quaginta: pharisæus. Cum ait, Non habentibus unde redderent: innuit neque nos ex nobis, neque Iudæos ex se habere unde possint pro debitis suis satisfacere: nam non nostra potestate, non nostris operibus, etsi illa uult concurrere deus, sed solo dei dono remittuntur peccata, dissipatis donis dei, malecōtracta: & hinc nostra iustificatio pēdet, quæ est & gratiæ eius infusio, & dissipatarū gratiarum instauratio. Quod innuit dominus, cum ait: Donauit utrisque. Donum ergo & gratia est, remissio peccatorum, & instauratio deperditorum, aut etiam excellentiorum donorum. Sed & hic intelliguntur, non solum peccatrici, sed etiā Simoni peccata remissa, ut non frustra in domo sua eum receperit pharisæus. Donauit (inquit) utrisque. O magna dei benignitas, quæ etiā eos qui pharisæace uiuunt, saluat: Nullū ergo iudicemus, sed sequamur secundū lumē dei & gratiā, id quod melius est. Quod dominus interrogat: Vter ergo eū plus diligit, & quod Simon respōdit: Existimo cui plus donauit, quodque responsum dominus approbavit, dicēs: Recte iudicasti. hæc subindicat, eos plus diligere deū, qui se ex se non agnoscunt nisi peccatores, & totā iustitiam suam deo tribuūt, & gratiæ & misericordiæ eius, quā eos qui operibus suis cōfidunt. Et merito quidem. Nā illi, in solo deo uidēt, quod amare debeant: isti, seipsum & suas iustitias amant. Illi, se esse pauperes, & deum solū esse suas diuitias agnoscunt: isti, se diuites putant. Illi, se nudos aspiciūt, & si deus ipsos uestiat & ornet, non illa sua ducunt, sed dei, neque inde gloriantur, sed deum cuius sunt, magnificant, & tanto magis humiles sunt: isti, se respiciunt uestitos, & in uestimentis si quæ habeant, quasi sua sint, gloriantur & superbiunt. Cū dominus adijcit Simoni, Vides hanc mulierem: incipit aperire parabolā suam, quæ ex præcedentibus nota esse potest. Et reuera Iudæi, & si qui uitæ eorū essent æmuli, ueros Christianos attēdere deberēt: & inuenirent eos plura deo accepta referre quā ipsi, et magis accēdere ad eum per uiam amoris & gratiæ, quā ipsi. Sed adhuc in suo errore perseverantes, in cordibus suis dicunt: Quis est hic, qui etiam peccata remittit? Quasi uero sine operibus legis peccata non remittantur. Et proinde intelligant ex domino, fidem nostram, plenamque in deo fiduciam, & saluos facere, & per eā dominum nos dimittere in pace: se autē infidelitate perdi, & in perpetua manere perturbatione. Et aduerte quod cū Lucas ait, καὶ ἵσταται παρὰ τοῦ πόδος αὐτοῦ ὀπίσω, id est, Et stans iuxta pedes eius retro: innuere uidetur mulierē illā erectam, stetit ad pedes domini, non autē profusam humi iacuisse, ut pingi solet. Vnde etiā intelligere promptum est, lectos illos in quibus edebant, eleuatos à terra fuisse. Porro hanc mulierē, cui dominus in aliqua ciuitatum Galilææ, aut Naim, aut alia quauis, peccata remisit: alij Mariā Magdalēnā, quæ domino ministrabat à Galilæa, esse dicunt: alij, Mariā sororē Marthæ. Nos uero cū antiq̄s, ex euāgelista putamus innominatam, et etiā aliā fuisse. Super qua re, in secunda disceptatione de Magdalena non nihil inuestigandæ ueritatis gratia, diximus. Vt cūque sit, ipsa

*Non stans ret se ad pedes.*

*De peccatrice muliere opinio.*

dilexit, CHRISTI testimonio, multum. Et nos ergo illius exemplo eum, quem dilexit, multum diligamus, & nos mutuo propter ipsum: ac miseratione CHRISTI, ut & ipsa præacti & allecti, & dominum fide cognoscentes, domum in qua ipse nunc recumbit adeamus, quæ est sancta catholica ecclesia. Stemus retro secus pedes eius, lachrymis eos rigemus, osculemur, & ungamus: & si possimus ad altiorem uitam surgere, non solum aquam pedibus, sed & oleum capiti, & osculum sanctum sancto ori eius demus, eiq; toto spiritu uniamur, Patrem misericordiarum per ipsum, et cū ipso in spiritu suo laudantes, & honorificantes, & glorificantes: quæ unum solum, & uerum deum discretionem incōfufum, & substantia indiuisum, decet omnis laus, et honor & gloria in omnia seculorum secula. Amen.

## CAPVT OCTAVVM.

74



**T** factum est deinceps, & ipse iter faciebat per ciuitates & castella, prædicans & euangelizans regnum dei, & duodecim cum illo, & mulieres aliquæ, quæ erant curatæ à spiritibus malignis & infirmitatibus: Maria, quæ uocabatur Magdalene, de qua septem dæmonia exierant, & Ioanna uxor Chuzæ procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ, quæ ministrabant ei de facultatibus suis. Cum autem turba plurima cōueniret, & de ciuitatibus properarent ad eū, dixit per similitudinem: Exiit qui seminat, seminare semen suum. Et dum seminat, aliud cecidit secus uiam, & conculcatum est, & uolucres cæli comederunt illud. Et aliud cecidit supra petram, & natū aruit, quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas, & simul exortæ spinæ suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonā, & ortum fecit fructum centuplum. Hæc dicens, clamabat: Qui habet aures audiendi, audiat. Interrogabant autem eum discipuli eius, quæ esset hæc parabola. Quibus ipse dixit: Vobis datum est nosse mysterium regni dei: ceteris autem in parabolis, ut uidentes non uideant, & audientes non intelligant. Est autem hæc parabola. Semen, est uerbum dei. Qui autem secus uiam: hi sunt qui audiūt, deinde uenit diabolus & tollit uerbū de corde eorū, ne credentes salui fiant. Nam qui supra petram, qui cum audierint, cum gaudio suscipiūt uerbum: & hi, radices non habent, quia ad tempus credūt, & in tēpore tentationis recedūt. Quod autem inter spinas cecidit: hi sunt qui audierūt, & à solitudinibus & diuitiis, & uoluptatibus uitæ eūtes suffocantur, & non referunt fructum. Quod autem in bonam terram: hi sunt qui in corde bono & optimo audientes, uerbum retinent, & fructum afferūt in patientia. ¶ Nemo autem lucernam accēdens, operit eum uase, aut subtus lectum ponit: sed supra candelabrū ponit, ut intrantes uideant lumē. Nō est enim occultum, quod non manifestetur: nec absconditū, quod non cognoscatur, & in palā ueniat. Videte ergo quid audiatis. Qui enī habet, dabitur illi: & quicūq; nō habet, etiā quod putat se habere, auferetur ab illo. ¶ Venierunt autem ad illum mater & fratres eius, & non poterant adire eum præ turba. Et nunciatum est illi: Mater tua & fratres tui stant foris, uolentes te uidere.

te uidere. Qui respondens dixit ad eos: Mater mea & fratres mei, hi sunt, qui uerbum dei audiunt & faciunt. ¶ Factum est autem in una dierum, & 77 ipse ascendit in nauiculam, & discipuli eius, & ait ad illos: Transfretemus trans stagnū. Et ascenderunt. Et nauigantibus illis, obdormiuit: & descendit procella uenti in stagnū, & compellabantur & periclitabantur. Accedentes autē suscitauerunt eū, dicentes: Præceptor, perimus. At ille surgēs, increpauit uentum & tempestatem aquæ: & cessauit, & facta est trāquillitas. Dixit autem illis: Vbi est fides uestra? Qui timentes mirati sunt, adinuicem 40 dicentes: Quis putas hic est? quia & uentis & mari imperat, & obediunt ei. ¶ Et nauigauerunt ad regionem Gerasenorum, quæ est contra Galilæam. 78 Et cum de naui egressus esset ad terram, occurrit illi uir quidam, qui habebat dæmonium iam temporibus multis, & uestimēto nō induebatur, neq; in domo manebat, sed in monumentis. Is ut uidit IESVM, procidit ante illū, & exclamās uoce magna, dixit: Quid mihi & tibi est IESV fili dei altissimi? Obsecro te ne me torqueas. Præcipiebat enī spiritui immūdo, ut exiret ab homine. Multis enim tēporibus arripiebat illū: & uinciebatur catenis, & compedibus custoditus, & ruptis uinculis agebatur à dæmonio in deserto. Interrogauit autem illum IESVS, dicēs: Quod tibi nomen est? At ille 50 dixit: Legio, quia intrauerāt dæmonia multa in eum. Et rogauerunt illum, ne imperaret illis ut in abyssum irent. Erat autem ibi grex porcorum multorū pascentium in monte, & rogabant eū, ut permitteret eis in illos ingredi. Et permisit illis. Exierunt ergo dæmonia ab homine, & intrauerunt in porcos: & impetu abiit grex per præceps in stagnum, & suffocatus est. 55 Quod ut uiderunt factum qui pascebāt, fugerunt, & nunciauerunt in ciuitatem, & in uillas. Exierūt autem uidere quod factum est, & uenerūt ad IESVM: & inuenerunt hominem sedentē à quo dæmonia exierāt, uestitum, ac sana mente ad pedes eius, & timuerunt. Nunciauerūt autē illis, & qui uiderāt, quomodo sanus factus fuisset à legiōe. Et rogauerūt illū omnis multitudo regionis Gerasenorum, ut discederet ab ipsis: quia magno timore tenebantur. Ipse autē ascendēs nauim, reuersus est. Et rogauit illū uir à quo dæmonia exierant, ut cū eo esset. Dimisit autem eum IESVS, dicens: Redi 60 in domū tuam, & narra quanta tibi fecit deus. Et abiit per uniuersam ciuitatem, prædicans quanta illi fecisset IESVS. ¶ Factū est autem cū rediisset 79 IESVS, excepit illum turba. Erant autem omnes expectātes eum. Et ecce uenit uir cui nomen Iairus, & ipse princeps synagogæ erat, & cecidit ad pedes IESV, rogās eū, ut intraret in domum eius: quia unica filia erat ei ferè annorum duodecim, & hæc moriebatur. Et contigit dum iret, à turbis comprimebatur. Et mulier quædā erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim, 70 quæ in medicos erogauerat omnē substantiam suam, nec ab ullo potuit curari: accessit retro & tetigit fimbriam uestimenti eius: & confestim stetit fluxus sanguinis eius. Et ait IESVS: Quis est, qui me tetigit? Negantibus autē

omnibus, dixit Petrus, & qui cū illo erāt: Præceptor, turba te comprimūt & affligunt, & dicis, quis me tetigit? Et dixit IESVS: Tetigit me aliquis, nam & ego noui uirtutem de me exiisse. Vidēs autē mulier, quia non latuit, 75 tremens uēnit, & procidit ante pedes eius: & ob quam causam tetigerit eū, indicauit coram omni populo, & quemadmodum confestim sanata sit. At ipse dixit ei: Filia, fides tua saluā te fecit: Vade in pace. Adhuc illo loquente, uenit quidā ad principem synagogæ dicens ei, quia mortua est filia tua, noli uexare illum. IESVS autem audito hoc uerbo, respondit patri puellæ: 80 Noli timere, Crede tantum, & salua erit. Et cū uenisset domum, nō permisit intrare secū quenquā, nisi Petrum & Iacobum, & Ioannē, & patrē & matrem puellæ. Flebant autem omnes, & plangebant illam. At ille dixit: Nolite flere: Non est mortua puella, sed dormit. Et deridebant eum, scientes quia mortua esset. Ipse autē tenens manum eius clamauit, dicens: Puel- 85 la, surge. Et reuersus est spiritus eius, & surrexit continuo. Et iussit illi dare manducare Et stupuerunt parentes eius, quibus præcepit ne alicui dice- rent quod factum erat.

ANNOTATIONES BREUES LI. CIRCA LITERAM CAP. VIII.

1	per ciuitates et castella κατὰ πόλιν & κώμην	24	qui ad optimo	37	furgens, ἐγερθεὶς
	per singulas ciuitates & castella		ἀγαθῆ positiuum.	40	experrectus mari
7	& de ciuitatibus ἐν τῶν κατὰ πόλιν	25	subtus subter		τῷ ὕδατι aquæ
	& de singulis ciuitatibus	28	in palam	41	Gerasenorum, τῶν γαδαραηνῶν
8	g seminat, feminare ὁ σπείρων τοῦ σπείρειν		in propatulum, in apertum	42	quidam * ἐκ τῆς πόλεως ἐ ciui- tate
9	dum seminat, ἐν τῷ σπείρειν	28	quid ὡς	43	dæmonium δαμόνια plurale.
	dua seminabat		quomodo	43	iam ἐκ
10	supra ἐπὶ	28	Qui enim ὅς γ' ἐὰν		à
	super	31	illi * λεγόντων dicē	47	arripiebat συνήρῳάκει
14	discipuli eius, * λέγοντες dicentes.	34	Quicumque enim ἐν πλοῖον	48	corripuerat deserto
15	mysterium τὰ μυστήρια plurale.		in nauim ἀνήχθησαν	53	ergo ὁ
19	Nam qui supra δι δε ἐπὶ	35	ascenderunt. recesserunt		autem
	Qui autem super		compellebantur συνεπληροῦντο	56	uidere ut uiderent
20	radices ρίζαν	36	complebantur Præceptor,	59	à legione. ἀδαιμονιοθεῖς
20	quia ad οὐ πρὸς	37	ἐπιστάτα ἐπιστάτα		à demonijs

60	à dæmonijs agitatus regionis τῆς περιχώρου	74	insumpserat affligunt ἀποθλίβουσι	80	magistrum audito – hoc uerbo
	circumiacētis regionis		afflictant	80	patri puellæ αὐτῷ λέγων
67	unica μονογενῆς	75	nam – &		illi dicens.
68	moriebat. – Et cōtigīt	76	ante pedes eius αὐτῷ	82	intrare – secum
68	à turbis cōprimebatur		ei	84	mortua – puella
	οἱ ὄχλοι συνέπιπτον αὐτῷ	77	indicauit * αὐτῷ ei	85	Ipsè autem * ἐκβαλὼν ἔξω πάντας
	turbæ suffocabāt eum	78	dixit ei. * θαροῦ Cōfide		eiectis foras omnibus
69	quædam erat οἷσα	79	ad principē synagogæ παρὰ τῷ ἀρχισυναγώγου	86	reuerfus est ἐπέστρεψε
	quæ erat		à principe synagogæ		conuerfus est
70	erogauerat πρὸς ἀναλώσασθα	80	illum. ἐν δὲ δάσκαλοι	87	manducare ad manducandum

## COMMENTARIUS IN CAPVT OCTAVVM.



Bi peractum est hoc de peccatrice & pharisæo mysterium, quod solus 74  
 narrat Lucas, idem subdit, quid subinde dominus fecerit, dicens. ¶ Et  
 factum est deinceps, & ipse iter faciebat per ciuitates & castella, prædi-  
 cans & euangelizans regnum dei, & duodecim cum illo, & mulieres  
 aliquæ, quæ erant curatæ à spiritibus malignis & infirmitatibus, Maria  
 quæ uocatur Magdalene, de qua septē dæmonia exierāt, & Ioanna uxor Chuzæ pro-  
 curatoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ quæ ministrabant ei de facultatibus su-  
 is. Cum autem turba plurima conueniret, & de ciuitatibus properarent ad eum, di-  
 xit per similitudinem. Exijt qui seminat, seminare semen suum. Et dum seminat, aliud  
 cecidit secus uiam, & conculcatum est, & uolucres cœli comederunt illud. Et aliud ce-  
 cidit supra petram, & natum aruit: quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter  
 spinas, & simul exortæ spinæ, suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam,  
 & ortum fecit fructum centuplum. Hæc dicens, clamabat: Qui habet aures audien-  
 di, audiat. Interrogabant autem eum discipuli eius, quæ esset hæc parabola. Quibus  
 ipse dixit: Vobis datum est nosse mysterium regni dei: cæteris autem in parabolis, ut  
 uidentes non uideant, & audientes non intelligant. Est autem hæc parabola. Semen  
 est uerbum dei: Qui autem secus uiam: hi sunt qui audiunt, deinde uenit diabolus, &  
 tollit uerbum de corde eorum, ne credentes salui fiant. Nam qui supra petram, qui  
 cum audierint, cum gaudio suscipiunt uerbum: & hi, radices nō habent, quia ad tem-  
 pus credunt, & in tempore tentationis recedūt. Quod autem in spinas cecidit: hi sunt  
 qui audierunt, & à sollicitudinibus, & diuitijs, & uoluptatibus uitæ euntes suffocan-  
 tur, & non referunt fructum. Quod autem in bonam terram: hi sunt qui in corde bo-  
 no & optimo audientes uerbum retinent, & fructum afferunt in patientia. ¶ Mulie-  
 res quæ à Galilæa sequebantur dominum, à spiritibus immundis liberatæ, & poten-  
 tes matronæ, hæc erant Maria Magdalena, à qua dominus septem eiecerat dæmonia,  
 Ioanna uxor Chuzæ procuratoris & cōmissarij Herodis, & Susanna, & multæ aliæ:  
 inter quas erant matres apostolorum, Maria uxor Cleophæ, & Salome uxor Zebe-  
 dæi: illa, mater Iacobi Simonis & Iudæ: ista Iacobi & Ioannis. Tales erāt, & quæ con-  
 tionibus eius aderāt, & quæ toto mentis affectu ei ministrabant. Et congregatis ex

omni ciuitate ad se populis, dominus locutus est eis, & hoc in Galilæa: quia ex Matthæo, populus stabat in litore secus mare, & dominus conscensa nauis, hanc & alias multas loquutus est eis parabolas. At neq; in Samaria, neque in Iudæa est mare. Qui exijt ut seminaret semen suum: ipse erat qui è sinu patris, qui in cœlis est, in terram ueniens exierat ad seminandum uitæ æternæ uerbum, quod est sanctum, & quod solum saluat animas, euāgelium. Et hæc parabola à Matthæo posita est capite tertiodécimo, numero centesimo uigesimo septimo. Et explicatio domini interrogantibus discipulis illic adhibita, numero 130. & à Marco capite quarto, numeris uigesimo, & 21. Et cum dicitur, Qui autem secus uiam: subaudiendum est, seminati sunt, siue semen receperunt: seminatur enim & uerbum quod recipitur, & id quod recipit illud: ut & triticum quod suscipitur, & terra cui illud mandatur, seminari dicuntur. Porro ubi habetur, Quod autem in spinas, id est inter spinas cecidit, hi sunt qui audierunt: quod apte apud nos referri uidetur ad semē: etsi Græce nihil habeat in ipsa litera ad quod referatur, cum σπόρος & λόγος, id est semen & uerbum, masculina sint, & neutrum: quare perinde fuerit ac si dicamus, id autem quod inter spinas cecidit, subaudiendum quoque est, qui receperunt: ut sic intelligamus, Qui autem id quod in spinas cecidit, receperunt, hi sunt qui audierunt: sed à sollicitudinibus, & diuitijs, & uoluptatibus uitæ euntes suffocantur. Similiter & de eo, Quod autem in bonam terram, dicendum est. Cætera hic intelligenda sunt, ut & in Matthæo capite, & numero præactis. Huic parabolæ &

75

” id est poni sub modio, dicens. ¶ Nemo autem lucernam accendens operit eam uase,  
” aut subtus lectum ponit: sed supra candelabrum ponit, ut intrantes uideant lumen.  
” Non est enim occultum, quod non manifestetur: nec absconditum, quod non cognoscatur & in palam ueniat. Videte ergo quid audiatis. Qui enim habet, dabitur illi: &  
” quicumque non habet, etiam quod putat se habere, auferetur ab illo. ¶ Lucerna anima fidelis est: Lumen eius, doctrina uitæ, uerbum dei, lex gratiæ. Qui accendit, domi-

Ioh. 1.

nus noster IESVS CHRISTVS, qui est lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Abscondit eam, qui sine usu retinet ociosam, aut incuria tanquam & dei & uerbi eius oblitus, elabi ac euanescere sinit. Operit eam uase, quando caro opprimit spiritum. Ponit subtus lectum, quando uoluptates & carnis illecebræ, & animam perdunt & lumen dei extinguunt. Candelabrum, sancta congregatio super quam diuinum lumen ponitur. Domus, ecclesia uniuersalis. Intrantes, ad fidem uenientes, aut qui tum primum fide illuminantur. Et hanc parabolam habet Matthæus capite quinto, numero trigésimo quinto, & Marcus capite quarto, numero uigésimo secundo. Sed præponit Matthæus parabolam de ciuitate, quæ abscondi non potest, supra montem posita: & merito quidem abscondi non potest. Nam si ciuitas hæc ecclesia CHRISTI est, mons autem supra quem posita est CHRISTVS dominus, ut illic dictum est (alioqui enim ecclesia non est, nisi supra ipsum posita sit) quomodo abscondi posset, quin ecclesia CHRISTI esse cognosceretur? Nam si sit supra CHRISTVM posita, in ea lucent fides, tota in CHRISTO fiducia, & charitas. In ea sunt pauperes spiritu, mites, lugentes dei ignorantiam: id est eos qui deum CHRISTVM quæ ignorant: sitientes iustitiam eius, misericordes, mundi corde, pacifici, in persecutionibus patientes: diuino lumini, id est euangelico, alienum lumen non admiscentes: & pro igne altaris, qui est charitas CHRISTI dei, alienum ignem ceu Nadab & Abiu in acerram cordis non imponentes. In ea, spiritu dei aguntur. In ea, qui uiuunt, spiritu CHRISTI, non suo uiuunt. In ea, qui uiuunt, deo, non sibi, nec mundo uiuunt. In ea denique non caro, sed spiritus uiuit: caro autem mortua est. Qui ergo fieret, ut in tanta imitationis CHRISTI luce,

Leui. 10

in tanta

in tanta, ut sic dicam, christiformitate, abscondi posset ciuitas: Quod si qui forte se dicere ecclesiam, & non essent supra montem CHRISTVM, sed potius in quodam immani præcipitio positi: abscondi identidem non possent, quandoquidem essent illi omnino oppositi, dicente ad Timotheum apostolo: Similiter & facta bona manifesta sunt, & quæ aliter se habent, abscondi non possunt. Vt ergo abscondi non potest ciuitas supra montem posita, neq; etiam lucerna supra candelabrum posita. Sed hoc de candelabro, peculiare: illud de ciuitate supra montem, uniuersale. Hoc de membris, illud de fundamento atque capite, & insuper uniuerso corpore. Quod autem subditur: Non est enim occultum, quod non manifestetur: nec absconditum, quod non cognoscatur & in palam ueniat. hoc ait dominus de parabolis, quæ tunc occultæ erant & absconditæ, quarum mysteria reuelatasq; intelligentias tandem in apertum uenire uolebat. Et id habet Matthæus capite 10, numero nonagesimo septimo, et Marcus capite quarto, numero 22. Cæterum huic particulæ, Qui enim habet, dabitur illi: & quicumq; non habet, etiã quod putat se habere, auferetur ab illo: respondentẽ ponit Matthæus capite tertio decimo, numero 28. & Marcus capite 4, numero uigesimo secundo. Deinde subiungit Lucas de matre domini, & ijs qui fratres eius nuncupabatur: cum tales secundum carnem non essent, dicens. ¶ Venerunt autem ad illum mater & fratres eius, & non poterant adire eum præ turba. Et nunciatum est illi, Mater tua & fratres tui stant foris, uolentes te uidere. Qui respondens, dixit ad eos: Mater mea & fratres mei, hi sunt qui uerbum dei audiunt, & faciunt. ¶ Venerunt ad illum & mater & necessarii eius, quando nunciatum fuit eis ipsum esse extra se: siue ut uisum est interpreti Marci, quod in furorem uersus esset: quanquam mater nihil tale euenisse illi uerebatur, ut quæ diuinitatis eius erat conscia, tametsi fratres, id est propinqui eius, sed magis ut putabãt, quàm reuera erãt: quia adhuc carnales erãt, & eos diuinum latebat mysterium, ne ita esset timere potuerunt. Erat autem tunc in aliqua domo cum discipulis: sed sic irruente ac comprimente turba, ut ne panem quidem, ex Marco, manducare possent: sed melius cibo spiritus illic pascebantur, quàm quocunque pane corporali: unde illis præsentẽ domino, qui dat escam omni carni, non erat timendum: quo neque mater, neque necessarii eius subintrare potuere. Quod in Marco capite tertio, numero 19, uisum est. Sed & officiosam matrem, & qui uocabantur fratres (qui pia secundum sensum carnis suæ sollicitudine ad eum uenerant: non tam causa loquendi, quàm inde illum extrahendi, quod ex Marco apertius dinoscitur) uenisse ponit etiam Matthæus capite duodecimo, numero 125. In quibus locis dictum est dominum sua responsione nõ paruifecisse matrem, sed maxime omnium extulisse se, & matrem approbasse: etsi paruifacere potuit officium, quod illi sui ex ignorantia præstare uolebant, quo & ipsa sapientissima mater sciebat eum non egere. Approbavit itaque matrem, quod & hic quoq; facit: cum maxime omnium ipsa & uerbum dei audierit & fecerit: quæ insuper & ipsum, qui est secundum essentiam dei uerbum, in suo uirgineo utero portauerit, & suis uirgineis uberibus aluerit: qui & adhuc erat sua tota cura, suãque tota, sed in spiritu, scientia, & ueritate sollicitudo. Sed fuit ne id in Nazareth: Non uidetur. Quandoquidem etiam ex Marco, non procul erat à mari. Nazareth autem haud parum distat ab illo. Sed quid? Mater talẽ filiũ non sequeretur, cum et Maria Magdalena, & Ioanna, & Susanna, & matres apostolorum eum sequerentur? & magis omnibus illis in spiritu, ut diuine magis amans, quàm humanæ: nam ubi diuini amor adest, si lege naturæ adest humanus, humanum diuinus offundit, et absorbet, ut lux solis in meridie lucẽ stellarũ. Sic de uirgine deo plena nobis cogitandum. Sed & uicinum mare fuisse, fatis indicat Lucas, cum protinus subdit, eo dormiente in nauis, tam ualidam factam procellam, ut maximo periclitationis metu, nauis &

1. Timo. 5.

76

Psal. 139.

- 77 » discipuli quaterentur, dicens. ¶ Factum est autem in una dierum, & ipse ascen-  
 » dit in nauiculam & discipuli eius, & ait ad illos: Transfretemus trans stagnū. Et ascen-  
 » derunt. Et nauigantibus illis, obdormiuit: & descendit procella uenti in stagnum, &  
 » complebantur, & periclitabantur. Accedentes autem suscitauerunt eum, dicentes:  
 » Præceptor, perimus. At ille surgens, increpauit uentum & tempestatem aquæ: &  
 » cessauit, & facta est tranquillitas. Dicit autem illis: Vbi est fides uestra? Qui timen-  
 » tes mirati sunt adinuicem dicentes: Quis putas hic est, quia & uentis & mari impe-  
 » rat, & obediunt ei: ¶ Stagnum hoc, est quod mare Tiberiadis dicitur, quod & Mat-  
 » thæus & Marcus mare appellant. Et quod nostri codices habent, & compellebatur,  
 » uitium scriptorum est, dicendum que complebantur: quod ex Græco cognoscitur,  
 » habente συνεπληροῦντο, id est complebatur, scilicet aqua. Porro quod geminatur præ-  
 » ceptor præceptor, ἐπιστάτα ἐπιστάτα, quasi dicas præfecte præfecte: designatur &  
 » profundus, opinione ipsorum, domini somnus, & urgens auxilij necessitas. Et hoc  
 » quoque factum signum, positum est à Matthæo capite octauo, numero septuagesimoseptimo,  
 » & à Marco capite quarto, numero uigesimoquinto. Cæterum cum ad-  
 » iicit hic: Vbi est fides uestra? quam particulam habet & Marcus, illos pusillæ fidei ar-  
 » guit, qui timebant ne perirent ipso præsentem: quod minime timere debebant: cum  
 » credere deberent, & deum & dei filium esse, qui posset & uellet eos saluare. Dein-  
 » de subdit Lucas de dæmoniaco in terra Gerasenorum, à multitudinē dæmoniorū li-  
 » berato, dicens. ¶ Et nauigauerūt ad regionem Gerasenorum, quæ est contra Galilæam.  
 » Et cum de nauī egressus esset ad terram, occurrit illi uir quidā qui habebat dæ-  
 » monium iam temporibus multis, & uestimento nō induebatur, neque in domo ma-  
 » nebat, sed in monumentis. Is ut uidit IESVM, procidit ante illum, & exclamans uo-  
 » ce magna, dixit: Quid mihi & tibi est IESU fili dei altissimi? Obsecro te, ne me tor-  
 » queas. Præcipiebat enim spiritui immūdo, ut exiret ab homine. Multis enim tempo-  
 » ribus arripiebat illū, & uinciebatur catenis, & compedibus custoditus, & ruptis uin-  
 » culis agebatur à dæmonio in deserta. Interrogauit autem illum IESVS, dicens: Quod  
 » tibi nomen est? At ille dixit: Legio. Quia intrauerunt dæmonia multa in eum. Et ro-  
 » gauerunt illum, ne imperaret illis, ut in abyssum irent. Erat autem ibi grex porcorum  
 » multorum pascentium in monte, & rogabant eum, ut permitteret eis in illos ingre-  
 » di. Et permisit illis. Exierunt ergo dæmonia ab homine, & intrauerunt in porcos.  
 » Et impetu abiit grex per præceps in stagnum, & suffocatus est. Quod ut uiderunt  
 » factum qui pascebant, fugerunt, & nunciauerunt in ciuitatem & in uillas. Exierunt  
 » autem uidere quod factum est, & uenerunt ad IESVM, & inuenerunt hominem se-  
 » dentem, à quo dæmonia exierant, uestitum ac sana mēte, ad pedes eius: & timuerūt.  
 » Nunciauerunt autem illis & qui uiderant, quomodo sanus factus esset à legione. Et  
 » rogauerunt illū omnis multitudo regionis Gerasenorum, ut discederet ab ipsis, quia  
 » magno timore tenebantur. Ipse autē ascendens nauim, reuersus est. Et rogauit illū  
 » uir, à quo dæmonia exierant, ut cum eo esset. Dimisit autem eū IESVS, dicens: Re-  
 » di in domum tuam, & narra quanta tibi fecit deus. Et abiit per uniuersam ciuitatem  
 » prædicans, quāta illi fecisset IESVS. ¶ Ex uerbis Lucæ id satis nobis innuitur, qua  
 » ex parte sint Geraseni: nam è regione Galilææ, & ex parte orientis: cum ex Marco  
 » liberatus à dæmonijs, prædicauerit gratiam sibi factā in Decapoli. Ciuitas ergo  
 » Gerasenorum non procul distabat à stagno, id est mari Tiberiadis, & ex parte orientis  
 » sita erat inter Tiberiadem & Decapolitanos. De Decapoli Hieronymus ubi agit  
 » de locis Hebraicis, dicit regionem esse decem urbium trans Iordanem, circa Hip-  
 » pum & Pellen & Gadaram. De Gadara autem, urbem esse trans Iordanem con-  
 » tra Scythopolin & Tiberiadem ad orientalem plagam, sitam in monte, ad cuius ra-  
 » dice

dices aquæ calidæ erumpunt balneis de super ædificatis. Quod autem ea ciuitas non  
 procul distaret à mari, indicium est præcipitatio illa repentina ingentis porcorum  
 multitudinis in mare, quam & subulci uiderunt, & repente ciuibus nunciauerunt.  
 Qui confestim egredientes, præ timore miraculi, rogauerunt dominum, ut egre-  
 deretur à finibus ipsorum. Cæterum quod dicitur, Dimisit autem eum IESVS:  
 quod Græce dicitur, ἀπέλυσε δὲ αὐτὸν ὁ ἰησοῦς, perinde est ac ablegauit eum à se IESVS,  
 non permisit secum abire. Porro hoc factum habet Matthæus capite octa-  
 uo, numero septuagesimooctauo, & Marcus capite quinto, numero uigesimose-  
 xto. Mox subdit Lucas dominum fines eorum reliquisse, & in oppositam oram na-  
 uigasse, dicens. ¶ Factum est autem cum redisset IESVS, excepit illum turba. 79  
 Erant autem omnes expectantes eum. Et ecce uenit uir cui nomen Iairus: & ipse  
 princeps synagogæ erat, & cecidit ad pedes IESV, rogans eum, ut intraret in domum  
 eius: quia unica filia erat ei, ferè annorum duodecim, & hæc moriebatur. Et con-  
 tigit dum iret, à turbis comprimebatur. Et mulier quædam erat in fluxu sanguinis  
 ab annis duodecim, quæ in medicos erogauerat omnem substantiam suam, nec ab  
 ullo potuit curari. Accessit retro, & tetigit simbriam uestimenti eius: & confestim  
 stetit fluxus sanguinis eius. Et ait IESVS: Quis est qui me tetigit? Negantibus au-  
 tem omnibus, dixit Petrus & qui cum illo erant: Præceptor, turbæ te comprî-  
 munt & affligunt, & dicis, quis me tetigit? Et dixit IESVS: Tetigit me aliquis. Nam  
 & ego noui uirtutem de me exiisse. Videns autem mulier, quia non latuit, tremens  
 uenit, & procidit ante pedes eius: & ob quam causam tetigerit eum, indicauit co-  
 ram omni populo, & quemadmodum confestim sanata sit. At ipse dixit ei: Filia,  
 fides tua te saluam fecit, Vade in pace. Adhuc illo loquente, uenit quidam ad prin-  
 cipem synagogæ, dicens ei, quia mortua est filia tua, noli uexare illum. IESVS au-  
 tem audito hoc uerbo, respondit patri puellæ: Noli timere, crede tantum, & sal-  
 ua erit. Et cum uenisset domum, non permisit secum intrare quenquam, nisi Pe-  
 trum, & Iacobum, & Ioannem, & patrem & matrem puellæ. Flebant autem om-  
 nes, & plangebant illam. At ille dixit: Nolite flere, Non est mortua puella, sed  
 dormit. Et deridebant eum, scientes quia mortua esset. Ipse autem tenens manum  
 eius clamauit, dicens: Puella surge. Et reuersus est spiritus eius, & surrexit conti-  
 nuò. Et iussit illi dare manducare. Et stupuerunt parentes eius, quibus præcepit  
 ne alicui dicerent quod factum erat. ¶ Cum redisset inquit: sed quonam? In Ga-  
 lilaam, quæ è regione Gerasenorum est sita: & maxime Capharnaum & Bethsai-  
 da, quæ extremum occupant orientis ad lacum. Quod autem subditur de suscita-  
 tione puellæ duodecennis, filia Iairi principis synagogæ: id habet Matthæus capi-  
 te nono, numero octuagesimosecundo, & Marcus cap. 5. numero uigesimoseptimo.  
 Sed & historiam de muliere, quæ à fluxu sanguinis (quam plagam & flagellum sus-  
 tinuerat duodecim annis) sanata est: eisdem locis ac numeris tangunt Matthæus at-  
 que Marcus. Neque ad ipsos hic adiicit Lucas. Et ita quæ morbo incurabili huma-  
 na ope laborabat (nam plagas, id est flagella humanæ non curant medicinæ) sana-  
 ta est, & mortua puella suscitata, id faciente domino: cuius uirtus omnem sanat lan-  
 guorem, & qui solo uerbo instaurat uniuersa, & hoc bona uoluntate patris ætera-  
 ni: cui per ipsum in spiritu sancto sit honor & gloria & potestas, in omnia seculo-  
 rum secula, Amen.

80



Onuocatis autem IESVS duodecim apostolis, dedit illis uirtutem & potestatem super omnia dæmonia, & ut languores curarent. Et misit illos prædicare regnum dei, & sanare infirmos. Et ait ad illos: Nihil tuleritis in uia, neque uirgam, neque peram, neque panem, neque pecuniã: 5 neque duas tunicas habeatis. Et in quancunque domum intraueritis, ibi manete, & inde ne exeatis. Et quicunque non receperint uos: exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem pedum uestrorum excutite in testimonium supra illos. Egressi autem circũbant per castella, euangelizantes & curãtes 10 ubiq;.

81 ¶ Audiuit autẽ Herodes tetrarcha omnia, quæ fiebant ab eo: et hæsitabat, eo qd' diceretur à quibusdã, quia Ioãnes surrexit à mortuis: à quibusdã uero, quia Helias apparuit: ab aliis aut, quia propheta unus de antiquis surrexit. Et ait Herodes: Ioannem ego decollauì. Quis est aut istè de quo ego talia audio? Et quærebat uidere eum. Et reuersi apostoli, narrauerunt illi quæcunque fecerunt: & assumptis illis secessit seorsum in locũ desertum, qui est Bethsaidã. Quod cũ cognouissent turbæ, secuti sunt illũ, et excepit eos, & loquebatur illis de regno dei, & eos qui cura indigebant, sanabat. 15

82 ¶ Dies autẽ cœperat declinare. Et accedentes duodecim, dixerũt illi: Dimitte turbas, ut euntes in castella, uillasq; quæ circa sunt, diuertant, & inueniant escas: quia hic in loco deserto sumus. Ait autem ad illos: Vos date 20 te illis manducare. At illi dixerunt: Non sunt nobis plusquam quinque panes, & duo pisces: nisi forte nos eamus, & emamus in omnem hæc turbam escas. Erant autem ferè uiri quinque milia. Ait autem ad discipulos suos: Facite illos discumbere per conuiuia quinquagenos. Et ita fecerunt. Et discubuerũt omnes. Acceptis autẽ quinque panibus, & duobus piscibus, respexit 25 in cœlum, & benedixit illis, & fregit, & distribuit discipulis suis, ut poneret ante turbas. Et māducauerunt omnes, & saturati sunt. Et sublatũ est quod

83 superfuit illis, fragmentorum cophini duodecim. ¶ Et factum est cũ solus esset orans, erant cum illo & discipuli, & interrogauit illos, dicens: Quem me dicũt esse turbæ? At illi responderunt & dixerunt: Ioannem Baptistam, 30 alii autem Heliam: alii uero, quia unus propheta de prioribus surrexit. Dixit aut illis: Vos autem quem me esse dicitis? Respõdens Simon Petrus, dixit: CHRISTVM dei. At ille increpans illos, præcepit ne cui dicerent hoc: dicēs, quia oportet filium hominis multa pati, & reprobari à senioribus & principibus sacerdotum & scribis, & occidi, & tertia die resurgere. Dicebat aut ad omnes: Si quis uult post me uenire, abneget semetipsum, & tollat crucẽ suam quotidie, & sequatur me. Qui enim uoluerit animam suam saluã facere, perdet illam: nam qui perdiderit animã suam propter me, saluam faciet illã: quid enim proficit homo, si lucretur uniuersum mundũ, seipsum autem perdat, & detrimentum sui faciat? Nam qui me erubuerit, & 40 meos

meos sermones : hūc filius hominis erubescet , cū uenerit in maiestate sua,  
 & patris, & sanctorum angelorum. Dico autem uobis uerè , sunt aliqui hic  
 stantes, qui non gustabunt mortem, donec uideant regnum dei. ¶ Factum 84  
 est autem post hæc uerba ferè dies octo, & assumpsit Petrū & Iacobū & Io-  
 45 annem, & ascendit in montem ut oraret. Et facta est dum oraret species uul-  
 tus eius, altera: & uestitus eius, albus & refulgēs. Et ecce duo uiri loqueban-  
 tur cum illo: erant autem Moyses & Helias, uisi in maiestate: & dicebāt ex-  
 cessum eius, quem completurus erat in Hierusalem. Petrus uero & qui cum  
 illo erant, grauati erant somno. Et euigilantes , uiderunt maiestatem eius,  
 50 & duos uiros qui stabant cum illo. Et factum est cum discederēt ab illo , ait  
 Petrus ad IESVM: Præceptor, bonum est nos hic esse , & faciamus tria ta-  
 bernacula: unum tibi, & unum Moysi, & unum Helix: nesciens quid dice-  
 ret. Hæc autem illo loquente, facta est nubes, & obumbravit eos, & timue-  
 runt intransibus illis in nubem. Et uox facta est de nube, dicēs: Hic est filius  
 meus dilectus, ipsum audite. Et dum fieret uox, inuentus est IESVS solus.  
 55 Et ipsi tacuerunt, & nemini dixerūt in illis diebus quicquam ex his quæ ui-  
 derant. ¶ Factum est autem in sequenti die, descendentibus illis de monte, 85  
 occurrit illi turba multa. Et ecce uir de turba exclamauit, dicens: Magister,  
 obsecro te, respice in filium meum, quia unicus est mihi: & ecce spiritus ap-  
 60 prendit eum, & subito clamat, & elidit, & dissipat eum cum spuma, & uix  
 discedit dilanians eum: & rogavi discipulos tuos, ut eiicerent illum , & non  
 potuerūt. Respondens autem IESVS, dixit: O generatio infidelis , & per-  
 uersa, usq; quo ero apud uos, & patiar uos? Adduc huc filium tuū . Et cum  
 accederet, elisit illum dæmonium, & dissipauit. Et increpauit IESVS spiri-  
 65 tum immundum, & sanauit puerum, & reddidit illum patri eius. Stupebāt  
 autem omnes in magnitudine dei, omnibusq; mirantibus in omnibus quæ  
 faciebat, dixit ad discipulos suos: Ponite uos in cordibus uestris sermones  
 istos. Filius enim hominis futurum est, ut tradatur in manus hominum. At  
 illi ignorabant uerbum istud, & erat uelatum ante eos, ut non sentirēt illud,  
 70 & timebāt eum interrogare de hoc uerbo . ¶ Intrauit aut cogitatio in eos, 86  
 quis eorū maior esset. At IESVS uidens cogitationes cordis illorū, appre-  
 hendit puerū, & statuit illū secus se, & ait illis: Quicumq; susceperit puerum  
 istum in nōmine meo, me recipit. Et quicumq; me receperit, recipit eum qui  
 me misit. Nam qui minor est inter uos omnes, hic maior est . Respondens  
 75 autem Ioannes, dixit: Præceptor, uidimus quendam in nomine tuo eiicien-  
 tem dæmonia, & prohibuimus eum, quia non sequitur nobiscum. Et ait ad  
 illos IESVS: Nolite prohibere. Qui enim nō est aduersum uos, pro uobis  
 est. ¶ Factum est autem dum cōplerentur dies assumptionis eius, & ipse fa- 87  
 ciē suā firmavit, ut iret in Hierusalem. Et misit nuncios ante conspectū suū:  
 80 & euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritanorum, ut pararent illi . Et non  
 receperunt eum, quia facies eius erat euntis in Hierusalem. Cū uidissent au-

tem discipuli eius, Iacobus & Ioannes, dixerunt: Domine, uis dicimus, ut ignis descendat de caelo, & consumat illos? Et conuersus increpauit illos, dicens: Nescitis cuius spiritus estis. Filius hominis nō uēnit animas perdere, 85  
 88 sed saluare. Et abierunt in aliud castellum. ¶ Factum est autem ambulanti-  
 bus illis in uia, dixit quidam ad illum: Sequar te quocūq; ieris. Dicit illi IESVS: Vulpes foueas habent, & uolucres caeli nidos: filius autē hominis non  
 habet, ubi caput suum reclinet. Ait autē ad alterum: Sequere me. Ille autem 90  
 dixit: Domine, permittite mihi primum ire, & sepelire patrem meum. Di-  
 xitq; ei IESVS: Sine ut mortui sepeliant mortuos suos, tu autē uade, & an-  
 nuncia regnū dei. Et ait alter: Sequar te domine, sed permittite mihi primū  
 renūciare his qui domi sunt. Ait ad illum IESVS: Nemo mittens manum  
 suam ad aratrum & aspiciens retro, aptus est regno dei.

ANNOTATIONES BREUES LXXII. CIRCA LITERAM CAP. IX.

1	autem — IESVS	22	hanc turbam	37	Qui enim
2	uirtutem & potestātē δύναμις καὶ ἐξουσία		τὴν λαὸν τῆς τῆρ populum hunc		ὁς γὰρ ἄρ Quicumq; enim
	potestātē & autoritatē	23	quinq; milia	38	nam qui
4	in uia εἰς τὴν ὁδὸν accusatiuus		πεντακίχλιοι quinquies mille		ὁς δ' ἄρ quicumq; autem
5	uirgam ῥάβδος plurale	24	conuiuia	38	propter me: * οὗτος hic
6	duas δίνας	24	discubitus	40	& detrimētū sui faciat ἢ ζημιωθείς aut iacturam sui ipsius
8	pedum uestrorum αὐτῶν τῶν ποδῶν ὑμῶν		discubuerunt ἀνέκλιναρ & fecerūt discumbere	40	Nam qui
	ē pedibus uestris	25	omnes		ὁς γὰρ ἄρ Quicumq; enim
9	supra illos ἐπ' αὐτούς		accusatiuus.	41	maiestate
	aduersus illos	25	respexit ἀναβλέψας		τῆ δόξης gloria
16	qui est Bethsaidæ. πόλεως καλεσμένης βηθσαϊδά	26	suspexit ἐπέβλεψεν ut ponerēt ante turbas παράτιθέναι τῶ ὄχλῳ	46	& infra. albus — & refulgens. ἐξασράπτωρ effulgurans
	ciuitatis quæ uocatur Bethsaida	28	solus καταμόνος	47	erant autem οἵτινες ἦσαν qui erant
16	secuti		solitarie		uisi
	secutæ	29	cum illo — &	47	οἱ ὀφθέντες qui uisi
17	cura θεραπείας	31	prioribus τῶν ἀρχαίων antiquis	47	in maiestate: — &
	curatione		Respondens * δε̅ autē — Simon	48	excessum τὴν ἐξουσίαν exitum
18	declinare — Et	33	increpans ἐπιτιμῆσας		Præceptor ἐπιστάτα
19	turbas, τὸν ὄχλον singulare	32	interminatus ἐπιτιμῆσας	51	
20	escas: ἐπισιτισμόν		suam — quotidie,		
	commeatum	37			
22	nisi — forte				

& infra

55	& infra. dum fieret ἐπιτῷ γενέσθαι dum facta esset	67	IESVS, in cordibus uestris ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν	78	assumptionis τῆς ἀναλήψεως
56	dixerunt ἀπήγγαλαν renunciauerunt	69	ante eos, ἀπ' αὐτῶν ab eis	80	ciuitatem κώμη castellum
60	clamat, — & elidit	70	in eos, ἐν αὐτοῖς	81	euntis πορευόμενον rectus.
60	discedit * ἀπ' αὐτοῦ	71	cogitationes τῶν Διαλογισμῶν singulare.	82	dicimus, εἰπωμεν dicamus
61	dilanians (ab eo σύντριβον conterens	72	puerum, παιδίου diminutiuum, & infra.	83	illos * ὡς καὶ ἠλίας ἐποίησεν sicut & Elias fecit:
61	illum, αὐτό neutrum.	72	secus se, παρ' αὐτῶν iuxta sese	86	ieris * κύριε. C domine, Et
62	peruersa, διεστραμμένη distorta	74	maior μείζων positiuum	88	caput — suum
63	Et cum accederet, ἔτι δὲ προσερχομένου Cū autē adhuc accederet	76	ad illos πρὸς αὐτοὺς singulare.	89	ire, ἀπελθόντι abire
66	in magnitudine ἐπὶ τῆ μεγαλειότητι in magnificentia, in maiestate	77	uos, ἡμῶν uobis	91	Et ait εἶπε δὲ καὶ Ait autem &
66	in omnibus ἐπὶ πάντων super omnibus	77	uos, ἡμῶν uobis	92	renunciare ἀποταξάσθαι ut ualedicam
66	faciebat * ὀϊκιστὴς primæ personæ.			93	regno εἰς τὴν βασιλείαν

## COMMENTARIUS IN CAPVT NONVM.



Aperte sexto huius, numero 59 posita est electio duodecim in apostolos: hic autem ponit Lucas quo pacto sit illis data potestas à domino aduersus omnia dæmonia, & gratia omnium curandarum infirmitatum, dicens. ¶ Conuocatis autem IESVS duodecim apostolis, dedit illis uirtutem & potestatem super omnia dæmonia, & ut languores curarent. Et misit illos prædicare regnum dei, & sanare infirmos. Et ait ad illos: Nihil tuleritis in uia, neque uirgam, neque peram, neque panem, neque pecuniam: neque duas tunicas habeatis. Et in quancunque domum intraueritis, ibi manete, & inde ne exeatis. Et quicumque non receperint uos: exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem pedum uestrorum excutite in testimonium supra illos. Egressi autem circumibant per castella, euangelizantes & curantes ubique. ¶ Hanc potestatem datam apostolis, & hæc præcepta eisdem ad euangelicæ prædicationis annunciationem abeuntibus data, posuit Matthæus cap. decimo, numero octuagesimonono, & Marcus cap. sexto, numero uigesimonono. Cum dominus ait, Nihil tuleritis in uia: insinuat nihil esse nostrum in hoc mundo existimandum, sed omnia dei, diuinæque prouidentiae. Quod prohibet ferre uirgam: non nostræ defensionis, sed solius dei esse fidendum. Quod peram: nihil in hoc mundo recondendum, sed thesaurum in caelo reconditum

- expectandum. Quod panem: non de cibo corporali, sed de uerbo dei, quo interior uiuit homo, nobis esse curandum. Quod pecuniam: auaritiam fugiendam esse, & spiritus paupertatem amplectendam. Quod denique duas tunicas habere uetat: duplicium protectorum confidentiam habendam non esse, sed in uno solo spem suae protectionis esse ponendam. Vnicū ergo sit nobis indumentum, de quo Paulus: Induimini dominū IESVM CHRISTVM. & rursus: Quicūq; enim in CHRISTO baptizati estis, CHRISTVM induistis. Nullum igitur præter ipsum sit nobis indumentū: in eo enim solo indumento fidendum est, ut quod uerè ab omni & exteriori & interiore seculi malignarumq; potestatum iniuria protegere potest. Quo etiam docemur, cum nouo homine ueterem hominem non esse reseruandum, dicente eodem apostolo: Deponite uos secundum pristinam conuersationem, ueterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris, & subdente: Et induite nouum hominem, qui secundum deum creatus est in iustitia, & sanctitate ueritatis. Cætera hic, ut & illic declarata sunt, intelligantur. Deinde opiniones quæ habebantur de domino, in locis ad quæ profecti erant apostoli domini, & non dominus, saltem corporali presentia, qui nusquam deerat potentia, subdit Lucas, dicens. ¶ Audiuit autem Herodes tetrarcha omnia, quæ fiebant ab eo, & hæsitabat eo quod diceretur à quibusdam, quia Ioannes surrexit à mortuis: à quibusdam uero, quia Elias apparuit: ab alijs autem, quia propheta unus de antiquis surrexit. Et ait Herodes: Ioannem ego decollauit: quis est autem iste, de quo ego talia audio? Et quærebat uidere eum. Et reuersi apostoli, narrauerunt illi quæcūq; fecerūt. Et assumptis illis, fecessit seorsum in locum desertum, qui est Bethsaida. Quod cum cognouissent turbæ, secutæ sunt illum: & excepit eos, & loquebatur illis de regno dei, & eos qui cura indigebant, sanabat. ¶ De his hominum opinionibus quænam ipse esset, dominus apostolos redeuntes interrogauit, dicens: Quem me dicunt homines esse filium hominis? Et quamuis Herodes diceret: Ioannem ego decollauit: quis est autem iste, de quo ego talia audio: hæsitabat tamen & fluctuabat animo, eo quod quidam dicerent Ioannem surrexisse: etsi secta esset Sadducæus, ob quod licentius flagitia perpetrabat, & minore conscientia scelerū, & metu futurarum pœnarum torquebatur. Et hæc tangit Matthæus capite quartodecimo, numero 141. & Marcus cap. 6. numero trigesimo. Deinde signum diuinæ potestatis & prouidentia, quæ quinque milia hominum, quinque panibus & duobus piscibus saturauit, subdit Lucas, dicens. ¶ Dies autem cœperat declinare. Et accedentes duodecim, dixerūt illi: Dimitte turbas ut euntes in castella uillasq; quæ circa sunt, diuertant, & inueniant escas: quia hic in loco deserto sumus. Ait autem ad illos: Vos date illis manducare. At illi dixerūt: Non sunt nobis plus quam quinque panes, & duo piscis, nisi fortè nos eamus, & emamus in omnem hanc turbam escas. Erant autem ferè uiri quinque milia. Ait autem ad discipulos suos: Facite illos discumbere per conuiuia quinquagenos. Et ita fecerunt. Et discubuerunt omnes. Acceptis autem quinque panibus & duobus piscibus, respexit in cœlum, & benedixit illis, & fregit, & distribuit discipulis suis, ut ponerent ante turbas. Et manducauerunt omnes, & saturati sunt. Et sublatū est quod superfuit illis, fragmentorū cophini duodecim. ¶ Et hoc quoq; habet Matthæus capite decimoquarto, numero 145. & Marcus capite sexto, numero 32. Neq; hic adijcitur quicquam ad illos. Quare nō est hic diutius immorandum. Sequitur interrogatio domini facta discipulis, quem ipsum esse opinarentur turbæ, quam sic subdit Lucas, dicens. ¶ Et factū est cum solus esset orans, erant cum illo & discipuli, & interrogauit illos, dicens: Quem me dicunt esse turbæ? At illi responderunt, & dixerunt: Ioannem Baptistam, alij autem Eliam: alij uero, quia unus propheta de prioribus surrexit. Dixit autem illis: Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus, dixit: CHRISTVM dei. At ille increpans illos, præcepit ne cui dicerent

cerent hoc, dicens: quia oportet filium hominis multa pati, & reprobari à senioribus & principibus sacerdotum & scribis, & occidi, et tertia die resurgere. Dicebat autem ad omnes: Si quis uult post me uenire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. Qui enim uoluerit animam suam saluam facere, perdet illam, Nam qui perdiderit animam suam propter me, saluam faciet illam. Quid enim proficit homo, si lucretur uniuersum mundum: seipsum autem perdat, & detrimentum sui faciat? Nam qui me erubuerit, & meos sermones, hunc filius hominis erubescet, cum uenerit in maiestate sua, & patris & sanctorum angelorum. Dico autem uobis uerè, sunt aliqui hic stantes, qui non gustabunt mortem donec uideant regnum dei. ¶ Cum esset solus orans (quod perinde est atque, Cum esset solitarie orans, semotis scilicet turbis, sed non discipulis) interrogauit discipulos: non tum quidem cum oraret, sed eo tempore, quo manserat ad solitarie orandum: interrogauit (inquam) discipulos, dicens: Quem me dicunt esse turbæ? Non quod nesciret, quem se esse dicebant: sed ut confessione eorum, falsas excluderet opiniones: & ueritatem, quæ sola ad fidem pertinet, approbaret. Et hæc interrogatio domini, & responsio Petri, qui uice omnium respondit, approbatio, ponitur etiam Matthæi capite sextodecimo, numero centesimo quinquagesimo septimo, & sequentibus: & Marci capite octauo, numero quadragesimo secundo. Cæterum cum hic dicitur, At ille increpans illos, præcepit ne cui dicerent hoc, id increpans illos, quod Græce dicitur ἐπιτιμῶν αὐτοῖς, designat dominum uehementer, & adhibitis minis prohibuisse eis ne cui hoc proderent. Et cur tanta uehementia prohibuerit, ne id inuulgarent, quod ipse esset CHRISTVS filius dei: continuo subdit, dicens, quia oportet filium hominis multa pati, & reprobari à senioribus & principibus sacerdotum. Nam si uulgus id sibi omnino persuasum habuisset, nunquam permisisset malitiam seniorum & principum sacerdotum tantum grassari, ut Mesiam, & eum quidē filium dei interfecissent. Sed & de hoc, & de cruce iugiter tollēda, ipsorum sequendo, imitandoque, ac nonnullis alijs, eiusdem in locis & numeris apud Matthæum, Marcumque facta est mentio. Et subdit Lucas de assumptione Petri & Iacobi & Ioannis ad transfigurationem, & specimen ac prælibamentum quoddam regni dei, quod futurum est, dicens. ¶ Factum est autem post hæc uerba ferè dies octo, & assumpsit Petrum, & Iacobum, & Ioannem: & ascendit in montem, ut oraret. Et facta est dum oraret, species uultus eius, altera: & uestitus eius, albus & refulgens. Et ecce duo uiri loquebantur cum illo: erant autem Moyses & Elias, uisi in maiestate: & dicebant excessum eius, quem completurus erat in Hierusalem. Petrus uero & qui cum illo erant, grauati erant somno. Et euigilantes uiderunt maiestatem eius, & duos uiros, qui stabant cum illo. Et factum est cum discederent ab illo, ait Petrus ad IESVM: Præceptor, bonum est nos hic esse, & faciamus tria tabernacula: unum tibi, & unum Moyse, & unum Eliæ: nesciens quid diceret. Hæc autem illo loquente, facta est nubes & obumbravit eos, & timuerunt intransibus illis in nubem. Et uox facta est de nube, dicens: Hic est filius meus dilectus, ipsum audite. Et dum fieret uox, inuentus est IESVS solus. Et ipsi tacuerunt, et nemini dixerunt in illis diebus quicquam ex his, quæ uiderant. ¶ Et uestitus eius (inquit) albus & refulgens: siue ut Græce habetur, ἐξασφάπτων, id est effulgurans, ac nimia claritate oculos instar fulguris perstringens, & paulo post: Et dicebant excessum eius, quem completurus erat in Hierusalem. ubi per excessum, id est ἐξόδον, exitum & transitum significat, hoc est mortem, quam passurus erat in Hierusalem. Hic addit Lucas quod Moses & Elias loquerentur de transitu domini, qui fuit uerum pascha omnium filiorum redemptionis, & exodus nostra à potestate principis mundi huius, & transitus CHRISTI per omnes domos, id est animas omnium omnibus temporibus saluatorum: omnes enim hoc loti sunt, et rubricati sanguine agni. Præterea quod non solum nubes obumbravit eos, sed &

84

Q

- quod intra se eos comprehendit. Denique quod ubi audita est uox, Hic est filius meus dilectus, ipsum audite: totum illud insigne & admirandum, ac planè diuinum spectaculum disparuit, IESU solito more comperto. Addit inquam ultra Matthæum & Marcum, qui hanc gloriosam transformationem domini describunt: ille cap. septimodecimo, numero 165, iste uero cap. nono, numero 44. Huic mysterio transformationis CHRISTI, subiungit Lucas curationem pueri lunatici, qui spiritu corripiebatur musto & furdo, dicens. ¶ Factum est autem in sequenti die descendentibus illis de monte, occurrit illi turba multa. Et ecce uir de turba exclamauit, dicens: Magister, obsecro te respice in filium meum, quia unicus est mihi. Et ecce spiritus apprehendit eum, & subito clamat, & elidit, & dissipat eum cum spuma, & uix discedit dilanians eum. Et rogauit discipulos tuos, ut eijcerent illum, & non potuerunt. Respondens autem IESVS, dixit: O generatio infidelis & peruersa, usquequo ero apud uos, & patiar uos? Adduc huc filium tuum. Et cum accederet, elisit illum dæmonium, & dissipauit. Et increpauit IESVS spiritum immundum, & sanauit puerum, & reddidit illum patri eius. Stupebant autem omnes in magnitudine dei, omnibusque mirantibus in omnibus quæ faciebat, dixit ad discipulos suos: Ponite uos in cordibus uestris sermones istos. Filius enim hominis futurum est, ut tradatur in manus hominum. At illi ignorabant uerbum istud, & erat uelatum ante eos, ut non sentirent illud: & timebant eum interrogare de hoc uerbo. ¶ Hanc pueri arreptitij, ex Marco, surdi & muti liberationem à dæmonio diuina uirtute factam, habet Matthæus cap. septimodecimo, numero 168. & Marcus capite nono, numero 47. Necnō quod dominus pramonuit discipulos suos de contumeliosa morte, quæ passurus erat. Id quod neque intelligebant, neque sibi suadebant uisis admirabilibus signis, ipse quæ faciebat. Et quis etiā illum ad has ignominias, quæ non ei, sed iniquitatibus nostris expiandis debebantur, adducere potuisset, nisi ipse uoluisset? At ipsi non intelligebant sic eum pati uelle, & hoc esse diuinæ iustitiæ pro saluandis hominibus consilium, quod eisdem etiam capitibus habetur apud Matthæum, numero centesimo sexagesimo sexto, et apud Marcū, numero 49. Subiungit Lucas de cogitatione discipulorum, quis inter ipsos maior esset: aut quis fortè, si ita ferret euentus ut dominus morte auferretur ab eis, inter ipsos primus, maximus que esset habendus, dicens. ¶ Intrauit autem cogitatio in eos, quis eorum maior esset. At IESVS uidens cogitationes cordis illorum, apprehendit puerum, & statuit illum secus se, & ait illis: Quicumque susceperit puerum istum in nomine meo, me recipit. Et quicumque me receperit, recipit eum qui me misit. Nam qui minor est inter uos omnes, hic maior est. Respondens autem Ioannes, dixit: Præceptor, uidimus quendam in nomine tuo eijcientem dæmonia, & prohibuimus eum: quia non sequitur nobiscum. Et ait ad illos IESVS: Nolite prohibere. Qui enim non est aduersum uos, pro uobis est. ¶ Dominum uidisse cogitationes cordis eorum, & nunc omnium uidere etiā antequam sint, nemini dubiū debet esse. Sed an hoc ipse nō sciuit nisi ex cogitationibus eorum, cum Matthæus dicat: In illa hora accesserunt discipuli ad IESVM, dicentes: Quis putas maior est in regno cælorum? Generalem hic faciebant sermonem, quo non planè intelligere dabāt se id uelle, quis inter se esset maior: sed id ex cogitatione eorum dominus intelligebat. Verum et aliunde sciebat: nam ex Marco non solum id cogitauerant, sed in uia inter sese disputauerant, quis eorum maior esset: quod & dominus non minus, quàm eorum cogitationes, sciebat: nam interrogauit eos, Quid tractabatis in uia? At illi tacebāt. Nolebāt ergo dominū id specialiter scire, quid tractassent in uia, & quid cogitarēt cū proponebant ei, Quis putas maior est in regno cælorū? In quo se esse infirmæ fidei ostēdebant, si etiā hæc infirmitas non erat infidelitas. Quis enim putat quicquam latere posse deum, nisi infidelis? At dominus utrunque se nosse ostendit, quando apprehendit & statuit in medio puerū. Cuius

Cuius exemplo edocuit eos, quod neque se praesente adhuc passibili, neque se praesente impassibili, quod paulopost erat futurum, hanc habere deberent cogitationem, ut quisquam eorum uellet esse inter alios maior: quod haec ambitio faceret eum, qui talis esse uellet, minimum in regno caelorum: cum qui inter ipsos omnes esset minor, id est humilior, instar pueruli in medio statuti, is in regno caelorum, & inter eos esset maior: non humana quidem, sed diuina aestimatione. Et quid mirum? Nam is CHRISTO similior, qui semper est maximus: quem si quis reciperet in nomine eius, ipsum reciperet. At nonne CHRISTO adhuc mortali praesente, ambitiosae superbiae adscriberetur, si quis apostolorum se primum omnium dici uoluisset? Quanto magis praesente immortalis, quomodo nunc & semper praesens est ecclesiae suae: cuius nunc melius, gloriosius, & perfectius caput est, quam erat apostolorum: quia tunc in humilitate, nunc in maiestate. Ergo qui maiestatis domino se maxime humiliat: ille sit inter caeteros maior, & hoc quo ad spiritum: nam aliter esse posset, quo ad mundum, si ille qui hoc munere honoraretur, corde animo que ac spiritu sub CHRISTO non esset humillimus: aut ei qui talis esset, & scientia dei praeditus, in mundo talis honor propter CHRISTVM non impenderetur. CHRISTVS ergo in ecclesia semper est, fuit, & erit simpliciter maximus, maximus pontifex, maximus mediator, maximus interpellator, & etiam maximo maior: nam maximum nume, maximus iudex, maximus exauditor, haec siquidem diuinitatem eius, ista humanitatem concernunt. Sed & de his Matthaei capite duodeuigesimo, numero centesimo septuagesimo secundo, & capite uigesimo, numero centesimo nonagesimo quinto, & Marci capite nono, numero quadagesimonono, & cap. decimo, numero sexagesimo primo. Adducit Lucas interim dum complebantur dies assumptionis domini, profectionem eius per Samariam in Hierusalem, dicens: **Factum est autem, dum complerentur dies assumptionis eius, & ipse faciem suam firmauit, ut iret in Hierusalem. Et misit nuncios ante conspectum suum. Et euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritanorum, ut pararent illi. Et non receperunt eum: quia facies eius erat euntis in Hierusalem. Cum uidissent autem discipuli eius, iacobus & iohannes, dixerunt: Domine, uis dicimus ut ignis descendat de caelo & consumat illos? Et conuersus increpauit illos, dicens: Nescitis cuius spiritus estis. Filius hominis non uenit animas perdere, sed saluare. Et abierunt in aliud castellum.** **Quid est, Dum complerentur dies assumptionis eius: nisi dum instarent dies assumptionis eius a mundo? Et quid, Firmauit faciem suam, ut iret in Hierusalem: nisi firmo proposito fixit faciem suam, ut iret uersus Hierusalem? Et ad quid praemisit nuncios, nisi ut Samaritanis, qui particulares & diuisi erant (erat enim schisma inter Samaritanos & Hierosolymitanos: adeo ut Samaritani non couterentur Iudaeis) nunciarent ipsum ire in Hierusalem, ut ipsius exemplo unirentur, & uniuersales fierent: Quod si uoluissent, & ipse cum illis paratus erat manere. In quo ostendit se ab ijs qui se separant (si redire uelint) separari nolle: sed ipsis parem cum caeteris gratiam impartiri uelle. Sed & id il super designat, ad schismaticos, diuisosque ab unitate uniuersalis fidei, superclementem bonitatem mittere angelos, & quaerere in eis habitationis locum, reuocando eos ad apostolicam & uniuersalem, caelestemque Hierusalem. At illi non receperunt eum. Quam ob rem? Quia uidebant ipsum eundi in Hierusalem fixum habere propositum, pluris diuisionem facientes, quam unionem: & plus (ut sic dicam) particularem amantes, quam uniuersalem uersandi in lege traditionem, quae a Mose & prophetis tradita erat. Quapropter dominus alio flexit iter, causam perditionis ostendens: non dei quidem uoluntatem, sed eorum qui suo proposito id quod dei est, & communis omnium salus, se qui nolunt, quos neque aliorum exempla, neque uerba, immo neque ipsius dei fauor, & superbenigna suo gregi illos uniendi, suisque membris inferendi uoluntas, mouet ad salutem. Sed dices, non erant uicini tunc dies**



contraria non sit, sed dei uoluntas, eius'que uocatio. Quod secundo dicit: Sequere me, & secutus est, neque redijt ad terrenum patrem, etsi id uellet: hoc indicat quod uocatio dei causa est, qd' sequimur ipsum, quodq; ad terrena relaberemur, nisi ipse nostrā contineret uoluntatē. Et de his duobus modis uolentiū sequi dominū, habet Matthæus capite octauo, numero septuagesimosexto. Tertius, designat eos, qui cū aliquandiu uixerint secundum spiritum, redeunt ad mundum: sperantes ubi uixerint certo tempore secundum mundi desyderium, se abrenunciuros, ualec; facturos mundo, & redituros ad uiuendum secundum deum. Quos dominus pronunciat ineptos regno dei, Nam quod apposuerant manum aratro, id est dederant operam uitæ spirituali: id non fuerat suæ uoluntatis, etsi deo id uolenti concors eorum esset uoluntas. Stultum igitur est derelicta illa uita, alteram sectatos, suæ uoluntati tribuere, ut postea dominum sequi possint cum uoluerint. Honoremus itaque diuinam uoluntatem, magnificemus diuinam uocationem, glorificemus diuinam bonitatem, per quam solam sequi possumus ipsum, & stare ne relabamur, & id uelle, ut eum sequamur. Quod si id nostræ tribuimus uoluntati, cum nunquam secundum dei uoluntatem uixerimus, sumus similes primo, dicentes: Sequar te quocunque ieris: & audimus ex hoc loco id, Filius hominis non habet ubi caput suū reclinet: nam in nobis non inhabitat ipsius diuinitas: siquidem caput CHRISTI, deus est. Si autem operati sumus aliquid secundum uoluntatem dei, deinde ad terrena relabimur, nostræ uoluntati fidentes, sumus similes tertio, & audimus id: Nemo mittens manum suam ad aratrum, & aspiciens retro, aptus est regno dei. Si uero operamur secundum dei uoluntatem, & id diuinæ uoluntati, non nostræ tribuimus, neque sequimur unquam uoluntatem nostram, nos etiam aliò trahentem: sed iugiter dei uoluntatē, & eam quidem solam: sumus similes secūdo, & audimus diuinam hanc uocem: Tu aut uade & annuncia regnum dei. Annunciare autē regnū dei, est nihil sibi, sed omnia deo tribuere: sic nos instruente æterno patre per filium, qui cum filio, & spiritu sancto unus & solus deus est. Cui omnis honor, gloria, & gratiarum actio, in omnia seculorum secula. Amen.

1. Corin. 11.

## CAPVT DECIMVM.



Post hæc autem designauit dominus & alios septuaginta duos, & misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem, & locum quò erat ipse uenturus. Et dicebat illis: Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. Ite, ecce ego mitto uos sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculum, neque peram, neq; calciamenta: & neminem per uiam salutaueritis. In quamcunque domum intraueritis, primum dicite: Pax huic domui. & si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax uestra: sin autem, ad uos reuertetur. In eadem autem domo manete, edentes & bibentes quæ apud illos sunt: dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domum. Et in quamcunq; ciuitatē intraueritis, & susceperint uos, māducate quæ apponuntur uobis, & curate infirmos qui in illa sunt, & dicite illis: Appropinquet in uos regnum dei. In quamcunq; autem ciuitatem intraueritis, & non susceperint uos, exeuntes in plateas eius, dicite: Etiam puluerem qui

Q 3

adhæsit nobis de ciuitate uestra, extergimus in uos. Tamē hoc scitote, quia  
 appropinquabit regnum dei. Dico uobis, quia Sodomis in die illa remissi-  
 90 us erit, quā illi ciuitati. ¶ Væ tibi Corozaim, uæ tibi Bethsaida: quia si in  
 Tyro & Sidone factæ fuissent uirtutes, quæ factæ sunt in uobis, olim in cili-  
 cio & cinere sedentes pœniterēt. Veruntamē Tyro & Sidoni remissius erit 20  
 in iudicio, quā uobis. Et tu Capharnaum usq; ad cœlum exaltata, usq; ad  
 91 infernū demergēris. ¶ Qui uos audit, me audit: & qui uos spernit, me sper-  
 92 nit. Qui autem me spernit, spernit eum qui misit me. ¶ Reuersi sunt autem  
 septuagintaduo cum gaudio, dicentes: Domine, etiam dæmonia subiiciun-  
 tur nobis in nomine tuo. Et ait illis: Videbam satanam sicut fulgur de cœlo 25  
 cadentem. Ecce dedi uobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpio-  
 nes, & super omnem uirtutem inimici, & nihil uobis nocebit. Veruntamen  
 in hoc nolite gaudere, quia spiritus uobis subiiciuntur: gaudete autē, quod  
 nomina uestra scripta sunt in cœlis. In ipsa hora exultauit in spiritu sancto,  
 & dixit: Confitebor tibi domine pater cœli & terræ, quod abscondisti hæc à 30  
 sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Etiam pater, quoniam  
 sic placuit ante te. Omnia mihi tradita sunt à patre meo. Et nemo scit quis  
 sit filius, nisi pater: & quis sit pater, nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare.  
 93 ¶ Et conuersus ad discipulos suos, dixit: Beati oculi, qui uident quæ uos ui-  
 detis. Dico enim uobis, quod multi prophetæ & reges uoluerunt uidere 35  
 quæ uos uidetis, & non uiderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt.  
 94 ¶ Et ecce quidam legisperitus surrexit, tentans illum, & dicens: Magister,  
 quid faciendo uitam æternam possidebo? At ille dixit ad eum: In lege quid  
 scriptum est? Quomodo legis? Ille respondens dixit: Diliges dominum de- 40  
 um tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus uiribus tu-  
 is, & ex omni mente tua: & proximum tuum sicut teipsum. Dixitq; illi: Re-  
 cte respondisti: hoc fac, & uiues. Ille autem uolens iustificare seipsum, dixit  
 95 ad IESVM: Et quis est meus proximus? ¶ Suspiciens autem IESVS, di-  
 xit: Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Hiericho, & incidit in la-  
 trones, qui etiam despoliauerunt eum, & plagis impositis abierunt, semiui 45  
 uo relicto. Accidit autem ut sacerdos quidam descenderet eadem uia, & ui-  
 so illo, præteriuit. Similiter & leuita, cum esset secus locum, & uideret eum,  
 pertransiit. Samaritanus autem quidam iter faciens, uēnit secus eum, & ui-  
 dens eum, misericordia motus est. Et appropiās, alligauit uulnera eius, in-  
 fundens oleum & uinum, & imponens illum in iumentum suum, duxit in 50  
 stabulum, & curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios, & dedit  
 stabulario, & ait: Curam illius habe, & quodcunq; supererogaueris, ego cū  
 rediero, reddam tibi. Quis horum trium uidetur tibi proximus fuisse illi,  
 qui incidit in latrones? At ille dixit: Qui fecit misericordiam in illum. Et  
 96 ait illi IESVS: Vade, & tu fac similiter. ¶ Factum est autem dum irent, & 55  
 ipse intrauit in quoddam castellum, & mulier quædam Martha nomine,  
 excepit

excepit illum in domum suam: & huic erat soror nomine Maria. Quæ etiã  
 am sedens secus pedes domini, audiebat uerbum illius: Martha autem sata  
 gebat circa frequens ministerium. Quæ stetit & ait: Domine, nõ est tibi cura,  
 60 rã, quod soror mea reliquit me solam ministrare? Dic ergo illi ut me adiu  
 uet. Et respondens, dixit illi dominus: Martha Martha, sollicita es, & turba  
 ris erga plurima. Porro, unum est necessarium. Maria optimam partem ele  
 git, quæ non auferetur ab ea.

## ANNOTATIONES BREUES XLII. CIRCA LITERAM CAP. X.

1	septuaginta -duos, & infra.	ἐπάνω	50	accedens in stabulum ἐἰς πανδοχῆον
3	Et dicebat ἔλεγε οὖν Dicebat ergo	IESVS, ἐξομολογοῦμαι	51	in hospitium die * ἐξελθῶν egrediēs
5	mittat ἐκβάλη emittat, extrudat	30	52	stabulario, τῷ πανδοχῆ
7	In quacunq̃ue * ὅ ἄρ' autem	30	52	hospiti ait * αὐτῷ illi
9	sin autem ἐἰ δὲ μήγε sin minus, alioqui	31	53	Quis * οὖν ἴgitur fuisse γεγονέναι
10	quæ apud illos sunt τὰ παρ' αὐτῶν quæ ab illis sunt	31	54	in illum, μετ' αὐτοῦ
13	appropinquabit ἤγγικεν præteritum & infra.	32	56	cum illo καλουμένη
16	Tamen πλήρ Veruntamen	32	51	uocata domini τοῦ ἰησοῦ
17	remissius ἀνεκτότερον tolerabilius & infra.	32	58	IESV fatagebat περιπαῶτο
19	cilicio σάκκῳ	32	58	distrahebatur frequens ministerium πολλὴν διακονίαν
20	pœniterent, μετενόσαν pœnituisent	34	59	multam ministratiõẽ dominus πολλὰ
25	nobis * C &	38	61	circa multa Porro unũ est necessã ἐνὸς δὲ ἔστι χρεία (rium.
26	dedi δίδωμι præfens,	40	62	Vno autem est opus, Vnius aũt est necessã optimam (tas τὴν ἀγαθὴν
26	supra	43	62	positium
		45		
		49		

89



Hic subdit Lucas missionem septuaginta duorum discipulorum, qui secundo loco sunt apostoli, & post illos primos duodecim apostolos, dicens. **¶** Post hæc autem designauit dominus & alios septuaginta duos, & misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem, & locum quò erat ipse uenturus. Et dicebat illis: Messis quidem multa, operarij autem pauci: Rogate ergo dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. Ite, ecce ego mitto uos sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculum, neque peram, neque calceamētā: & neminem per uiam salutaueritis. In quacunque domum intraueritis, primū dicitē: Pax huic domui. & si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax uestra: si uero autē, ad uos reuertetur. In eadem autē domo manete, edentes & bibentes, quæ apud illos sunt: dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domū. Et in quacunque ciuitatem intraueritis, & susceperint uos, manducate quæ apponuntur uobis: & curate infirmos, qui in illa sunt: & dicitē illis, appropinquauit in uos regnum dei. In quacunque autem ciuitatem intraueritis, & non susceperint uos: exeuntes in plateas eius dicitē: Etiam puluerem, qui adhæsit nobis de ciuitate uestra, extergimus in uos: tamen hoc scitote, quia appropinquauit regnum dei. Dico uobis, quia Sodomis in die illa remissius erit, quam illi ciuitati. **¶** Duodecim apostoli, instar duodecim tribuum erant: quibus superadicit dominus septuaginta, instar septuaginta quos Moses habuit cooperatores in moderatione filiorum Israël. De quibus Numerorum undecimo: Congrega mihi septuaginta uiros de senioribus Israël, quos tu nosti, quod senes populi sint ac magistri. Et subditur: Auferam de spiritu tuo, tradamque eis ut sustentent tecum onus populi. Et licet codices Græci solum habeant septuaginta, *εβδομικοντα*: Latini tamen etiam antiquissimi habent septuagintaduos, quod mysterium continere uidetur: quod ubi septuaginta illi spiritu impleti sunt, Heldad & Medad, qui descripti fuerant, sed non ascenderant, spiritu dei repleti fuerunt in castris, & prophetauerunt cum septuaginta. Et quid, si hi Paulum & Barnabam figurabant? Et misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem, & locum quò erat ipse uenturus, ut sanarent languores, & infirmitates curarent: ut cum uenisset, non occuparetur in sanitatibus corporum instaurandis: sed in uerbo uitæ tradendo ad salutem animarum, & ut præparati per discipulos, & beneficijs allekti, promptius doctrinam magistri in suam salutem reciperēt. Et quod hic dominus dicebat discipulis: Messis quidem multa, operarij autem pauci: Rogate ergo dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. simile dixerat antequam misisset duodecim apostolos primos, ut habet Matthæus capite nono, numero octuagesimo sexto. Et talia his dat præcepta, qualia dedit duodecim: quæ ponit Matthæus capite decimo, numero 90. Subiungit & Lucas deplorationem, & cum dolore comminationem trium ciuitatum Galilææ, in quibus dominus plurimas operatus fuerat uirtutes, dicens. **¶** Væ tibi Chorozaïm, uæ tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sidone factæ fuissent uirtutes, quæ factæ sunt in uobis: oli in cilicio & cinere sedētes pœniterēt. Veruntamē Tyro & Sidoni remissius erit in iudicio, quam uobis. Et tu Capharnaum usq; ad cœlū exaltata, usque ad infernū demergēris. **¶** Et hæc dolentis animi exclamationem, hanc ad pœnitentiā summa benignitate uocantis comminationem, hanc saluādi causa increpationem, posuit Matthæus capite undecimo, numero 110. Neque hic adiicit Lucas. Vnde fit, ut ad sequentiā properandū sit. Subiungit ergo Lucas, quam acceptū sit deo recipere à se missos, quamq; formidandum illos aspernari, dicens. **¶** Qui uos audit, me audit: & qui uos spernit, me spernit: qui autem

Nume. 11.

90

91

qui autem

qui autem me spernit, spernit eum qui misit me. **C**li audiunt, qui credunt: Credunt,  
 qui obediunt, auditaq; opere complent. At ij non audiunt, qui opposita faciunt. Ideo  
 & sermonem, & eos qui ad se sermonem habent, spernunt. Verum dum id faciunt,  
 non solum eos qui loquuntur spernunt, sed & dominum, qui misit eos, & patrem  
 æternum, qui misit ad nos quidem saluandos proprium filium. Nam si qui legatos  
 filij cuiusdam potentis regis contemnerent: hi non solum legatos ipsos contemne-  
 rent, sed & filium regis, & regē ipsum: cuius rei & ultores essent: nimirum quia con-  
 tēpti essent in suis legatis, & magis quam ipsi: quia legati non suo, sed illorum nomi-  
 ne uenissent. Non nihil simile habet Matthæus capite decimo, numero 104. Mox  
 subiūgit regressum septuaginta discipulorum ex locis, ad quæ miserat eos dominus  
 binos, antequam ad illa proficisceretur, dicēs. **C**Reuersi sunt autē septuagintaduo 92  
 cum gaudio, dicentes: Domine, etiam dæmonia subiiciuntur nobis in nomine tuo.  
 Et ait illis: Videbam fatanam sicut fulgur de cœlo cadentem. Ecce dedi uobis pote-  
 statem calcandi supra serpentes & scorpiones, & super omnem uirtutem inimici, &  
 nihil uobis nocebit. Veruntamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus uobis subiiciun-  
 tur. Gaudete autem, quod nomina uestra scripta sunt in cœlis. In ipsa hora exultauit  
 in spiritu sancto, & dixit: Confitebor tibi domine pater cœli & terræ, quod abscon-  
 disti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Etiam pater, quoniam  
 sic placuit ante te. Omnia mihi tradita sunt à patre meo. Et nemo scit quis sit filius, nisi  
 si pater: & quis pater, nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. **C**Reuersi sunt ex locis  
 scilicet ad quæ missi fuerant, factis sanitatibus. Et maxime in hoc gaudebāt, quod dæ-  
 monia eijciebant in nomine eius: non enim illa ualebant uirtutem tantī nominis per-  
 ferre. Quibus ait, non solum dæmonia ipsis subiecta fuisse: sed etiam uirtute illa, & in  
 nomine illo fatanam repente de cœlo, id est hoc aère caliginoso, ruisse. Videbam (in-  
 quit) fatanam, sicut fulgur de cœlo cadentem, in nomine meo scilicet. In quo fractam  
 & illisam maligni potestati in hoc nomine demōstrat, in quo & dedit eis potestatem  
 subiiciendi sibi omnia dæmonia: quæ per serpentes & scorpiones intelliguntur: &  
 non solum subiiciendi, sed & omnem uirtutem, uim, conatumq; ad nocendum ini-  
 micæ potestatis infringendi. Veruntamen huiusce rei contemplatione, gaudio afflic-  
 ti non debebant, sed diuinæ bonitatis consyderatione, quæ dignata erat illos delige-  
 re, & numero sanctorum in libro uitæ æternæ adscribere. Et hoc ipso nos docuit do-  
 minus, cum gaudemus, non nos ipsos aut nobis inferiora attēdere debere, sed in deo  
 solo totum nostrum gaudium esse, qui uerè est id quod sunt omnia, omnis bonitas,  
 omnis uirtus, omnis potestas omnium, qui solus saluat, solus scribit ad uitam, cuius  
 uoluntas & electio, ratio est, & potissima quidem ratio totius numeri saluandorum.  
 Qui ergo cupit desyderabile lumen, oculum sursum erigat: & qui uerum gaudium,  
 mentem conuertat ad deum, & infusa contemplationis luce superbenignæ & su-  
 perbonæ totius diuinitatis clementiæ spirituale gaudium hauriat. Et cū **I E S V** omnia  
 um gratiarum largitore exultet in spiritu sancto, gratias agens per ipsum patri æter-  
 no, & confitens & agnoscens quod hæc intelligere, & uerè gaudere cōcesserit paru-  
 ulis, se ex sese insipientes, imprudentesq;, & nihil esse cognoscentibus, quæ sapien-  
 tibus & prudentibus huius seculi, qui se sapientes, qui prudentes, qui aliquid se esse  
 reputant, denegauit. Et quæ est horum causa? Dei utique uolūtas, ac beneplacitum.  
 Etiam (inquit) pater, quoniam sic placuit ante te. Et hoc interest inter mundane, & di-  
 uine sapientes ac prudentes, quod hi se insipientes & imprudentes agnoscunt & re-  
 putant nihil esse: illi autem & sapientes & prudentes haberi uolunt. Existimantq; se al-  
 quid esse, cum nihil sint, neq; ipsi, neque sapientia & prudentia eorū. Exultet præter-  
 rea in spiritu sancto, in hoc quod omnia tradita sunt à patre, **I E S V** spei nostræ. Qui ut  
 homo magis de illa ipsius plusq; admirabili benignitate confidat: uoluit ut deus dei

- filius fieret homo, cui data sunt omnia pro omnibus etiam infinitorum mundorum, si essent, aut futuri essent, hominibus. Et in hoc sit gaudium ipsius, immo nostrum omnium, quod homo in se habet omnia à deo, ut homini in homine: sed in homine deo sit spes omnis, omne bonum, & omne gaudium: qui à solo deo, ut est cognoscitur, et qui solus hominum, deum cognoscit, & ij quibus uoluerit diuinitatem, & fontanā patris, & suam & spiritus reuelare, id est manifestare. Cæterū quis est, qui non desyderaret uidere eū: cuius uisio & auditio, est beatitudo, est felicitas, & cōple-
- 93 » mentum omnium gaudiorū, quod innuit Lucas, cum subdit. ¶ Et cōuersus ad discipulos suos, dixit: Beati oculi qui uidēt, quæ uos uidetis. Dico enim uobis, quod multi prophetae, & reges uoluerunt uidere, quæ uos uidetis, & nō uiderūt: & audire quæ auditis, & nō audierūt. ¶ Discipuli dominū uidebāt, & audiebāt sensibilibiter: & hoc solum nequaquā erat uidere & audire, neq; adhuc beatificabat: alio qui scribæ & pharisæi aduersarij CHRISTI, beati. Verū discipuli nō modo sensu, sed etiā fide uidebāt, & audiebant dominum: & hoc erat uidere & audire, sed adhuc in ænigmate: & isto quoq; modo beatificabat, sed adhuc in spe, quo tamen modo multi prophetae & reges cupierunt eum uidere & audire. Quod si ænigma beatificabat, et prophetis & regibus imprimebat sui desyderiū, quā optabile nunc est uidere, & audire ipsum dominū in ipsa & gloriæ & maiestatis suæ ueritate: Quā beati qui uidebūt et audient, non amplius in spe, sed in uera iam specie, & secunda totius boni fructiōe: Et similē Lucæ hoc loco sermonem, habet Matthæus cap. undecimo, numero 111. Deinde subdit
- 94 » Lucas de legisperito, qui interrogauit dominū, dicens: ¶ Et ecce quidam legisperitus, surrexit tētans illum, & dicens: Magister, quid faciendo uitam æternā possidebo? At ille dixit ad eum: In lege quid scriptum est? quomodo legis? Ille autem dixit: Discipulus domini deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus uiribus tuis, & ex omni mente tua: & proximum tuum sicut teipsum. Dixitq; illi: Recte respondisti. Hoc fac & uiues. Ille autē uolens iustificare seipsum, dixit ad IESVM: Et quis est meus proximus? ¶ Hic legisperitus tētabat, quia sciebat quid esset faciendum. Et ideo ex eius respōsione, ostēdit ei dominus ipsum fuisse tentatorē: ut qui interrogaret, quod ex scripturis probē sciebat. quod dominus ostendit, cum ait illi: Recte respondisti. Hoc fac & uiues. At ille responsum CHRISTI, quod erat detectio captiosæ interrogationis suæ, in suam laudem & gloriā cōuertens, quod doctē respōdisset: & uolens amplius iustificare seipsum, id est uolens iustior & doctior uideri, interrogat dominum, quisnam suus esset proximus. Cui nihilominus benignissime respondit dominus, sed in parabola, quam subdit Lucas, dicens. ¶ Suspiciens autem
- 95 » IESVS, dixit: Homo quidam descendeat ab Hierusalem in Hiericho, & incidit in latrones, qui etiā despoliauerūt eum, & plagis impositis abierunt, semiuiuo relicto. Accidit autem ut sacerdos quidam descenderet eadem uia, & uiso illo, prateriuit. Similiter & leuita cum esset secus locum, & uideret eum, pertransijt. Samaritanus autem quidam iter faciens, uēnit secus eum, & uidens eum, misericordia motus est. Et appropians alligauit uulnera eius, infundens oleum & uinum, & imponens illum in iumentum suum, duxit in stabulum, & curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait: Curam illius habe, & quodcunque supererogaueris, ego cum rediero, reddam tibi. Quis horum trium uidetur tibi proximus fuisse illi, qui incidit in latrones? At ille dixit: Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi IESVS: Vade, & tu fac similiter. ¶ Locus ille in quo descendentes ab Hierusalem in Hiericho incidebant in latrones, ab Hieronymo in libello de locis Hebraicis, uocatur MAALEH ADOMIM, quem Græce ait dici ἀνάβασις πυγῆς, id est ascensum ruforum uel rubentium, propter sanguinem, qui illic crebro à latronibus funditur. Et est (inquit) confinium tribus Iudæ, & Benjamin descendentibus Hierichum,

Hierichum, ubi & castellum militum situm est ob auxilia uiatorum. Huius sanguina  
 rij & cruenti loci dominus quoque in parabola descendens Hierichum de Hiero-  
 solyma, recordatur. Hæc ille. Porrò quid est, Suscipiens autem IESVS: nisi excipiens  
 sermonem, & in uicem respondendi succedens? Et quid respondit? Parabolâ homi-  
 nis qui incidit in latrones, qui fuit primus parens noster, & deinceps genus huma-  
 num. Descendit ab Hierusalem in Hiericho: quia à paradiso terrestri deiectus in exi-  
 lium, in locum omnis mutabilitatis. Incidit in latrones, quia in demonia, damo-  
 num que suggestiones. Spoliauerunt eum, quia omnibus eum gratis priuauerunt.  
 Plagæ impositæ, sunt peccatorum uulnera. Relinquitur semiuuius: quia uitam cœle-  
 stem perdidit, & miseram traxit atque terrenam. Transijt illa uia sacerdos & leuita  
 quia omnis ordo & maiorum & minorum sanctorum, qui dominum præcesserant.  
 Et uiso eo pertransijt: quia nullus eorum sic faucium sanauit, sanare uel potuit. Sama-  
 ritanus quæ custodē interpretatur, qui iter faciens, uenit secus eū: dominus noster est,  
 uerus generis nostri & solus custos, qui de cœlis descendens, peregrinus inter nos fa-  
 ctus est. Qui misericordia motus, uulnera nostra doctrina uiuæ fidei alligauit, spe &  
 gratia unxit, & charitate imbuit. Imposuit nos in iumentum suum: quādo nos in hu-  
 manitate sua, quam pro nobis sumpsit, curandos suscepit. Duxit nos in stabulum, *εἰς*  
*παιδοχῆρον*, id est quorum uis susceptaculum: quādo nos ad ecclesiam suam omnium  
 susceptricem matrem uocauit, quæ claudit gregem domini, & ducit ad pascua spiri-  
 tus, & fluentia uitæ æternæ. Curam nostri egit, quādo nos fidem suam, fidei quæ sancta  
 dogmata edocuit. Et nō fatis est, quod per se curā nostri egerit: sed stabulario, & *τῷ*  
*παιδοχῆρι*, id est quorū uis susceptori, quæ est custos ouilis sui, nos cōmittit. Et altera die,  
 quæ est dies noua ueteri diei succedens, profert uicario suo duos denarios: quæ sunt  
 duo testamēta, ut nos illa curet doctrina. Et plenam illi pollicetur retributionē, quan-  
 do uenerit, in secundo scilicet suo aduentu, si quid ut recte ualeamus, superadiecerit:  
 quæ est merces, uita, & gloria æterna. Et interrogatus legisperitus, quis horum tri-  
 um Samaritanus ne, an leuita, an sacerdos uideretur illi, qui incidit in latrones,  
 fuisse proximus. Respondit, & recte quidem, quod is qui fecerat in illum misericor-  
 diam. Ergo CHRISTVS, qui omnibus fecit misericordiam, etiam secundum huma-  
 nitatem, omnibus uerè proximus est, & ab omnibus diligendus: non solum quan-  
 tum quisque se diligit, sed ab unoquoque supra seipsum, quanto ipse unus cunctis  
 hominibus, & non modo hominibus, sed etiam angelis omnibus præstantior, atque  
 melior est. Secundum uero diuinitatem, supra omnia diligendus, colendus, adoran-  
 dus. Quod si legisperitus intellexit, qui accesserat tentator: uerissime instructus & illu-  
 minatus quid faciendo uitam æternam possideret, discessit. Verum & hic insuper edo-  
 cemur, quod eos qui nobiscum misericordiam faciunt, & corporalem & spiritua-  
 lem, secundum nos diligere debeamus, & illos ducere nobis proximos: et qui magis,  
 magis: & qui maxime, maxime. Nunc subdit Lucas, quo pacto dominus in do-  
 mo Mariæ & Marthæ sibi hospitium delegerit, dicens. ¶ Factum est autem dum 96  
 irent, & ipse intrauit in quoddam castellum. Et mulier quædam, Martha no-  
 mine excepit illum in domum suam. Et huic erat soror, nomine Maria, quæ eti-  
 am sedens secus pedes domini, audiebat uerbum illius. Martha autem satage-  
 bat circa frequens ministerium. Quæ stetit, & ait: Domine, non est tibi curæ quod  
 soror mea reliquit me solam ministrare? Dic ergo illi, ut me adiuuet. Et respon-  
 dens, dixit illi dominus: Martha, Martha, sollicita es, & turbaris erga plurima.  
 Porrò unum est necessarium. Maria optimam partem elegit, quæ non aufe-  
 retur ab ea. ¶ Castellum, Mundum designat. Domus Marthæ, ecclesi-  
 am. CHRISTVS, diuinitatem. Maria, uitam exercentes contemplatiuam: Martha,  
 uitam transigentes actiuam. Qui in ocio contēplationis uiuunt, à solo deo pendere

dehant, sedentes secus pedes eius: quod stabilitatem, & profundam humilitatem designat: & uiuere ex omni uerbo, quod procedit de ore dei. Qui in negotio actionis, multum rebus terrenis occupati, impliciti, & distracti uiuunt: pijs tamen, ut sunt opera misericordiae, iustitiae, rei familiaris, honestae occupationis, & similia. Et istorum & illorum uita bona est: sed illorum, quam istorum melior. Ac dominus in utroque hospitio diuersatur. Illi, uni quod uere est, & quod aliter esse non potest, iugiter haerent & uniuntur, & audiunt in parabola sui, Vnum est necessarium, uno est opus, unius est necessitas. Maria optimam partem elegit, quae non auferetur ab ea. ubi per *την αγαθην μεριδα*, id est ipsam bonam partem, partem meliorem intelligimus: aut certe *αυταγαθην*, id est seipsa & absolute bonam: quae plus quam bona, immo plus quam optima est. Et quare non auferetur? Quia contemplatio in altera uita non finitur: est enim haec beatorum uita, quae nobis in hac uita incipit, & incrementum sumendo proficit: at nunquam in hac uita est perfecta, sed in altera consummatur. Actio uero in hac uita incepta progreditur, ac etiam terminatur. Qui autem in actione uiuunt, habent uarijs curis, & sollicitudinibus distrahuntur: & audiunt in figura sui, id est: Martha, Martha, sollicita es, & turbaris erga plurima: hoc est, tumultuaris circa multa. Quod Martha de Maria conqueritur: hoc indicat actiuos conqueri solitos de contemplatiuis, & illis propemodum indignari, quod in agendis sese non exerceant. Deus autem utraque uitam nouit, & probat meliorem. Porro hic quaeri solet, an Maria soror Martha, fuerit publica uel peccatrix. Ex euangelio non est facile intelligere illam fuisse peccatricem, sed puritatis & uitae angelicae affectatricem, contemplationis speculum, & uitae cum deo unitiuae, quae perfectissima est, specimen quoddam. Sentiat tamen quisque ut uelit: quod nobis uisum est, diximus, candido lectori suum relinquentes iudicium. Annuat igitur nobis CHRISTVS IESVS utriusque uitae hospes optimus, ut assistamus ei cum Maria, firma stabilitate cordis, & humilitate adhaerentes illi, & laudem & gloriam dantes. Quod si non possumus ad tam sublimia conscendere, saltem cum Martha in obsequijs piorum operum illi placeamus: nam est per quem patrem omnium, patrem caelestem & deum consolationum cognoscimus, quem per ipsum, & cum ipso in spiritu sancto decet in omni uita laus omnis, & honor, & gloria in perennia, & plus quam perennia seculorum secula. Amen.

## CAPVT VNDECIMUM.

97



Factum est cum esset in quodam loco orans, ut cessauit, dixit unus ex discipulis eius ad eum: Domine, doce nos orare, sicut docuit Ioannes discipulos suos. Et ait illis: Cum oratis, dicite: Pater, sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis peccata nostra: siquidem & nos dimittimus omni debenti nobis. Et ne nos inducas in tentationem. Et ait ad illos: Quis uestrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi: Amice, comoda mihi tres panes, quonia amicus meus uenit de uia ad me, & non habeo quod ponam ante illum. & ille deinde respondens dicat: Noli mihi molestus esse: iam ostium clausum est, et pueri mei mecum sunt in cubili, non possum surgere & dare tibi. Et si ille perseverauerit pulsans: dico uobis, etsi non dabit illi surgens, eo quod amicus eius sit: propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios. Et ego dico uobis: Petite, & dabitur uobis: quante, &

15 te, & inuenietis: pulsate, & aperietur uobis. Omnis enī qui petit, accipit:  
 & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. ¶ Quis autē ex uobis patrē pe- 99  
 tet panē, nunquid lapidē dabit illi? Aut piscē, nunquid pro pisce serpētem  
 dabit illi? Aut si petierit ouū, nunquid porriget illi scorpionē? Si ergo uos  
 cū sitis mali, nostis bona data dare filiis uestris, quanto magis pater uester  
 20 cœlestis de cœlo dabit spiritū bonum petentibus se? ¶ Et erat eiiciens dæmo- 100  
 nium, & illud erat mutū. Et cum eiecisset dæmonium, locutus est mutus, &  
 admiratæ sunt turbæ. Quidam autem ex eis dixerunt: In Beelzebub prin-  
 cipe dæmoniorū eiicit dæmonia. Et alii tentantes, signum de cœlo quære-  
 bant ab eo. Ipse autem ut uidit cogitationes eorū, dixit eis: Omne regnum  
 25 in se diuisum, desolabitur, & domus supra domum cadet. Si autem & Sata-  
 nas in seipsū diuisus est, quomodo stabit regnū eius: quia dicitis in Beelze-  
 bub me eiicere dæmonia? Si autē ego in Beelzebub eiicio dæmonia, filii ue-  
 stri in quo eiiciūt? Ideo ipsi iudices uestri erunt. Porrò si in digito dei eiicio  
 dæmonia, profecto peruēnit in uos regnū dei. ¶ Cū fortis armatus custodit 101  
 30 atrium suum, in pace sunt ea quæ possidet. Si autē fortior illo superueniens  
 uicerit eum, uniuersa arma eius auferet in quibus confidebat, & spolia eius  
 distribuet. Qui non est mecum, contra me est: & qui nō colligit mecum, di-  
 spergit. Cū immūdus spiritus exierit de homine, perambulat per loca ina-  
 quosa, quærens requiē. Et non inueniens, dicit: Reuertar in domū meā un-  
 35 de exiui. Et cum uenerit, inuenit eam scopis mundatā. Tunc uadit, & assu-  
 mit septē alios spiritus secum nequiores se, & ingressi habitāt ibi. Et fiūt no-  
 uissima hominis illius, peiora prioribus. ¶ Factam est autem cum hæc di-  
 ceret, extollens uocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus uēter qui  
 te portauit, et ubera quæ suxisti. At ille dixit: Quinimmo, beati qui audiūt  
 40 uerbum dei, & custodiūt illud. ¶ Turbis autē concurrētibus, cœpit dicere: 102  
 Generatio hæc, generatio nequam est. Signum quærit, & signū nō dabitur  
 ei, nisi signum Ionæ. Nam sicut fuit Ionas signum Niniuitis, ita erit & fili-  
 us hominis generationi isti. Regina austri surget in iudicio cum uiris gene-  
 rationis huius, & cōdemnabit illos: quia uēnit à finibus terræ audire sapien-  
 45 tiam Salomonis: & ecce plusquā Salomon hic. Viri Niniuitæ surgēt, in iudi-  
 cio cum generatione hac, & condemnabunt illam: quia pœnitentiā egerūt  
 in prædicatiōe Ionæ, & ecce plusquā Iona hic. ¶ Nemo lucernam accēdit, 103  
 & in abscondito ponit, neque sub modio, sed supra candelabrum: ut qui  
 ingrediuntur, lumen uideant. Lucerna corporis tui, est oculus tuus. Si ocu-  
 50 lus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit: si autem nequam  
 fuerit, etiam corpus tuum tenebrosū erit. Vide ergo ne lumen quod in te  
 est, tenebræ sint. Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens  
 aliquam partē tenebrarum, erit lucidum totū, & sicut lucerna fulgoris illu-  
 minabit te. ¶ Et cum loqueretur, rogauit illum quidā Phariseus ut præde- 104  
 55 ret apud se. IESVS autē ingressus, recubuit. Phariseus autē cœpit intra se  
 R

reputās dicere, quare non baptizatus esset ante prandiū. Et ait dominus ad illum: Nunc uos pharisæi, quod deforis est calicis et catini mundatis: quod autem intus est uestrū, plenum est rapina & iniquitate. Stulti, nōne qui fecit quod deforis est, etiam id quod deintus est, fecit? Veruntamen quod superest, date eleemosynā, & ecce omnia mūda sunt uobis. Sed uæ uobis pharisæis, qui decimatis mētā & rutā & omne olus, & præteritis iudicium, & charitatem dei. Hæc autē oportuit facere, & illa non omittere. Væ uobis pharisæis, qui diligitis primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro. Væ uobis, quia estis ut monumēta, quæ non parent, & homines ambulantes supra, nesciunt. Respondens autem quidā ex legisperitis, ait illi: Magister, hæc dicens etiam contumeliam nobis facis. At ille ait: Et uobis legisperitis uæ: quia oneratis homines oneribus, quæ portare non possunt, & ipsi uno digito uestro nō tāgitis sarcinas. Væ uobis qui ædificatis monumēta prophetarum, patres autē uestri occiderunt illos. Profecto testificamini, quod cōsentitis operibus patrū uestrorū, quoniā quidē ipsi eos occiderūt: uos autem ædificatis eorum sepulchra. Propterea & sapiētia dei dixit: Mittam ad illos prophetas & apostolos, & ex illis occident, & persequentur: ut inquiratur sanguis omniū prophetarū, qui effusus est à constitutione mundi à generatiōe ista, à sanguine Abel usq; ad sanguinē Zachariæ, qui periit inter altare & ædem. Ita dico uobis, requiretur ab hac generatione. Væ uobis legisperitis, qui tulistis clauē scientiæ: ipsi non introistis, & eos qui introibant, prohibuistis. Cum autem hæc ad illos diceret, cœperunt pharisæi & legisperiti grauer insistere, & os eius opprimere de multis, insidiātes ei, & quærentes aliquid capere ex ore eius, ut accusarent eum.

ANNOTATIONES BREUES XLVI. CIRCA LITERAM CAP. XI.

2	sicut * &	à malo.	& infra.
4	regnum tuum,	amicus – meus	19 data
	* γεννηθῆτω τὸ θέλημα σου ὡς ἐν οὐρον ἢ ἐπὶ τῆς γῆς	11 dare tibi? – Et ille si p̄seuerauerit pulsans,	δόματα
	fiat uoluntas tua	13 improbitatem	19 filijs
	sicut in cœlo & i terra,	την ἀναίδειαν	τοῖς τέκνοις
5	quotidianum	impudentiam,	liberis
	τὸν ἐπιούσιον	inuerecundiam	19 pater – uester
5	hodie,	13 habet necessarios.	20 cœlestis,
	τὸ καὶ ἡμέρας	χρῆζει	– de cœlo
	quotidie	16 Quis	20 bonum
6	siquidem & nos	τίνα	ἅγιον
	Ἐγὼ αὐτοὶ	Quem	sanctum
	quia & ipsi	accusatiuus.	21 cum eiecisset
7	tentationem,	16 petet * ὁ υἱὸς filius	ἐξελεθόντος
	* ἀλλὰ εἶσαί ὑμᾶς	17 dabit	24 cum exisset
	ἀπὸ τοῦ πονηροῦ	ἐπιδώσει	ut uidit
	sed libera nos	porriget	εἰδὼς
			ut sciuit
			25 desolabitur.

25	desolabitur, ἐρημοῦται	49	plusquam Ionas	62	Hæc – autem
	præfens.	49	est oculus – tuus.	63	primas cathedras
25	supra ἐπι		Si oculus		τῆρ πρῶτοκαθεδρείαρ
	super		ὅταν οὐρ ὁ ὀφθαλμός		præfidentiam
	& infra.	50	Quādo igitur oculus	63	foro.
	cadet.	50	simplex, * C &		ταῖς ἀγοραῖς
25	πίπτει	50	si autem	64	plurale.
	præfens.		ἐπαρ δὲ		Væ uobis
29	peruenit in uos	53	postquā autem		* γραμματεῖς C φαρῖ
	ἐφθαση ἐφ' ὑμᾶς		tenebrarum		σαῖοι ὑποκριταί
	præuenit ad uos	53	tenebrosam		scribæ & pharisæi
31	auferet		& sicut lucerna	64	hypocritæ,
	αἶρε		fulgoris illuminabit te.		parent,
	præfens.		ὡς ὅταν ὁ λύχνος	67	apparent
32	distribuet.		τῆ ἀστραπῆ φωτίσει		q̄ portare nō possunt,
	διαδίδοσιν		ut quum lucerna		δυσβάστακτα
	præfens.		fulgore illuminat te	68	difficilia portatu
35	inuenit – eam	55	apud se – IESVS		tangitis
35	mundatam	55	autem ingressus,		προσφάνετε
	* C κεκοσμημένον	55	ingressus autem	70	attingitis
	& ornatam.		cœpit intra se reputās di		quod consentitis
36	spiritus		cere quare nō baptiza		C συνενδοκῆτε
	– secum		ἰδὼν ἐθαύμασεν (tus est 70		& comprobatis
36	nequiores		ὅτι οὐ πρῶτον ἐβαπτίσθη		quidem ipsi
	πονηρότεροι		cū uídisset admirat⁹ est		αὐτοὶ μὲρ
	maligniores	57	quā nō prius lotus esset 73		ipsi quidem
	& infra.		catini		inquiritur
37	prioribus.	58	τοῦ πίνακος		ἐκζητηθῆ
	τῶν πρώτων		uestrum,	73	requiritur
	primis	58	uestri		effusus est
38	dixit – illi.		iniquitate		τὸ ἐκχυνόμενον
40	concurrentibus		πονηρίας	75	præfens.
	ἐπαθροισμένων	58	malignitate		Ita
	conglobatis		Stulti,	77	ναί
41	hæc, – generatio		ἄφρονες		legisperiti
44	audire	59	imprudentes		οἱ γραμματεῖς
	ut audiret		quod superest,		scribæ
45	hic,		τὰ ἐνόντα	78	os eius opprimere
	ἡδὲ	61	quæ adsunt		ἀποσοματίζων αὐτόν
	aduerbium		quī decimatis		os eius tentare,
	& infra.		ὅτι ἀποδεκατοῦτε		percontari eum
47	plusquam Iona		quīa decimatis	79	capere
			& infra		θηρεῦσαι
					uenari

## COMMENTARIUS IN CAPVT VNDECIMVM.



Off horum duorum uiuendi modorum figuras, subdit Lucas quo pa- 97  
cto dominus suos orare docuit, dicens. C Et factum est cum esset in  
quodam loco orans, ut cessauit, dixit unus ex discipulis eius ad eum:  
Domine, doce nos orare, sicut docuit Ioannes discipulos suos. Et ait il-

98 » **lis:** Cūm oratis, dicite: Pater, sanctificetur nomen tuum, Adueniat regnum tuum. Pa-  
 » nem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis peccata nostra: siquidē  
 » & nos dimittimus omni debenti nobis. Et ne nos inducas in tentationem. ¶ Quāuis  
 orare sit utrique uitæ commune, magis tamen contemplatrici hæret. Et ita dominus  
 ad eam uitam, quam probauit in Mariā, hic orās instituebat discipulos, & se formam  
 ac ideam illius uitæ faciebat. Ioannes docebat suos discipulos orare: sed ut seruos, nō  
 ut filios. Dominus autem suos non ut seruos, sed ut liberos: qua libertate nos libe-  
 rauit in adoptionem filiorum dei: ut audeamus in ipso, & per ipsum statim in princi-  
 pio orationis nostræ deum appellare patrem nostrum, ut maxima sit futuræ exaudi-  
 tionis (si recte ac decenter oremus) fiducia. Et hæc orandi forma, in paucis differt ab  
 ea quæ est Matthæi cap. 6. numero quinquagesimo primo, & deinceps. Et subdit Lu-  
 cas similitudinem, qua dominus & perseuerantiam orationis suadet, & exauditio-  
 nis fiduciam ingerit, dicens. ¶ Et ait ad illos: Quis uestrum habebit amicum, & ibit  
 ad illum media nocte, & dicet illi: Amice, commoda mihi tres panes, quoniam amis-  
 cus meus uenit de uia ad me, & non habeo quod ponam ante illum. & ille deintus re-  
 spondens dicat: Noli mihi molestus esse: iam ostium clausum est, & pueri mei mecū  
 sunt in cubili, non possum surgere, & dare tibi. Et si ille perseuerauerit pulsans, dico  
 uobis, etsi non dabit illi surgens, eo quod amicus eius sit: propter improbitatem ta-  
 men eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios. Et ego dico uobis: Peti-  
 te, & dabitur uobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur uobis. Omnis enim  
 qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. ¶ De amico secun-  
 dum carnem, proponitur hæc parabola. Ad quem amicus uenit media nocte, id est  
 hora intēpestiua, requirens accomodato tres materiales panes, quibus alitur corpus,  
 ut apponat alteri amico, qui illa hora superuenit. Qui negat id posse, quia sit in cu-  
 bili & pueruli ipsius cum eo. At si ille perseuerauerit pulsans: tandem ipse importu-  
 nitate illius uictus surget, & dabit illi panes quotquot habuerit opus. Quod si non  
 ob amicitiam: ad uitandum tamen fastidiū id faciet. De amico igitur temporali, ad eū  
 qui amat omnia, & nihil odit eorū quæ fecit, cōuertamus parabolā. Si quis ad ipsum  
 uadat petens tres, non materiales, sed spirituales panes, quibus anima uiuit (fide siqui-  
 dem uiuit, spe, id est plena in deo fiducia, & charitate) nunquid is dicet, Noli mihi  
 molestus esse: qui dicit, Petite & dabitur uobis: Nunquid dicet, iam ostium clausum  
 est, & pueruli mei mecum sunt in cubili, non possum surgere: qui non dormit, ne-  
 que dormitat, & qui dicit: Quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur uobis: Nequa  
 quam sanè, sed dabit: quia ille est qui solus maxime potest, & maxime amat animas,  
 & cui nullæ preces possunt esse importunæ, neque quisquam molestus precando:  
 est enim quem solum omnis oratio & adoratio decet, immo quem nunquam fatis,  
 aut oramus, aut adoramus: & ideo amat orationis perseuerantiam, nec fastidit eam,  
 sed maxime quam ipse docuit, ut scriptum est: Eructabunt labia mea hymnum, cum  
 docueris me iustificationes tuas. Ergo oremus, & cum fiducia, & persistamus in  
 oratione: id quod ad omnem uitam, sed maxime ad eam, quæ in sancto uersatur o-  
 cio, pertinet. Aliam hic similitudinem (aperiente Luca) proponit dominus, dicens.  
 99 » ¶ Quis autem ex uobis patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi: Aut piscē,  
 » nunquid pro pisce serpentem dabit illi: Aut si petierit ouum, nunquid porriget illi  
 » scorpionem: Si ergo uos cum sitis mali, nostis bona data dare filiis uestris, quanto  
 » magis pater uester cœlestis, de cœlo dabit spiritum bonum petentibus se: ¶ Pa-  
 nis, uires solidat: piscis carnes nutrit, & ouum sanguinem augmentat. Vires & ro-  
 bur, in ossibus: Sensus, in carnibus: Vita, in sanguine. Petenti ergo à carnali pa-  
 tre panem, nunquam illi porrigit lapidē, qui ne quicquam corrosus, uires nunquam  
 instaurare potest. Petenti piscem, nunquam porrigit serpentem, id est colubrum, qui  
 etiam eius

etiam esus, carnes sanas non nutrit, sed tabefacit. Petenti in super ouum, nepam non porrigit, id est scorpionem, qui totum sanguinem repente uenenat ac inficit. Conuertamus ergo parabolam ad patrem spirituum, à quo si petamus spiritualē panem, quo omnes animæ corroborantur uires: nunquid dabit indurationem, & cor lapideum? Si petamus piscem spiritualem, gratiam spirituali panī superuenientē, aut ipsum comitantem: nunquid dabit nobis furorem, & animi perturbationem? Si petamus spirituale ouum uiuificationi proximum, perfectam scilicet charitatem, in qua proxime uita consistit: nunquid dabit nobis mortale odium? Nequaquam, cum non solum sit pater, sed & omnium summè bonus, & super omne bonum, & ineffabiliter bonus pater. Si ergo patres qui mali sunt, nunquam illa facerent filijs suis secundum carnem: quanto minus ille qui supra modum, & plusquam summè bonus est filijs suis secundū spiritū, qui idem est pater & cōditor carnis & spiritus? Ergo omni fiducia petamus à patre cœlesti, omne quod spiritum solidat, quod solidato superueniens ipsum comit & ornat, quod denique ipsum uiuificat: quia hæc oratio deo grata est, qui magis uult sine ulla proportionē spiritum bonum petētibus à se fidelibus suis dare, quam terrenus pater bonum corporis alimentum petentibus à se filijs suis. Mox subdit Lucas eiectionem demonij muti: quod typus eorum est, qui deum neque orare, neque laudare norunt, dicens. ¶ Et erat eijciēs dæmonium, & illud erat mutum. 100

¶ Et cum eiecisset dæmonium, locutus est mutus, & admiratæ sunt turbæ. Quidam autem ex eis dixerunt: In Beelzebub principe dæmoniorum, eijcit dæmonia. Et alij tentantes, signum de cœlo quærebant ab eo. Ipse autem ut uidit cogitationes eorum, dixit eis: Omne regnum in se diuisum, desolabitur: & domus supra domum cadet. Si autem & satanas in seipsum diuisus est: quomodo stabit regnum eius, quia dicitis in Beelzebub me eijcere dæmonia? Si autem ego in Beelzebub eijcio dæmonia, filij uestri in quo eijciūt: Ideo ipsi iudices uestri erunt. Porro si in digito dei eijcio dæmonia, profecto peruēnit in uos regnum dei. ¶ Simile signum ponit Matthæus capite nono, numero octogesimo quarto. Sed & quod magis ad hoc pertinere uidetur, capite duodecimo, numero centesimo decimo octauo, ubi & ille subdit responsionem domini ad blasphemias cogitationes eorum, quæ & hic ponitur. Et subdit hic Lucas dominum dixisse. ¶ Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quæ possidet. Si autem fortior eo superueniens uicerit eum, uniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat, & spolia eius distribuēt. Qui nō est mecum, contra me est: & qui non colligit mecum, dispergit. Cum immundus spiritus exierit de homine, ambulat per loca inaquosa, quærēs requiem, & non inueniens, dicit: Reuertar in domum meam unde exiui. Et cum uenerit, inuenit eam scopis mundatam. Tunc uadit, & assumit septem alios spiritus secum nequiores se: & ingressi habitant ibi. Et fiunt nouissima hominis illius, peiora prioribus. ¶ Fortis armatus, diabolus. Atrium eius, anima possessa. Pax est diabolo, cum ei non infertur bellum: sed non est pax animæ, cui iuge infertur flagellū. Fortior superueniēs, CHRISTVS dominus. Vincit fortem armatum, cum ab homine uicijcit, extrudit, expellit diabolus. Uniuersa arma eius auferit, cū omnes nocendi uires eius elidit, potestatem tentandi, suggerendi mala, & ad ea incitandi: hæc enim sunt arma eius. Spolia eius distribuēt: cū animas à faucibus crudelitissimi prædonis ereptas, deo restituit. CHRISTVS colligit: quia omnia ad unum, quod solum est necessarium, qui ipse deus est, unit: & nullus est cum eo, qui hoc non faciat: sed est aduersarius eius, qui à deo separat, & ad multitudinem dispergit atque diffundit. Immundus spiritus, idem qui & fortis armatus. Exit ab homine: cum aut desistit à tentatione, aut eiectus desinit occupare. Ambulat per loca inaquosa, cum offendit fortes animas & minime molles, sed suis tentationum conatibus, suggestionūq;

machinis, & inflammatis concupiscentijs uiriliter resistentes. Non inuenit requiem: quia quies & pax eius (quæ non est pax, sed quid bello funestius) est cum uicit, & atrium suum nullo sibi reluctante possidet. Vult redire in domum unde exijt: qui animã, in qua prius uicta, mansionem habuerat, repetit. Quam inuenit scopis mundatã, cum legis purificationibus expiata fuerit, gratia CHRISTI adiuta, nouis'que charismatibus adornata: quam diffidit tunc malignus per se posse prioribus tentationibus illaqueare. Ideo confugit ad alios spiritus nequiores se, & assumptis septem spiritibus, qui septiformis spiritus præsidia expugnent, aggreditur eam. Quæ si uicta fuerit, habitabit ibi, aut per peccati possessionem, aut per occupationem, terrificam'que uexationem. Estq; nouissimus status hominis illius deterior, difficilius'que reducibilis ad salutem, priore. Et hæc quoque tractauit Matthæus capite duodecimo, numero centesimo uigesimo quarto. Vbi uero dominus hæc locutus est contra blasphemias illorum, qui sanctum dei blasphemauerant: prorupit quædã mulier in eius benedictionem, ut subdit Lucas, dicens. ¶ Factum est autem cum hæc diceret, extollēs uocem

102

» quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus uenter qui te portauit, & ubera quæ suxisti. At ille dixit: Quinimmo, beati qui audiunt uerbū dei, & custodiunt illud. ¶ Beatus (inquit) uenter qui te portauit, & ubera quæ suxisti. Cum sic mater beatificatur, propter illum quem portauit & quem lactauit, beatificatur: quare magis ille, & merito quidem, quàm ipsa beatificatur: uterque tamen beatificatur. Voluitq; hic dominus matrem suam publica uoce beatificari, & id responsione sua confirmare: cum ea prima sit, & maxime omnium uerbum dei audientiū, & custodientium illud, & ideo audientium & custodientium beatissima: sed & insuper quia dei uerbum, deo consubstantiale, & coæternum genitori genitum, in suo uirgineo utero portauit, & uirginis uberibus lactauit, omnes alias matres beatitudine antecedit. Respondit autem dominus: Quinimmo, siue μενοῦνγε, τουτέσι μᾶλλον μεροῦν, id est, potius igit: quo uerbo beatitudinem illius testatur. Nam hoc totum perinde est ac si dixisset: Beatus quidem uenter ille, & beata uiscera: sed potius beati qui audiunt uerbum dei, & custodiunt illud. A qua etiam beatitudine non excluditur, sed maxime & insignissime comprehenditur. Nam etsi beata quod CHRISTVM in suo uirgineo utero gestauerit, & sacro lacte pauerit: beator tamē in hoc quod audiuit uerbum dei, et custodiuit illud: imò qd' semper audit & custodit, nã in utero portare & uberibus lactare, carnale est: audire autē uerbum dei & custodire, spirituale: beatius autem quod spiritum respicit, quàm quod carnem. nam carni nulla beatitudo aduenire potest ut caro est, nisi ratione spiritus. Vnde cognoscimus, & plus spiritui quàm carni tribuendum esse, & eminentiam excellentiamq; audiendi uerbi dei, & illius custodiendi magnam esse, ut auerentur omnes ad attentam auditionem eius, & firmam custodiam. Deinde subdit Lucas, quod Scribis & Phariseis signum se pollicetur daturum dominus, dicens.

103

» ¶ Turbis autem concurrentibus, coepit dicere: Generatio hæc, generatio nequam est. Signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophætæ. Nam sicut fuit Ionas signum Niniuitis, ita erit & filius hominis generationi isti. Regina Austri surget in iudicio cum uiris generationis huius, & condemnabit illos: quia uenit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis: & ecce plus quàm Salomon hic. Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt illam, quia poenitentiam egerunt in prædicatione Ionæ: & ecce plus quàm Ionas hic. ¶ Generatio quam dominus nequam appellat, & quæ signum quærebat, scribarum erat & phariseorum. Quod ex Matthæo capite duodecimo, numero centesimo uigesimo secundo, ubi consimilia ijs quæ hic à Luca tractantur, cognoscitur. Ionas fuit signum Niniuitis: quod nisi crederent, acquiescerent'que prædicationi ipsius, & à præterita con

uersatione

uersatione resipiscerent, post quadraginta dies essent subuertendi: sic & CHRISTVS  
 incredulis Iudæis signum fuit. Nam quia non resipuerunt, poenitentiam ue egerunt  
 ut Niniuitæ, post quadraginta dies annorum, diuina ultioe à Romanis subuerſi sunt.  
 Sed & signum Ionæ in cetum ingredientis, & tertia die egredientis, uerissimum il-  
 lis in CHRISTI dormitione, & descensu ad inferos, & tertia die resurrectione fuit si-  
 gnum. Et hoc signum præcessit ipsorum subuersionem: sicut eiectione Ionæ è uentre  
 ceti, subuersionis post quadraginta dies, comminationem. Et omnia, ut in Mat-  
 thæo capite & numero præactis ac sequenti, sunt intelligenda. Deinde subdit Lu-  
 cas parabolam de lucerna, quam sic elocutus est dominus. ¶ Nemo lucernam ac- 104  
 cendit & in abscondito ponit, neque sub modio, sed supra candelabrum, ut qui ingre-  
 diuntur, lumen uideant. Lucerna corporis tui, est oculus tuus. Si oculus tuus fue-  
 rit simplex, totum corpus tuum lucidum erit: si autem nequam fuerit, etiam corpus  
 tuum tenebrosum erit. Vide ergo ne lumen quod in te est, tenebræ sint. Si ergo cor-  
 pus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lu-  
 cidum totum, & sicut lucerna fulgoris illuminabit te. ¶ Qui accendit lucer-  
 nam, ipse dominus est. Mens, lucerna. Lumen, cœlestis doctrina. Quæ ponitur su-  
 per candelabrum, quando prodit in apertum ad illuminationem aliorum. Sub mo-  
 dio uero poneretur, si sine usu contineretur. Oculus simplex, mens simplex, colum-  
 bina, & mali nescia. Oculus nequã, mens uersipellis, uulpina, lupina, & omnis ma-  
 li dolique conscia. Lumen, oculi nequam, prudentia mundi, doctrina hominum. Et hæc  
 sunt tenebræ, quæ animam & corpus totum reddunt tenebrosum. Et his similia po-  
 nit Matthæus cap. sexto, numero quinquagesimo septimo. Subiungit Lucas de pha-  
 risæo qui inuitauit dominum ad conuiuium, dicens. ¶ Et cum loqueretur, roga- 105  
 uit illum quidam pharisæus, ut pranderet apud se. IESVS autem ingressus, recuba-  
 it. Pharisæus autem coepit intra se reputans dicere, quare non baptizatus esset ante  
 prandium. Et ait dominus ad illum: Nunc uos pharisæi quod deforis est calicis, &  
 catini mundatis: quod autem intus est uestrum, plenum est rapina & iniquitate. Stul-  
 te, nõne qui fecit quod deforis est, etiam id quod deintus est, fecit? Veruntamen  
 quod superest date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt uobis. Sed uæ uobis  
 pharisæis, qui decimatis mentã & rutam, & omne olus, & præteritis iudicium & cha-  
 ritatem dei. Hæc autem oportuit facere, & illa non omittere. Væ uobis pharisæis,  
 qui diligitis primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro. Væ uobis, quia  
 estis ut monumenta quæ non parent, & homines ambulantes supra, nesciunt. Re-  
 spondens autem quidam ex legisperitis, ait illi: Magister, hæc dicens etiam contume-  
 liam nobis facis. At ille ait: Et uobis legisperitis uæ, quia oneratis homines oneribus,  
 quæ portari non possunt, & ipsi uno digito uestro non tangitis farcinas. Væ uobis,  
 qui ædificatis monumenta prophetarum: patres autem uestri occiderunt illos. Pro-  
 fecto testificamini, quod consentitis operibus patrum uestrorum, quoniam quidem  
 ipsi eos occiderunt: uos autem ædificatis eorum sepulchra. Propterea & sapiëntia dei  
 dixit: Mittam ad illos prophetas & apostolos, & ex illis occident & persequentur, ut  
 inquiratur sanguis omnium prophetarum, qui effusus est à constitutione mudi, à ge-  
 neratione ista, à sanguine Abel usque ad sanguinem Zachariæ, qui periit inter alta-  
 re & ædem. Ita dico uobis, requiretur ab hac generatione. Væ uobis legisperitis  
 qui tulistis clauem scientiæ, ipsi non introistis: & eos qui introibãt, prohibuistis. Cum  
 autem hæc ad illos diceret, coeperunt pharisæi & legisperiti grauiter insistere, & os  
 eius opprimere de multis, insidiantes ei: & quærentes aliquid capere de ore eius, ut  
 accusarent eum. ¶ Cum loqueretur, ἐρ δὲ τῷ λαλῆσαι, id est cum autem locutus es-  
 set: non enim interrupit sermonem domini pharisæus. Qui postea miratus est intra

se, quare dominus non lauisset more pharisæorum antequam prandendi gratia accubisset. Hoc autem fecit dominus, ut stultitiam ipsorum argueret, & pharisæa ea reprehenderet dogmata: qui peccatum ducebant, si quis accumberet illotus, si quis cibum ex uase non prius loto sumeret, aut potum ex illoto calice. Hæc pharisæica doctrina, hæc constitutiones hominum, quæ deo non placent. Hæc terrena sapientia, quæ à filiis suis iustificatur, & à deo reprobatur. At hæc unica est sapientia uera, ea facere quæ deus mandat, & humana diuinis non addere: quæ addita, nihil perfectionis addunt, sed potius, ut aqua uino meracissimo adiecta, imperficiunt. Et ideo consulto non lauit prius dominus: ut ostenderet in lege dei institutiones humanas esse nihilipendendas, etsi speciem honestatis præ se ferant: quare etiam & quæ speciem pietatis, deuotionis, ac religionis alterius, quàm quæ per uerbum dei posita sit. Et ait ad illum dominus: Nunc uos pharisæi quod deforis est calicis & catini mundatis: quod autem intus est uestrum, plenum est rapina & iniquitate, id est malignitate: quia rapina & uersutia, penuaria sua augebant, unde calices & catinos ad bibendum & edendum complerent. Idem habet Matthæus capite uigesimotertio, numero ducentesimodecimonono. Adijcit dominus: Stulti, nonne qui fecit quod deforis est, etiam id quod deintus est, fecit: id est: qui fecit corpus, fecit id quod in corpore est, hoc est animam: Quasi dicat, non est habenda ratio corporis solum, sed & animæ. At animam immundam faciunt rapina & malitia, quibus facultates male partæ sunt. Stultum est igitur lauare corpus, & habere quod externum est mundum: animam autem & quod internum est, & maxime preciosum, habere immundum. Cui morbo mederi uolens dominus, subiunxit: Veruntamen quod superest date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt uobis. *ωλιπτα εν οντα Δοτε ελεημοσυνην.* Veruntamen quæ adsunt, ex ijs quæ adsunt, ex facultatibus uestris, non alienis, date eleemosynam (quod maxime opponitur ei, quod est rapina & iniquitate alios suis frustrare bonis) & omnia exteriora tam lota, quàm illota, sunt uobis munda: nam si anima munda fuerit, & cætera munda sunt: quandoquidem exteriora, reddere nequeunt interiora immunda, dicente domino: Nihil est extra hominem introfens in eum, quod possit eum coinquinare: sed quæ de homine procedunt, illa sunt quæ coinquinant hominem. De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, & blasphemia. Hæc sunt quæ coinquinant hominem: Non lotis autem manibus manducare, non coinquinat hominem. Quod si id intelligatur sic, Ex ijs quæ adsunt quomodocunque partis, siue iure, siue iniuria, rapina, & iniquitate, date eleemosynam, & omnia munda sunt, delicta remissa sunt uobis: certè non ad præceptum, sed ad doctrinam pertinet pharisæicam, ac si diceretur: Veruntamen quod superest ex ijs quæ adsunt, & fortè calicū, & catinorum uestrorum reliquias, date eleemosynā, et opinione uestra, omnia munda sunt uobis: quod certè uerū non est. Quod subiungitur de decimatione rerum minutularum, id habet Matthæus capite etiam uigesimotertio, numero ducentesimo decimo octauo. Et in eos dicitur, qui in paruis conscientiam habent, in magnis autem non habent: excolantes quidem (iuxta uetus adagium) culicem, camelum autem glutientes. De ambitione autem pharisæorum circa præsentias & salutationes, loquitur Matthæus capite uigesimotertio, numero 213. Et additur: Væ uobis qui estis ut monumenta, quæ non apparent, & homines ambulantes supra, nesciunt. Ut monumenta sunt ad aliquam admonitionem posteritati: sic etiam pharisæi positi erāt: ut uita, exemplo, & doctrina alios admonerent, è quibus erāt scribæ & legisperiti: sed neq; præsentibus, neque posteris id exhibebāt. Et proinde erant ut monumenta quæ non apparent, id est potius pedibus

hominum

Marc. 7.  
Matth. 15.

hominū calcandi, quā aliqua cognitione, reputationēque digni. De increpatione, ratione impositionis onerū populo, tractat Matthæus capite uigesimaltertio, numero ducentesimo duodecimo. De ædificatione sepulchrorum prophetarum, tractat etiam Matthæus eodem cap. numero ducentesimo uigesimaltercio. Quod adijcitur, Propterea & sapientia dei dixit, id de ipso domino intelligitur, qui est sapientia dei quæ illa dixit: Quod & Matthæus aperte explicat capite uigesimaltertio, numero ducentesimo uigesimaltercio, inducens dominum dicentem: Ideo dico uobis: Ecce mitto ad uos prophetas, & sapientes, & scribas: & reliqua quæ hic Lucas prosequitur. Ad dicitur: Væ uobis legisperitis qui tulistis clauem scientiæ: ipsi non introistis, & eos qui introibant, prohibuistis. Clauis scientiæ, est intelligentia legis: quā ipsi tulerunt, aliam adijcetes: ac etiam prohibuerunt si qui uolebant ueram sequi legis intelligentiam, suorum placitorum, decretorum & sanctionum instituta sequi cogentes. Quamquam & CHRISTVS erat clauis scientiæ legis, & prophetarum, quem negabant: & ideo tollebant, neque ipsi ad eum uenerant, sed & uolentes ad ipsum intrare prohibebant. Et fortè harū maledictionum procella, multos multis temporibus ad nostra usq; inuoluit. Porro quid est, Cum hæc autē ad illos diceret, cœperunt pharisæi & legisperiti grauer insistere, & os eius opprimere? Nunquid ocludere & obturare potuerunt os eius? Minime, & si id pro uiribus tentauerint de multis insidiantes ei. Quid est ergo illud ἀποσοματιζερ, quod interpretes uertit, os opprimere? Hoc certe loco nihil aliud esse uidetur, quā percontari, & captiose interrogare: ut sic intelligamus: cœperunt grauer urgere & percontari eum de multis, quo possent coarguere eum aliquid aut contra deum, aut contra legem, aut etiam ueritatem dixisse. Et hoc indicat id quod sequitur, insidiātes ei, & quærētes aliquid capere de ore eius, ut accuserent eum. Si enim oclusissent ei os, nequaquā ulterius quæsiuissent aliquid capere ex ore eius, unde potuissent eum accusare: quod nequaquam potuere. Et quomodo ipsi sapientiæ quæ loquebatur, potuissent resistere: cum ne discipulis quidem potuerint? Dabo (inquit) uobis os & sapientiā, cui non poterunt resistere & contradice- LUC. 21.  
re omnes aduersarij uestri. Ergo soli sapienti deo, immortalī & inuisibili, patri & filio & spiritui sancto, unī potestati, unī diuinitati, sed trinæ beatitudini, honor, potestas, & gloria in seculorum secula. Amen.

## CAPVT DVODECIMVM.



**M**ultis autem turbis concurrentibus, ita ut se inuicem concul- 106  
carent, cœpit dicere ad discipulos suos: Attendite à fermento pharisæorum, quod est hypocrisis. ¶ Nihil enim opertū 107  
est, quod non reueletur: neq; absconditum, quod non scia-  
tur. Quoniam quæ in tenebris dixistis, in lumine dicentur: 108  
& quod in aure locuti estis in cubiculis, prædicabitur in tectis. ¶ Dico au-  
tem uobis amicis meis: Ne terreamini ab his qui occidunt corpus, & post 109  
hæc nō habēt amplius quid faciāt. Ostendā autem uobis quem timeatis. Timete eum qui post quā occiderit, habet potestatem mittere in gehennā. ¶  
Ita dico uobis, hunc timete. Nōne quinque passerēs uæneunt dipondio, & 110  
unus ex illis nō est in obliuione coram deo? Sed & capilli capitis uestri oēs numerati sunt: Nolite ergo timere, multis passeribus pluris estis uos. Dico autē uobis: omnis quicumq; confessus fuerit me coram hominibus, & filius

- hominis confitebitur illum coram angelis dei. Qui autem negauerit me coram hominibus, negabitur coram angelis dei. Et omnis qui dicit uerbū in filiū hominis, remittetur illi: ei autem qui in spiritum sanctum blasphema-  
 109 uerit, non remittetur. ¶ Cum autem inducent uos in synagogas, & ad magistratus & potestates, nolite solliciti esse, qualiter aut quid respōdeatis, aut quid dicatis. Spiritus enim sanctus docebit uos in ipsa hora, quid oporteat uos dicere. ¶ Ait autem ei quidam de turba: Magister, dic fratri meo, ut  
 110 diuidat mecum hæreditatem. At ille dixit ei: Homo, quis me constituit iudicem aut diuisorē supra uos? Dixit que ad illos: Videte & caute ab omni auaritia: quia nō in abundantia cuiusquā uita eius est ex his quæ possidet.  
 111 ¶ Dixit autem similitudinem ad illos, dicens: Hominis cuiusdam diuitis uberes fructus ager attulit, & cogitabat intra se dicens: Quid faciam, quod non habeo quò congregem fructus meos? Et dixit: Hoc faciam: Destruam horrea mea, & maiora faciā, & illuc cōgregabo omnia quæ nata sunt mihi, & bona mea, & dicam animæ meæ: Anima, habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi deus: Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te: quæ autem parasti, cuius erunt?  
 112 Sic est qui sibi thesaurizat, & nō est in deū diues. ¶ Dixitq; ad discipulos suos: Ideo dico uobis, Nolite solliciti esse animæ uestræ quid māducat, neq; corpori, quid induamini. Anima plus est quàm esca, & corpus plus quàm uestimentū. Consyderate coruos: quia non seminant neq; metunt, quibus non est cællarū, neq; horreum, & deus pascit illos. Quātomagis uos pluris estis illis? Quis autē uestrū cogitando potest adiicere ad staturam suam cubitum unum? Si ergo neq; quod minimum est potestis, quid de cæteris solliciti estis? Consyderate lilia quomodo crescunt, non laborāt neq; nent. Dico autem uobis, neq; Salomon in omni gloria sua uestiebatur sicut unū ex istis. Si autem fœnum, quod hodie est in agro, & cras in clibanum mittitur, deus sic uestit: quātomagis uos pusillæ fidei? Et uos nolite quærere quid māducat, aut quid bibatis: et nolite in sublime tolli. Hæc autē omnia gentes mundi quærunt. Pater autē uester scit, quoniā his indigetis. Verum tamen quærite primū regnum dei & iustitiam eius, & hæc omnia adiiciētur uobis. ¶ Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri uestro dare uobis regnū. Vendite quæ possidetis, & date elemosynā. Facite uobis sacculos qui non ueterascūt, thesaurum non deficientē in cælis, quò fur non appropiat, neq; tinea corrūpit. Vbi enim thesaurus uester est, ibi & cor uestrū erit. ¶ Sint lumbi uestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus uestris, & uos similes hominibus expectātibus dominū suum, quando reuertatur à nuptiis, ut cum uenerit & pulsauerit, confestim aperiant ei. Beati serui illi, quos cum uenerit dominus, inuenerit uigilantes. Amē dico uobis quod præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Et si uenerit in secunda uigilia, & si in tertia uigilia uenerit, & ita inuenerit, beati sunt serui

55 sunt serui illi . Hoc autem scitote , quoniã si sciret paterfamilias , qua hora  
 fur ueniret , uigilaret utique , & non sineret perfodi domũ suam . Et uos esto  
 te parati : quia qua hora non putatis , filius hominis ueniet . ¶ Ait autem ei 115  
 Petrus : Domine , ad nos dicis hanc parabolam , an & ad omnes ? Dixit au-  
 tem dominus . Quis putas est fidelis dispensator & prudens , quem cõstituit  
 60 dominus supra familiam suam , ut det illis in tempore , tritici mensurã ? Bea-  
 tus ille seruus , quem cum uenerit dominus , inuenerit ita facientem . Verè  
 dico uobis , quoniam supra omnia quæ possidet , constituet illum . Quod si  
 dixerit seruus ille in corde suo , moram facit dominus meus uenire , & cõpe-  
 rit percutere seruos & ancillas , & edere & bibere , & inebriari : ueniet domi-  
 65 nus serui illius in die qua non sperat , & hora qua nescit , & diuidet eum , par-  
 temque eius cum infidelibus ponet . ¶ Ille autem seruus , qui cognouit uo- 116  
 luntatem domini sui , & non se præparauit , & nõ fecit secundũ uoluntatem  
 eius , uapulabit multis : qui autem non cognouit , & fecit digna plagis , uapu-  
 labit paucis . Omni autem cui multum datum est , multũ quæretur ab eo : &  
 70 cui cõmendauerunt multũ , plus petent ab eo . ¶ Ignem ueni mittere in ter- 117  
 ram , & quid uolo nisi ut accendatur ? Baptisma autem habeo baptizari , &  
 quomodo coartor usq; dum perficiatur ? ¶ Putatis quia pacẽ ueni mittere 118  
 in terram ? Non , dico uobis , sed separationem . Erunt enim ex hoc quinq;  
 in domo una diuisi , tres in duos , & duo in tres : diuidentur pater in filium ,  
 75 & filius in patrem suum : mater in filiam , & filia in matrem : socrus in nu-  
 rum suã , & nurus in socrum suam . ¶ Dicebat autem ad turbas : Cum uide- 119  
 ritis nubem orientem ab occasu , statim dicitis , nimbus uenit : & ita fit . &  
 cum austrũ flãtem , dicitis , quia æstus erit : & fit . Hypocritæ , faciẽ cœli & ter-  
 ræ nostis probare , hoc autem tempus quomodo non probatis ? Quid au-  
 80 tem & à uobis ipsis non iudicatis quod iustum est ? ¶ Cum autẽ uadis cum 120  
 aduersario tuo ad principem , in uia da operam liberari ab illo , ne fortè tra-  
 hat te ad iudicem , & iudex tradat te exactori , & exactor mittat te in carce-  
 rem . Dico tibi , non exies inde , donec etiam nouissimum minutum reddas .

## ANNOTATIONES BREUES LIII. CIRCA LITERAM CAP. XII.

1	Multis autẽ turbis cõ-	οὐδὲν δὲ	εἰς οὐθία
	currentibus	Nihil autem	diminutiuum.
	ἐν οἷς ἐπισυναχθεῶν	dicentur,	& infra.
	τῶν μυριάδων τοῦ ὄχλου	ἀκουθήσεται	10
	In quibus coaggrega-	audientur	dipondio
	tis myriadibus turbæ	6	ἀσπίων δύο
	In quibus coadunata innu-	ἐν τῷ ὄρει	12
	mera multitudine tur-	in aurem	pluris estis — uos
2	suos * πρῶτον Primũ	6	διαφέρετε
2	Attendite	ἐν τοῖς ταμίαις	præstatis
	* ἑαυτοῖς uobis ipsis	in penetralibus	& infra.
3	Nihil enim	10	15
		Passeres	ἔσται futurum.

17	inducunt προσφέρουσιν adducunt	39	τῶν πετανῶν uolucris cogitando	60	futurum. supra familiam ἐπὶ τῆς θραπείας super famulitium
18	respondeatis, ἀπολογησάμενοι respōsuri sitis. s. accus	40	μεριμνῶν solicitudine	60	det- illis
19	quid ἅ	(santi 40	τὴν χόρτον herbam	60	tritici mensuram: ὁ σιτομέτριον demenfum
19	quæ oporteat- uos	41	μή μετεωρίζεσθε ne sublimia curetis	61	dominus * εὐτοῦ eius diuidet
22	supra uos: ἐφ' ἑμᾶς super uos	42	Ἡὰc autem ταῦτα γὰρ Ἡὰc enim	65	διχοτομήσει disscabit
22	ab- omni	44	quærite- primum	68	multis, scilicet plagis.
23	auaritia τῆς πλεονεξίας	44	dei- & iustitiâ eius,	71	nisi ut accendatur: ἢ ἡδὴ ἀνίφθη
27	maiora faciam, μείζονα οἰκοδομήσω maiora ædificabo	45	pusillus grex, ὁ μικρὸν ποίμνιον parue gregule	72	mittere δοῦνα dare
26	plurimos, πολλὰ multos	49	ardētes- in manibus	73	ex hoc * νῦν nunc diuidentur, διαμεριθίσεται singulare.
29	epulare ἐυφραίνουσιν latare	53	uigilia φυλακὴ custodia	74	uestris, 74
29	Stulte, ἄφρον Imprudens	55	sciret	75	patrem- suum,
30	cuius erunt: τίνοι ἔσονται cui erunt	56	uigilaret	77	nimbus ὄμβρος
35	cellarium ταμῆριον penu	56	fineret ἦδε ἐργασθῆσθε ἅπαντες ἀρ' ἀφικε	79	humber (ipsis Quid autē & à uobis τί δὲ ἢ ἀφ' ἑαυτῶν Cur autē & ex uobis
36	illis: τίνοι ἔσονται	59	uigilasset sciuisset uigilasset siuisset	80	Cum autem (ipsis ὡς γὰρ Cum enim
		56	uos * οὗν igitur	81	liberari ut libereris
		59	constituit καταστήσει		

COMMENTARIUS IN CAPVT DVODECIMVM.

106



Einde addit Lucas dominum discipulos suos adhortatum fuisse, ut ab hypocrisis, quæ est sectæ & doctrinæ pharisæorum simulata sanctitas, cauerent, dicens. ¶ Multis autem turbis concurrentibus, ita ut seinuicem conculcarent, cœpit dicere ad discipulos suos: Attendite à fermento pharisæorum, quod est hypocrisis. ¶ Dominus, huius rei, cauendum esse scilicet à doctrina pharisæorum uidetur sæpius admonuisse discipulos, ut apud Matthæum, cum turba nō adesset cap. sextodecimo, numero 156. & apud Marcū cap. 8. numero 41. trajecto mari. Necnon à fermento Herodis, id est Herodianorum & Sadducæorum, qui alterius factionis ac sectæ erant. Sic in nulla lege uidentur conspirationes, societates, sodalitates que probandæ, quatenus ad sectam ueniunt, & iam sectam faciūt, adeo ut Paulus sub nomine suo, & sub nomine Petri sectas horruerit. Sint ergo gradus quidam, sint abstractiones ad melius, perfectius que diuinum cultum

cultum implendum: modo eò nō deueniāt, ut sectæ sint & schismata. Et certè Petrus  
 in Clemente dicit institutionem malam, quæ quid aliud est quàm humana dogmata:  
 sodalitates, quæ quid etiam aliud sunt, quàm societates ad sectas: ut pharisæorū & sad  
 duccæorum, consuetudinem prauam, colloquia non bona, & humanas præsumptio  
 nes, causas esse ut uoluntas, & diuinum consilium nos lateat, sic primo libro inquit:  
 Voluntas & consilium dei latuit homines, multis ex causis. Primo quidem pro institu  
 tione mala, pro sodalitatibus pessimis, pro consuetudine nequam, pro colloquijs non  
 bonis, pro præsumptionibus minus rectis. Hæc ille. Et quia illa uerba de fugienda do  
 ctina pharisæaca, quæ hypocrisis generat, imò quæ tota est hypocrisis, simulataq; san  
 ctitas, non ad turbas, sed ad discipulos suos dirigebat: subsequenter aperit eis, se non  
 idcirco in uelamine dicere, quia semper uelit esse opertum, immo aptis temporibus,  
 & his etiam nostris, quicquid ipsis uelatius, aut secretius dicebat esse reuelandum, ma  
 nifestante Luca, dicens. ¶ Nihil enim opertum est, quod non reueletur: neq; abscon  
 ditum, quod non sciatur. Quoniã quæ in tenebris dixistis, in lumine dicentur: & quod  
 in aure locuti estis in cubiculis, prædicabitur in tectis. ¶ Spiritus dei non hoc, aut illo  
 tempore, sed uniuersim & semper: non hic, aut illic, sed ubiq; uidet. Et idcirco hoc quo  
 que tempore, & passim in omnibus fermè locis, à fermento multorum attendendum  
 est. Et quod tūc in occulto dominus loquebatur discipulis suis, & discipuli inter se in  
 penetralibus, uerba domini ruminantes: nunc nobis testatū esse uoluit in aperto. Do  
 ctina pharisæorū plena erat hypocrisis, & simulata sanctitate, & sadducæorū impiera  
 te. Impietas apertū uenenū: hypocrisis, occultum: & utrunq; diabolicum fermētum.  
 Sed pura CHRISTI doctrina, contra omnia inimici aduersantis uenena, siue aperta,  
 siue occulta, uerū medicamentū. Et Matthæus partim ca. sextodecimo, numero 156.  
 partim cap. decimo, numero 98. hoc tetigit. Subiungit Lucas quē timere debeamus,  
 dicente domino. ¶ Dico autem uobis amicis meis, ne terreamini ab his qui occidunt  
 corpus, & post hæc non habent amplius quid faciant. Ostendā autem uobis quem ti  
 meatis. Timete eum qui postquā occiderit, habet potestatem mittere in gehennā. Ita  
 dico uobis: hunc timete. Nōne quinq; passeris uæneunt dipōdio, & unus ex illis nō  
 est in obliuione coram deo? Sed & capilli capitis uestri omnes numerati sunt. Nolite  
 ergo timere, multis passeribus pluris estis uos. Dico autem uobis, omnis quicūq; con  
 fessus fuerit me coram hominibus, & filius hominis confitebitur illum coram angelis  
 dei. Qui autē negauerit me coram hominibus, negabitur coram angelis dei. Et omnis  
 qui dicit uerbum in filium hominis, remittetur illi: ei autem qui in spiritum sanctū bla  
 sphemauerit, non remittetur. ¶ Timere debemus deū timore offendendi eum, quan  
 diu sumus uiatores, tandiū enim cadere possumus: immo semper caderemus, nisi dex  
 xtera eius fulciret nos, & nos sanctum eius protegeret auxiliū, iuxta uerbū prophe  
 tæ: Impulsus euersus sum ut caderem, & dominus suscepit me. Et proinde gratia eius  
 est si non peccamus: non nostrum opus, non nostrum meritum. Timere inquam de  
 bemus deum timore offendendi eum: quia ipse est summum bonum, & maxime of  
 fensu indignū. Timere debemus timore augustæ erga eum reuerentiæ, quia est sum  
 ma & incomprehensibilis maiestas. Timere debemus ut dominū, sed clementissimum,  
 sed benignissimum, sed pietissimum, sentiendo semper de ipso in omni bonitate &  
 suauitate. Timere debemus ut patrem: sed qui continet omnem ut ametur, paternam  
 rationem, substantiæ largitionē, beneficentiā, prouidentiā, & in supereminentiā bo  
 nitatem. Ergo omnis timor seruilis nobis est prohibitus. Si tyrannus esset timendus,  
 si autor mortis diabolus: quonam timore, nisi seruili timeretur? Sed nolite (inquit) ti  
 mere eos. Vbi est ergo timor dei, & uerus quidem timor, qui sic adiunctus est amoris,  
 ut odor bono fructui, non est tyrannorū timor, aut timor diaboli. Et quid timere de  
 bemus, si uerus timor dei nobis adsit: num forte ne reminiscatur nostri, cū apud eum

Petrus in  
Clem.

107

108

Psal. 117

ne passeruli quidem in obliuionem ueniant, qui tam exigua res sunt, ut quinque denariis tantum aestimentur assiculis: Sanè tanto minus deus hominis se timentis obliuiscetur, quanto infinitis passeribus præstantior est homo. Qui uerè timet deum, nullus tyrannorum timor, nulla diaboli flagella arceunt eum à confessione eius. Cuius rei exemplo sancti martyres CHRISTI fuere, quos & agnoscit CHRISTVS & confiteatur coram angelis dei. Qui autem timore tyrannorum negant illum, aut metu infernalium poenarum, quod faciunt impij, sibi fingentes nullas fore, ut impunitatem scelerum astruant, simiæ diaboli uera dei fulmina ridentes, serui sunt: seruus autem non manet in domo in æternū: & hos quoque CHRISTVS negabit coram angelis dei. Et hanc ueri timoris materiam, tractat Matthæus capite decimo, numero nonagesimonono. Quod autem subdit de blasphemia in filiū hominis, & ea quæ est in spiritū sanctum, habet Matthæus capite duodecimo, numero centesimo decimonono. Quod autem homo se aliud reputare non debeat, in ijs quæ dei sunt, & quæ ad uitā aliquod habent momentum, quàm dei instrumentū, attestante Luca, aperit dominus, dicens. ¶ Cum autem inducent uos in synagogas, & ad magistratus & potestates: nolite solliciti esse, qualiter aut quid respondeatis, aut quid dicatis: spiritus enim sanctus docebit uos in ipsa hora quid oporteat uos dicere. ¶ Et hoc quoque habet Matthæus capite decimo, numero nonagesimo quinto. Potens fuit Petrus aduersus synagogam, & Simonē Magum, potēs Paulus, potentes oēs apostoli, & martyres: sed non erāt illi qui poterant, uerum spiritus dei qui erat in eis. Quid ergo erant? Solum spiritus dei uasa, solum potentis uirtutis dei organa, ut in omnibus deus glorificetur. Subiungit Lucas de eo, qui interpellauit dominum pro terreno iudicio, dicens. ¶ Ait autem ei quidam de turba: Magister dic fratri meo, ut diuidat mecum hæreditatem. At ille dixit ei: Homo, quis me cōstituit iudicem, aut diuisorem supra uos? Dixit que ad illos: Videte & caute ab omni avaritia, quia non in abundantia cuiusquam uita eius est ex his quæ possidet. ¶ Pulchra scilicet & bella sunt hæc iudicia, quæ avaritiam & ambitiones ad æqualitatem redigunt, & uoluptates dispertuntur: qualia ferè sunt iudicia seculi, quæ ob pecuniam, dominia aut uoluptates, plurima cōtingunt: quæ neque dei est facere, neque sanctorum uirorū. Attamen stupidus ille uolebat, ut dominus quasi iudex avaritiæ utriusque, ipsius scilicet & fratris eius iuberet satisfieri avaritiæ suæ. Idcirco deterret dominus ab omni avaritia, quæ non solum in amore pecuniæ consistit, quæ philargyria dicitur, sed & in cupiditate plusquam par est usurpandi, siue honorum, siue uoluptatum, siue quarumcunque aliarum rerum terrenarum, quæ hic appellatur πλεονεξία, id est pluris habendi cupiditas: quia in illis pluribus, quàm par est, etiam habitis, non consistit uita, sed potius mors ac interitus. Super qua re subiungit dominus parabolam, ut subdit Lucas, dicens. ¶ Dixit autem similitudinem ad illos, dicens: Homini cuiusdam diuitis uberes fructus ager attulit, & cogitabat intra se, dicens: Quid faciam, quod non habeo quod congregem fructus meos? Et dixit: Hoc faciā: Destruam horrea mea, & maiora faciam, & illuc congregabo omnia quæ nata sunt mihi, & bona mea, & dicam animæ meæ: Anima, habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi deus: Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te: quæ autem paraſti, cuius erunt? Sic est qui sibi thesaurizat, & non est in deum diues. ¶ Hic figuratur diues seculi, qui sufficientiam suam (si ad momentum sufficientia esse potest) & felicitatem in externis bonis collocat: & proinde toto tempore uitæ suæ congregat externa bona, ut tandem in quiete edere possit, bibere, & latari. Et repente mittit deus nuncios suos, dum ipse bonis frui deliberat, quibus non est fruendum: qui occupantibus morbis miseram animam illius ad supplicium & mortem secundam trahunt. nam in bonis illis non consistebat uita ipsius, sed mors potius ac interitus, & dei tantam stultitiam non ferentis uicina ultio. Sic ille repente ad mor-

tem adductus, ut à carnificibus saginatus taurus, bona quæ tanto labore, tanta cura, tanta denique anxietate sibi congregauerat, deserit, & nescit cui illa deserit. Hic est finis eius qui mundo diues est, & pauper deo. Contra qui in deum diues est: quiescit, & diuino uescitur pabulo, parum aut nihil curando quod corporale est, nisi quatenus necessitas cogit, & spiritu lætatur: & si qua re fruatur etiam in hoc mundo, deo fruatur. Cum autem tempus mortalis functionis impleuit, mittit deus angelos, & occupate naturæ necessitate repetunt animam illius, & ad regnum uitæ deducunt, tanquam sponsam, aut potius uniuersalis sponsæ comitem ornatam monilibus, quæ à paranymphis è thalamo educitur ad uniuersalem sponsam. Hic est finis eius, qui in deum diues est, nam in eo solo & in diuitijs eius, uita consistit. Ideo subdit Lucas adhortationem domini de amouenda animi super rebus seculi sollicitudine, dicens. ¶ Dixitque ad discipulos suos: Ideo dico uobis: Nolite solliciti esse animæ uestræ quid manducetis: neque corpori, quid induamini. Anima plus est quam esca, & corpus plus quam uestimentum. Considerate coruos, quia non seminant neque metunt, quibus non est cellarium neque horreum, & deus paescit illos. Quantomagis uos pluri estis illis? Quis autem uestrum cogitando potest adjicere ad staturam suam cubitum unum? Si ergo neque quod minimum est potestis, quid de cæteris solliciti estis? Considerate lilia quomodo crescunt. Non laborant, neque nent. Dico autem uobis, neque Salomon, in omni gloria sua uestiebatur sicut unum ex istis. Si autem foenum quod hodie est in agro, & cras in clibanum mittitur, deus sic uestit: quantomagis uos pusillæ fidei? Et uos nolite querere quid manducetis, aut quid bibatis, & nolite in sublime tolli. Hæc autem omnia gentes mundi querunt. Pater autem uester scit, quoniam his indigetis. Veruntamen querite primum regnum dei & iustitiam eius, & hæc omnia adjicientur uobis. ¶ Diuites huius seculi, ambitiosi, uoluptarij, solliciti sunt & anxij, non solum de necessarijs, sed & uel maxime de superfluis. Et maxime omnium ita uiuunt, ac si nulla esset diuina prouidentia. Verum qui boni sunt, ne de necessarijs quidem anxij esse debent: cum uideant diuinam prouidentiam adeo bonam esse, adeo affluentem, adeo abundantem, ut malis quoque non solum necessaria, sed etiam superflua tribuat: etsi superflua non essent, si illis uti ad dei uoluntatem, scientiam que scirent. Quomodo ergo bonis minime ociosis, sed suæ cooperantibus prouidentia, necessaria denegaret? Proinde cogita, non tua, sed dei prouidentia esse, quod habes necessaria. Quod si etiam supra necessaria haberas, id dei prouidentia tribuere debes: ut inde boni œconomi officium peragendo, domini tui maiorem consequaris gratiam. Et cur de prouidentia dei esses sollicitus? Quid tua anxietas faciat, ut sol mane oriatur, & uespera occubatur, segetes crescant, uites gemment, imbres è cælo erumpant, descendant que? Sanè quicumque angitur, cæcus est ac stultus, ut qui sibi tribuat quod dei est: non enim sua, sed dei prouidentia uiuit: & tamen in se fidit, cum in solo deo fidere debeat. Cura ergo terrenorum, sollicitudo, & anxietas mala est, & non à spiritu dei, sed è carne, carnis que concupiscentia nascitur, aut à maligno spiritu ingeritur, adeo ut nemo qui spiritu CHRISTI uiuat, illarum rerum sollicitudine torqueatur. Et hanc quoque domini de sollicitudine tollenda exhortationem, habet Matthæus capite sexto, numero quinquagesimo nono. Cæterum cum hic dicitur, Nolite querere quid manducetis, aut quid bibatis: sollicitudo querendi illa uetatur. Quod uero subditur, Et nolite in sublime tolli: obscuriorem habet intelligentiam. Videtur tamē, cum inquit μή μετεωρίζεσθε, uetare ne solliciti simus de ijs quæ in sublimi fiunt: ut de uentis, pluuijs, niuibus, & similibus, quæ ad prouidentiam spectant uniuersalem. Non quod ea quæ in sublimi fiunt, nihil ad nos pertineant (æque enim ad nos pertinet, ac cibus & potus: & scit pater cælestis quoniam his indigemus, & ob id prohibet nobis harum rerum sollicitudinem) sed ne gentibus, quæ munda ne uiuunt, similes simus, quæ non sine cura & sollicitudine querunt quæ manducant.

- & bibant, & animo anxie sunt quod aut pluat, aut ningat, aut spirent uenti, aut cœli serenescat, aut algeat, aut caleseat: ad quæ sollicitudo nostra nihil potest, neq; facit quicquam: quando quidem illa, sola dei prouidentia nobis tribui possunt, non nostra quidem sollicitudine, sed sua uoluntate, atq; bonitate. Ex illo ergo, tum in ijs quæ in imo, tum in ijs quæ in sublimi fiunt, pendere debemus. Non quod nolit clementissima illa, & omni prouida bonitas nos ea scire. Vult enim nos ea scire, ut iugiter laudemus prouidentiam dei ac bonitatem: perinde ut artes cibi coquendi, & lanæ texendæ ad naturæ necessitatem, non ad uanitatem. Quæ artes uniuersali subseruiunt prouidentia, à qua sua habent principia nobis insita: ut ea quæ in sublimi, & in imo fiunt, sua in natura principia. At scientiæ & artes quatenus non adminiculantur prouidentia, aut ad actiue uitæ necessitatem, aut ad contemplatiue felicitatem, id est cognitionem, glorificationem, & laudem dei, non solum inutiles sunt, sed etiam noxiæ, ut quæ seruiant carni & mundo, non spiritui & deo. Ex his intelligi posse puto, quæ sit ea quæ hic uetatur sollicitudo, cum dicitur: Ne (ut sic dicam) meteorizetis, aut in sublimium desyderia animi anxietate feramini. Cætera ut in Matthæo cap. sexto, sunt intelligenda. Mox subdit Lucas, quo pacto non solum omnium rerum terrenarum sollicitudo excutenda est, sed & timor quo quis timeat ne saluetur, & ad regnū perueniat sempiternum,
- 113 » dicente domino. ¶ Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri uestro dare uobis regnum. Vendite quæ possidetis, & date elemosynam. Facite uobis sacculos qui non ueterascunt, thesaurum non deficientem in cœlis: quod fur non appropriat, neque tinea corrumpit. Vbi enim thesaurus uester, ibi & cor uestrum erit. ¶ Placitum dei est, o dei genitura homo, ut det tibi regnum suum. Quid ergo times? Nonne faciet quod tibi placet? Sanè nō pro tuo placito saluaberis, sed pro dei placito, quod est optimum, & quod omne placidum superat. Quid ergo times? Timor hic, nonne diffidentia quædam est? Diffidentia hæc à malo est: qua diffidis de eo bono, quod omni supereminet bono. Excute ergo hanc sollicitudinem: excute hunc stultum timorem: lacta super dominum curam tuam, & ipse te enutriet, & mēte & corpore, & spiritu & carne, sed in puritate & sanctitate, & in hoc, & in altero seculo. Vede quæ possides. Da elemosynam: ut non ex bonis tuis, sed ex deo pendeas: ut nō ex tua prouidentia & solitudine, sed ex dei prouidentia & solitudine: ut habeas semper oculum tuū fixum in eū unde pendes, non in hæc caduca, unde pendere non potes. Quomodo enim cum sis ad uitam perpetuā creatus, & sortem æquam angelicæ durationi nactus, ex re momentanea pendeas? Quid tibi cum oculis coriaceis, cum arculis & cistis ligneis, in quibus corruptibiles thesauros recōdas? Sequere dei uolūtātē. Pia opera fac ex his quæ habes: & ipsi quibus feceris illa, in quibus thesauros corruptibiles pie operando recōdideris, erunt tibi in cœlis sacculi qui nō ueterascunt, sunt enim ad uitā æternā nati: & in eis thesauros in cœlis habebis nunquā perituros: & id cū omnimoda certitudine, securitateq;. Huic loco penè similitē sententiā habet Matthæus capite sexto, numero 56.
- 114 » Deinde inducit Lucas dominū, nos sic ad continue uigilādū, ne in aduentu eius, id est in nostro ex hoc mundo egressu, inueniamur imparati, adhortantē. ¶ Sint lumbi uestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus uestris: & uos similes hominibus expectantibus dominum suum, quādo reuertatur à nuptijs: ut cum uenerit & pulsauerit, confestim aperiant ei. Beati serui illi, quos cum uenerit dominus, inuenerit uigilantes. Amen dico uobis, quod præcinget se & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Et si uenerit in secūda uigilia, & si in tertia uigilia uenerit, & ita inuenerit: beati sunt serui illi. Hoc autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias, qua hora fur ueniret, uigilaret utique, & non sineret perfodi domū suam. Et uos estote parati: quia qua hora non putatis, filius hominis ueniet. ¶ Viatores lumbos præcingunt, quo sine aduiciam expeditiores. Ergo id nobis indicat, amouendum esse omne impedimentum, & uoluptatum

Psal. 54.

114

uoluptatum, & diuitiarum, & honorū, ut expediti curramus ad huius uitæ egressum. Lucernas ardentis in manibus nostris habemus: cum opera fidei, & patientiæ, & charitatis nobis in hac uita dei dono comparauimus. Dominus noster, est sponsus. Et profectus est ad nuptias: quando ecclesiam sanguine suo lotam & redemptam sibi desponsatur abiit in cœlum. Venit & pulsat: cum in hoc mundo per gratiam nos uisitat. Confestim aperimus, cum parati gratiam eius repente admittimus. Nam bonitas cœlestis sponsi tanta est: ut nos in hac uita frequenter uisitet. Hæc tota uita nostra, nox est. Ideo nobis lucernis ardentibus in manibus nostris opus est: alioqui in perpetuis sumus tenebris. Opus est uigilia, quæ est somni mortis & peccati expulsio, & gratiæ dei ad gloriam eius excitatio. Et tota hæc præsens nox uitæ nostræ, quatuor uigilijs dispescitur. Prima est, adolescentiæ: secunda, iuuentæ: tertia, senij: quarta, postremæ partis uitæ. Dominus uenit in prima uigilia, quando uisitat in adolescentia. Venit in secunda, quando in iuuenta. Venit in tertia, quando in senio. Venit in quarta, quando in postremo uiuendi interuallo. Quædoque in pluribus. Quædoque in omnibus. Et quando inuenit semper seruos suos accinctos, uigiles, & paratos: beati sunt serui illi. Discubunt, quia spirituali pastu reficiuntur, & noua donantur aut auctiore gratia. Dominus transiens ministrat eis: quia non est eis semper sic præsens, sed se repete à uisitatione occultat, tanquã in cœlū sese recipiens: qui cœlū nūquã deserit, sed semper ibi est præsens, & manifeste præsens, neque seruos unquã deserit, sed cū pulsat & uisitat, tunc sentitur manifeste præsens: cū autem pulsare & uisitare cessat, est occulte præsens, & tunc dicitur transisse. Quod adijcitur de patrefamilias, simile habet Matthæus capite uigesimoquarto, numero ducentesimo trigesimoquarto. Verū super prædicta parabola interrogauit Petrus dominū, ut hic aperit Lucas, dicēs. ¶ Ait autē ei Petrus: Do-  
 115  
 mine, ad nos dicis hæc parabolā, an & ad omnes: Dixit autē dominus: Quis putas est fidelis dispensator & prudens, quem constituit dominus super familiam suam, ut det illis in tempore, tritici mensuram: Beatus ille seruus, quem cum uenerit dominus, inuenit ita facientem. Verè dico uobis, quoniam super omnia quæ possidet, constituet illum. Quod, si dixerit seruus ille in corde suo, morā facit dominus meus uenire: & cœperit percutere seruos, & ancillas, & edere & bibere & inebriari, ueniet dominus serui illius in die qua non sperat, & hora qua nescit, & diuidet eum, partem que eius cum infidelibus ponet. ¶ Petrus intelligere debuit, uigilare & bonorum operum lucernas habere, siue charitate flammantes, siue aliarum uirtutum, sanctarumque gratiarum operibus lucentes, ad omnes pertinere: præsertim cum dominus ex Marco aliquando eis dixisset, hoc ad omnes pertinere, inquit: quod autem uobis dico, omnibus dico, uigilate. Hoc ergo prætermisso quod scire debebat, proposuit dominus parabolam, quæ non ad omnes pertinet, sed ad apostolos solum, & eos quibus publicæ functiones in regno CHRISTI committuntur, qui & œconomi magni patrisfamilias sunt, non ipsimet patresfamilias. Verum & hæc parabola ponitur à Matthæo capite uigesimoquarto, numero ducentesimo trigesimoquinto. Et de seruis negligentibus, tam scientibus, quàm ignorantibus subiicit Lucas sic dixisse dominum. ¶ Ille autem seruus  
 116  
 qui cognouit uoluntatem domini sui, & non se præparauit, & non fecit secundum uoluntatem eius, uapulabit multis. Qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, uapulabit paucis. Omni autem cui multum datum est, multum quæretur ab eo: & cui commendauerunt multum, plus petent ab eo. ¶ Omnes fideles, serui sunt domino, ab infimo usque ad summum: inter quos sunt nonnulli diuina luce illuminati, qui cognoscunt uoluntatem domini sui, ut qui sanctas intelligunt scripturas: & hos si inuenti fuerint, aut negligentes, aut imparati ad uoluntatē dei sui faciendam, quam diuina illuminatione, aut intelligentia scripturarum cognoscunt, multa manent tormenta.

- Non enim peccant ignorantia, sed planè mala uoluntate. Sunt & alij simplices, qui diuina illa luce carent, & ad susceptionem munerum & scripturarū intelligentiam inepti sunt: qui etiam si peccauerint & digna tormentis fecerint, pauciora tamen hos quàm illos manent tormenta: siue illa sint expiatoria, siue æterni delicti ultricia: quia per ignorantiam peccauerunt: & quamuis non fecerint uoluntatem domini sui, illam tamen non nouerant, neque quod fecerunt, id contra uoluntatem domini sui esse cognouerunt. Et quomodo cognouissent, cum illis ut cognoscerent datum non esset? Proinde subdit dominus, ne quis gratis abutatur, aut eas sine usu possidendo, aut eis in deterius utendo: quod cuiusque multum datum est, multum ab eo exigetur: & apud quem deus & dispensatores munerum eius, siue angeli, siue homines, multum deposuerunt, plus petent ab eo. Si institor apud seruum suum ad fœnus temporale, plurimum numerum denariorum deposuit: cum ab eo repetit, plurimum petit: nam & integram datorum numerorum summam, & insuper usuram. Sic & cum deposuntur apud nos multa spiritualia dona, multa petentur. Quare studere debemus, ut cum illa in fine à nobis repetentur, integra dona ipsa restituere possimus & spirituales insuper usuram. Temporalis usura mala est, & non seruo, sed domino suo prodest: at spiritualis & bona est, & tam deposita, quàm ipsæ usuræ, id est ex usu illorum superlucrata, & superadicta bona, ipsi seruo uel soli maxime profunt: quibus insuper dominus suam, quæ omnia illa in immensum excedit gratiam, adijcit: adeò uario, ac diuerso responso temporalia & spiritualia incedunt. Mox subdit Lucas dominum dixisse.
- 117 » **¶** Ignem ueni mittere in terram, & quid uolo nisi ut accendatur? **¶** Baptisma autem  
 » habeo baptizari, & quomodo coartor usque dum perficiatur? **¶** Quid est, Ignem ueni  
 » mittere in terram: nisi feruorem diuinæ uoluntatis implendæ, nisi spiritum dei qui  
 » aduersatur spiritui mundi, nisi charitatem ueram mittere in homines? Quid est arde-  
 » re, nisi ad effectum perduci, & in actum exire, & minime languentē & ociosum des-  
 » tineri? Cæterum iste ignis maxime omnium decoquebat sanctum domini, secundū  
 » dispensationem infirmitatis nostræ assumptæ, peccatus: quo per charitatem, qua morta-  
 » lium nulla potuit esse maior, se pro omnibus uictimam deo obtulit, et omni uiuificam  
 » in morte oblationem. Hoc est baptisma quo habebat baptizari in sanguine suo, in  
 » quo nos omnes baptizati & loti sumus. Et quomodo (inquit) coartor, cōprimor, co-  
 » angustor, donec perficiatur? Hæc autē impatientis amoris sunt uerba. Sic amor ipsum  
 » stringebat, sic paternæ uoluntatis ab se implendæ desyderium urgebat, ut omnis mo-  
 » ra ipsi longa uideretur, donec illi immolaretur, & testaretur suum erga patrem amo-  
 » rem, omnibus illis pœnis & morte ipsa omnium dolorosissima, omnibus hominibus,  
 » & angelis patentem, & etiam omnibus qui participes fieri uellent, hominibus ad salu-  
 » tem. Ergo imitatores eius simus. Ardeat ignis charitatis in nobis. Coartemur & co-  
 » angustemur desyderio in nobis, donec omnem dei impleamus uoluntatem, ipsum so-  
 » lum autorem uitæ, sanctum que eius beneplacitum attendentes. Tunc affluet, & mi-  
 » rabitur, & dilatabitur cor nostrum: & spiritus dei, nostri inhabitator nos deo gratum  
 » acceptabile que sacrificium efficiet. De pace autem terrena, quod eam dominus non  
 » uenerit mittere in terram, subdit Lucas, sic dicente domino. **¶** Putatis quia pacem ue-  
 » ni mittere in terram? Non, dico uobis, sed separationem. Erunt enim ex hoc, quinque  
 » in domo una diuisi, tres in duo, & duo in tres: diuidetur pater in filium, & filius in pa-  
 » trem suum: mater in filiam, & filia in matrem: socrus in nurum suam, & nurus in so-  
 » crum suam. **¶** Pax huius mundi, & pax CHRISTI, contraria sunt. Tam ergo pug-  
 » nat, ut pacem suam CHRISTVS uenerit ponere in mundum, & pacem mundi,  
 » quàm ut sol calefaciens mundum ipsum frigefaciat. Pax mundi frigidissima est, nihil  
 » sentiens caloris superni. CHRISTVS autem ignem uenit ut mitteret in terram: ignem  
 » inquam

Esa. 60.

118

inquam coelestem, ignem sanctè & castè adurentem corda: & ideo bellum aduersus eos qui pacem habent in mundo, qui etiam bellabunt aduersus eos qui diuino igne incaluerint. Ignis diuinus, cum fidelitate est: Frigus mundanū, cum infidelitate. Ignis, charitas. Gladius, uerbum dei. Bellum quod deus mittit, percussio uerbi separans sanctum à prophano. Bellum mundi, resistentia uerbo dei, & inde nascens persecutio. Et hoc non mittit deus, sed mundus mundi que corruptio, & spiritus malus, qui est in eo. Similem sententiam habet Matthæus capite decimo, numero centesimoprimo. Deinde subdit Lucas increpationem scribarum & pharisæorum à domino factam, dicens. **C**Dicebat autem & ad turbas: Cum uideritis nubem orientem ab occasu, statim dicitis, nimbis uenit: & ita fit. & cum austrum flantem, dicitis quia aestus erit: & fit. Hypocritæ, faciem cœli & terræ nostis probare, hoc autem tempus quomodo non probatis? Quid autem & à uobismetipsis non iudicatis quod iustum est? **C**Dicebat hæc dominus audientibus turbis. Verum uerba hæc potius ad damnandam cæcitatem scribarum & pharisæorum dicebantur, quàm ratione turbarum. Quod cognoscitur tum ex Matthæo capite sextodecimo, numero centesimo quinquagesimo quinto: tum ex eo quod subiungitur, Hypocritæ faciem cœli & terræ nostis probare, hoc autem tempus quo modo non probatis? quod ad scribas & pharisæos magis pertinere uidetur, quàm ad turbas. Porro quid est, Cum uideritis nubem orientem ab occasu, statim dicitis, nimbis uenit: nisi, Cum uideritis nubem surgentem à parte occidua, illico dicitis, quod pluuia statim eruptura est, & sic euenit? Et cum uideritis Noton flantem, dicitis aestum futurum, & ita fit? Quæ ratione physiologica probè nosse poterant: cui tamen minus intenti esse debebant, quàm sacre diuinorum librorum intelligentiæ. Quomodo ergo signa aduentus Mesia cognoscere non poterant? Sanè hypocrisis & uersutia obcæcauerat eos, quo minus in rebus diuinis probare possent quod uerum erat. Neque ex seipsis iudicabant quod iustum erat. Quod alio qui iudicassent, nisi hypocrisis, inuidia, & maleuolentia illis impedimēto fuissent. Quod ergo dicitur, Quid à uobisipsis non iudicatis quod iustum est? perinde est ac, Cur amotis odio, inuidia, & malignitate, non iudicatis ex uobisipsis quod iustū est, & tempus esse Mesia, & iustum dei aduenisse, qui operatur salutem in medio terræ uestræ? Sed & signa illa, diuini quippiam fortasse spiritualibus indicant. Nam quid nubes oriens ab occasu designat: nisi ab impijs & carnalibus, iustorum & spiritualium persecutionem? Quid quod statim pluuiam erupturam monstrat: nisi gratiam dei illico mundo affuturam? Quid flatus ab Austro: nisi coelestem fauorem & spiraculi diuini quandā uisitationē, sicut scribit Abacuc. Deus ab Austro ueniet. Quam aestus proxime comitatur, quæ est charitas feliciter animas adurens, & omnes bonorum operum fructus uitaliter concoquens. Deinde subdit dominus de aduersario in uia, dicens. **C**Cum autem uadis cum aduersario tuo ad principem, in uia da operam liberari ab illo, ne forte trahat te ad iudicē, & iudex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem. Dico tibi, nō exies inde, donec etiam nouissimum minutum reddas. **C**Apud Matthæū dominus capite quinto, numero 41, loqui uidetur de aduersario in uia cui assentiendum est: hic autem de eo cui nequaquam assentiendum est, sed à quo discedere, & abesse oportet. Quādiu ergo sumus in hac uita, sumus in uia. Princeps, deus est. Imus ad principem cum aduersario: quando ambulamus in fide, sed adhuc cum carne quæ est aduersarius noster, & concupiscentijs carnis superstitibus. Damus operam ab illo liberari & abesse: quando concupiscentias ipsas, fomitem quæ ipsum diuino freti auxilio, mortificamus. Iudex, CHRISTVS. Exactor, angelus ultor qui poenas secundum iudicis definitionem exigit. Carcer, infernus. Qui, si diuinæ iustitiæ aliquot

119

Abac. 94

120

sumptis supplicijs satisfieri potest, locus est expiationum: quibus sumptis, persolutus est nouissimum minutum, & à carcerali pœna eximitur anima: si enim nouissimum minutum à nemine unquam reddi posset, non diceret dominus, donec etiam nouissimum minutum reddas: sin minus, infernus inexpiabilium, & perpetuus carcer. A quo nos liberet, & primum ab aduersario nostro in uia, CHRISTVS dominus uitæ largitor, inferniq; destructor, qui omnia potest, & qui est super omnes iudex constitutus ab ipso æterno patre fontana diuinitate, Cui per ipsum, & cum ipso in spiritus sancti unitate, honor, potestas, & imperium, in omnia secula seculorum. Amen.

## CAPVT TERTIVM DECIMVM.

121



Derat autē quidā ipso in tēpore, nunciātes illi de Galilæis, quorum sanguinem Pilatus miscuit cum sacrificijs eorum. Et respōdens dixit illis: Putatis quod hi Galilæi præ oibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt? Non, dico uobis: sed nisi pœnitentiā habueritis, omnes similiter peribitis. Sicut illi decem & octo supra quos cecidit turris in Siloë, & occidit eos, putatis quia & ipsi debitores fuerit præter oēs homines habitantes in Hierusalē? Nō, dico uobis: sed si non pœnitentiā habueritis, omnes similiter peribitis. ¶ Dicebat autem & hanc similitudinē: Arborem ficī habebat quidam plantatam in uinea sua: & uēnit quærens fructū in illa, & nō inuenit. Dixit autē ad cultorē uineæ: Ecce anni tres sunt, ex quo uenio quæres fructum in ficulnea hac, & non inuenio. Succide ergo illā. Ut quid etiā terram occupat? At ille respōdens dixit illi: Domine, dimitte illam & hoc anno usq; dum fodiam circa illam, & mittam stercora. Et si quidē fecerit fructum: sin autem, in futurum succides eam. ¶ Erat autē docens in synagoga eorum sabbatis. Et ecce mulier quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo, & erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere. Quam cum uideret IESVS, uocauit eā ad se, & ait illi: Mulier, dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus: & confestī erecta est, & glorificabat deū. Respōdens autē archisynagogus, indignās quia sabbato curasset IESVS, dicebat turbæ: Sex dies sunt in quibus oportet operari. In his ergo uenite & curamini, & non in die sabbati. Respondens autem ad illum dominus, dixit: Hypocritæ, unusquisq; uestrū sabbato non soluit bouē suum, aut asinū à præsepio, & ducit ad aquam? Hanc autē filiam Abrahæ, quā alligauit sathanas ecce decē & octo annis, nō oportuit solui à uinculo isto die sabbati. Et cū hæc diceret, erubescerāt omnes aduersarii eius: & omnis populus gaudebat in uniuersis, quæ gloriose fiebāt ab eo. ¶ Dicebat ergo: Cui simile est regnū dei, & cui simile æstimabo illud? Simile est grano sinapis, quod acceptū homo misit in hortū suū, & creuit: & factū est in arbore magnā, & uolucres cœli requieuerūt in ramis eius. Et iterū dixit: Cui simile æstimabo regnū dei

124

30

dei? Simile est fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinae lata tria,  
donec fermentaretur totum. ¶ Et ibat per ciuitates & castella docens, & 125  
iter faciens in Hierusalem. Ait autem illi quidam: Domine, si pauci sunt qui  
saluantur? Ipse autem dixit ad illos: Contendite intrare per angustam portam:  
35 quia multi, dico uobis, quarent intrare, & non poterunt. Cum autem intrauerit  
paterfamilias, & clauerit ostium: & incipietis foris stare, & pulsare ostium di-  
centes, domine aperi nobis: & respondens dicet uobis, nescio uos unde sitis:  
tunc incipietis dicere: Manducauimus coram te & bibimus: & in plateis no-  
stris docuisti. Et dicet uobis: Nescio uos unde sitis. Discedite a me omnes ope-  
40 rarii iniquitatis. Ibi erit fletus & stridor dentium, cum uideritis Abraham &  
Isaac & Iacob, & omnes prophetas in regno dei, uos autem expelli foras. Et  
uenient ab oriente & occidete, & aquilone & austro, & accumbent in regno  
dei. Et ecce sunt nouissimi qui erant primi: & sunt primi qui erant nouissimi.  
¶ In ipsa die accesserunt quidam pharisaeorum, dicentes illi: Exi & uade hinc, 126  
45 quia Herodes uult te occidere. Et ait illis: Ite, & dicite uulpi illi: Ecce eiicio  
daemonia, & sanitates perficio hodie & cras, & tertia die consummor. Verumta-  
men oportet me hodie & cras, & sequenti die ambulare: quia non capit pro-  
phetam perire extra Hierusalē. ¶ Hierusalē Hierusalē, quae occidis prophe- 127  
tas, & lapidas eos qui mittuntur ad te: quotiens uolui congregare filios tuos,  
50 quemadmodum uis nidum suum sub pennis, & noluisti? Ecce relinquetur  
uobis domus uestra deserta. Dico autem uobis, quia non uidebitis me, donec  
ueniat cum dicetis, Benedictus qui uenit in nomine domini.

## ANNOTATIONES BREUES XLV. CIRCA LITERAM CAP. XIII.

3	Et respondens	παρὰ πάντας	ἔτι δὲ μήγε
	* ὁ ἰησοῦς	pra omnibus	sin minus,
	IESVS,	Dicebat autem — &	alioqui
5	poenitentiam habueritis,	9 similitudinē. — Arborē	15 in synagoga
	μετανοήτε	6 fici	ἐν μιᾷ τῆς συναγωγῶν
	resipueritis	συκῆν	in una synagogarum
	& infra,	Ficum	16 mulier * ἦρ erat
6	sicut	12 ficulnea	17 inclinata,
	ἥ	τῆς συκῆς	συγκύπτουσα
	Aut	ficu	deflexa
6	supra quos	12 Succide — ergo	cōtracta
	ἐφ' οὓς	13 occupat:	17 sursum respicere,
	super quos	καταργεῖ	ἀνακύψαι
6	Siloē	13 onerat	reflecti,
	τῷ σιλωάμ	dixit	erigere caput
7	quia — &	λέγει	22 Respondens autem
7	ipsi	praesens.	ἀπεκρίθη οὖν
	οὗτοι	14 stercora.	Respondens igitur
	hi	κόπρια	24 adquare:
7	praeter omnes	15 sin autem	aquatum

26	populus ὁ ὄχλος	ἀγωνίζεσθε	49	lapidas quæ occidit lapidas	
27	ergo, ἔ	35	Cum autem intrauerit ἀφ' οὗ ἀμ' ἐγεσθῆ	49	mittuntur τοὺς ἀπεσάλμηνους
	autem	37	domine * κύριε domine		præteritum
28	simile æstimabo ὁμοιωσω	39	dícet. * λέγω Dico	49	ad te πρὸς αὐτὴν
	simile faciam & infra	43	erant ἕσονται		ad se
30	requieverunt καπεσκωνήσεν	46	consummor τελειοῦμαι	50	avis ὄρνις
	nidificauerunt, nidulatae sunt		consummo absoluo	50	noluitis οὐκ ἠθελήσατε
30	eius. — Et		medium		plurale
32	totum tota. s. farina	47	non capit οὐκ ἐνδέχεται	50	relinquetur ἀφίεται
33	si an		non contingit, fieri non potest	52	præfens. uénit ὁ ἐρχόμενος
34	Contendite	48	quæ occidis		præfens

COMMENTARIUS IN CAPVT TERTIVM DECIMVM

121  Vbdit Lucas de ijs qui nunciabant domino crudelitatem Pilati, dicens. **C**Aderant autem quidam ipso in tempore, nunciantes illi de Galilæis: quorum sanguinem Pilatus miscuit cum sacrificijs eorum. Et respondens, dixit illis: Putatis quod hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt? Non, dico uobis, sed nisi poenitentiam habueritis, omnes similiter peribitis. Sicut illi decem & octo, supra quos cecidit turris in Siloë, & occidit eos: putatis quia & ipsi debitores fuerint præter omnes homines habitantes in Hierusalem? Non, dico uobis: sed si non poenitentiam habueritis, omnes similiter peribitis. **C**Pilatus missus est à Tiberio Cæsare, ut procuraret Iudæam, & aliquot Galilæos, qui sacrificandi causa Hierosolymam aduentarāt, interfecit: quibus tamen de causis non satis compertum est: & iussit eorum sanguinem sanguini uictimarum, quas immolabant, admisceri. Hoc crudele facinus nonnulli narrabant domino. Quibus ipse respōdit: Putatis quod hi Galilæi, præ oibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt? Nequaquā, dico uobis: sed nisi resipiscatis, oēs similiter peribitis. Quid est, similiter peribitis: nūquid sic interficiēdi estis, & sanguis uester sacrificio uestro miscēdus? Minime, sed perinde ut illi, male peribitis. nā quacūq; morte peccatores moriantur, male pereunt, sicut scriptum est: Mors peccatorum pessima. & rursus: Virum iniustum mala capiēt in interitu. Consimiliter & de illis decem & octo, super quos turris cecidit in Siloë, & occidit eos, dixit, quod factum etiam si non ex alijs, satis tamen ex euangelio notū est. Et magna certè ruina opprimit illos, qui ad inferos præcipitantur, & sine comparatione maior, quàm quæ in Siloë ubi fluentum illud erat, la uacrū scilicet ad quod ut oculos luto illitos lauaret, misit ex Ioanne dominus cæcum à natiuitate: qui locus ex Neemiæ tertio erat in Hierusalem, sic de instauratione urbis

Psal. 33.  
Psal. 139.  
Ioannis. 9  
Necm. 3.

urbis Hierosolymitanæ, dicentis: Et portam fontis ædificauit Sellum filius Colozai, princeps pagi Maspha: ipse ædificauit eam & textit, & statuit ualuas eius & seras, & uectes, & muros portæ Siloë in ortum regis. Et id etiam satis innuit dominus, cum ait: Putatis quia & ipsi debitores fuerint, præter omnes homines habitantes in Hierusalem: maior inquam, quàm quæ in Siloë ex casu turris obtriuuit decem & octo habitatores illius loci. Sed quomodo declinare poterunt peccatores malam illam perditionem: Si resipiscant, & carnali mundanaq; uita derelicta, ad uitam spiritus transeant, & ut seruiuerunt mundo & diabolo, sic seruiant spiritui & deo: quod est pœnitere, hoc est μετανοειν, hoc est resipiscere, & post male commissam offensam dei agnoscere, ne unquam postea admittatur. At si non resipiscant, eos diuina censura uario delet modo. Quod si non repente, ex dei prolongante miseratione, & miserante longanimitate expectantur ad pœnitentiæ fructum. De quo subdit dominus parabolam, dicente Luca. **¶** **CDi** 122  
 » cebat autem & hanc similitudinem. Arborem ficu habebat quidam plantatam in uis  
 » nea sua, & uenit quærens fructum in illa, & non inuenit. Dixit autem ad cultorem ui  
 » neæ: Ecce anni tres sunt, ex quo uenio quærens fructum in ficulnea hac, & non in  
 » uenio. Succide ergo illam. Ut quid etiam terram occupat? At ille respondens, dixit il  
 » li: Domine, dimitte illam & hoc anno, usquedum fodiam circa illam, & mittam ster  
 » cora. Et si quidem fecerit fructum: sin autem, in futurum succides eam. **¶** Qui ha  
 » bebat ficum, **CHRISTVS**, idem que deus. Ficus, peccator. Uinea, plebs sancta. Cul  
 » tor uineæ, præfides boni, siue angeli, siue homines, qui pro uiribus bonos excolunt,  
 » & malos adiuuant. Tres anni, tres peccatorum exactæ uitæ sine fructu atates. Quod  
 » petitur succidi, hoc exigit rigor iustitiæ. Annus qui expetitur, ultima pars uitæ est.  
 » Quod cultor uineæ id petit, indicat & angelos & bonos præfectos etiam rogare pro  
 » nobis, & diuinæ iustitiæ rigorem temperare, quæ uel suapte bonitate flecti uult ad mi  
 » sericordiam, quandiu resipiscentiæ peccatoris expectatio aliqua haberi potest. Fode  
 » re circa ficum, est peccatorem ad profundam sui cognitionem reuocare. Mittere ster  
 » cora, est illi peccata eius manifestare, ut illis purgatis, & cœlesti superueniente hym  
 » bre, sumptis spiritualibus alimentis, possit fructum facere. Quem si facit, etiam illo ul  
 » timo uitæ suæ diuina miseratione indulto anno, non succiditur: sed è terra mise  
 » riæ in terram uiuentium transplantatur. Si uero nullum affert fructum, succiditur.  
 » succiduntur enim mali, & in ignem mittuntur, boni autem non succiduntur, sed  
 » transplantantur, & semper uegetant, semper uiuunt, semper que fructum afferunt.  
 » Hic est parabola de ficu, indultore deo, intellectus. Et cum dicitur: Et si quidem fe  
 » cerit fructum, subauditur, non succides eam: si autem non fecerit, scilicet fructum,  
 » in futurum succides eam. Subiungit Lucas de muliere, quam dominus sabbato  
 » curauit, dicens. **¶** Erat autem docens in synagoga eorum sabbatis. Et ecce mulier 123  
 » er quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo, & erat inclinata, nec  
 » omnino poterat sursum respicere. Quam cum uideret **IESVS**, uocauit eam ad se,  
 » & ait illi: Mulier, dimissa es ab infirmitate tua. & imposuit illi manus, & conse  
 » stit erecta est, & glorificabat deum. Respondens autem archisynagogus, indi  
 » gnans, quia sabbato curasset **IESVS**, dicebat turbæ: Sex dies sunt, in quibus o  
 » portet operari. In his ergo uenite & curamini, & non in die sabbati. Respon  
 » dens autem ad illum dominus, dixit: Hypocritæ, unusquisque uestrum sabba  
 » to non soluit bouem suum, aut asinum à præsepio, & ducit ad aquam? Hanc autem  
 » filiam Abraham, quam alligauit satanas, ecce decem & octo annis. nõ oportuit solui à  
 » uinculo isto die sabbati? Et cum hæc diceret, erubescabant omnes aduersarij eius, &  
 » omnis populus gaudebat in uniuersis, quæ gloriose fiebant ab eo. **¶** Mulier, figura  
 » erat synagogæ, quam dominus in ea prædicans sabbatis, etiam sabbatis curare uole  
 » bat, Tenebatur spiritu infirmitatis annis decem & octo: quia iam uniuersa Iudæorū

- synagoga, spiritu maligno à plurimis annis erat occupata. Et erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere: quia synagoga ad terrena incuruata erat, & adeò rebus adhæserat terrenis, ut ne minimū quidē posset ad diuina resiliere. Dominus mulierem uidit, accersuit ad se, imposuit illi manus, & cōfestim sanata est, & erecta glorificabat deum. Sic dominus uidit synagogā, uocauit ad se, & dixit illi per prophetam: **Es 4. 40.** Loqui mini ad cor Hierusalem, & aduocate eam: quoniam completa est malitia eius, dimissa est iniquitas illius. Sed uocata, uenire noluit, ut dominus eam imposita manu, quæ est spiritus sancti gratia, à maligno spiritu, quo incuruata iacebat, sanaret & erigeret ad superna, & ipsa glorificaret deum. Quinimmo uocanti, & ipsam curare in sabbato uolenti, impropria irrogauit, quod figurat archisynagogus, & indignatio eius, & uerba quæ subiecit ad turbas: Sex dies (inquit) sunt in quibus oportet operari: in his ergo uenite, & curamini, & non in die sabbati. Quæ uerba monstrant synagogam obseruare scripturam ad literam, non ad spiritum: & hinc quoque eos adiecta inuidia, & hypocrisis deceptos fuisse: quam quidem carnalem intelligentiam, ut non ueram, sed ab eis fictam, dominus confutauit. Nam bouem & asinum à præsepio, sabbato soluebant, & deducebant aquatum: nec tamen ita solui sabbatum reputabāt. Quantominius igitur, qui mulierem alligatam, non uno die, sed tanto tempore, decem uidelicet & octo annis, soluit à uinculo satanæ, sabbatum non soluit: Cui cum respondere non possent, arguente ipsos ex re in dies facta, conscientia, erubescabant & confundebantur. Sic neque nunc synagoga literam occidentē sequens, respondere potest: sed erubescit ubique & confunditur: mens tamen obdurata permanet. Frons mulieris meretricis facta est illi, occaluit plaga eius. At contrā angeli & sancti omnes gaudēt super uniuersis, quæ gloriose à domino & facta sunt, & in dies fiunt, fientque usque ad consummationem seculi. Huic facto Lucas aliquot parabolas domini succincte adnectit, dicens.
- 12 4 " **¶** Dicebat ergo: Cui simile est regnū dei, & cui simile æstimabo illud: Simile est grano sinapis, quod acceptum homo misit in hortum suum, & creuit, & factum est in arborem magnam, & uolucres cœli requieuerunt in ramis eius. Et iterum dixit: Cui simile æstimabo regnum dei: Simile est fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinae sata tria, donec fermentaretur totū. **¶** Parabola de grano sinapis posita est apud Matthæum capite tertiodécimo, numero 132. necnon parabola de fermento apud eundem, capite eodem, numero 133. Deinde subdit Lucas de eo, qui de saluandorum numero interrogauit dominum, dicens.
- 12 5 " **¶** Et ibat per ciuitates & castella docens, & iter faciens in Hierusalem. Ait autem illi quidam: Domine, si pauci sunt, qui saluātur? Ipse autē dixit ad illos: Cōtendite intrare per angustā portā, quia multi (dico uobis) quærēt intrare, & nō poterūt. Cū autē intrauerit paterfamilias, & clauerit ostiū, & incipietis foris stare, & pulsare ad ostiū, dicētes, domine, aperi nobis: & respondens dicet uobis, ne scio uos unde sitis: tūc incipietis dicere: Māducauimus corā te & bibimus, & i plateis nostris docuisti. Et dicet uobis: Nescio uos unde sitis. Discedite à me oēs operarij iniquitatis. Ibi erit fletus & stridor dentiū, cū uideritis Abraam & Isaac & Iacob, & oēs prophetas in regno dei, uos autem expelli foras. Et uenient ab oriente & occidente, & aquilone & austro, & accumbent in regno dei. Et ecce sunt nouissimi, qui erāt primi: & sunt primi, qui erant nouissimi. **¶** Ibat per ciuitates & castella docens, & iter faciens in Hierusalem: hoc exemplo nos docens, quod sic faciendo ad cœlestem tendimus Hierusalem. Et cuidam interroganti, an pauci saluabuntur, respondit, cōtendum esse intrare per angustam portam, quæ est uia spiritus, uia CHRISTI: per quam nisi quis ingrediatur, à numero saluandorum excludetur. Hæc porta, aperta est usque ad diem iudicij. Paterfamilias, CHRISTVS: Intrabit & claudet ostium, post iudicium. Qui quærēt intrare post CHRISTVM, & non poterunt: reprobī omnes, & hī multi. Quod hī foris stantes, & exclusi dicent: Domine aperi nobis: id desiderium uitæ beatorum

torum designat. At hæc uox, Nescio uos unde sitis : perpetuam priuationem eius monstrat. Per eos qui dicturi sunt, Manducauimus coram te & bibimus, & in placetis nostris docuisti : designantur Iudæi à numero beatorum exclusi. & id, Nescio uos unde sitis : indicat quod in libro uitæ scripti non sunt, sed ab eo perpetuò deleti. & id, Discedite à me : condemnationem, & hoc in locum pœnarum æternarum, ubi illi torquebuntur non solum supplicijs illis, sed & sensu priuationis sui finis. At qui sicut adeptio finis est perpetua quies, & summa quæ esse possit: ita sensus priuationis, & perpetuæ quidem priuationis illius, est summa quæ esse possit inquietudo, & intimum semper eos torquens supplicium. Huc etiam accedit, quod beatorum felicitas eos torquet, ut Iudæos felicitas Abrahamæ, Isaac & Iacob, & prophetarum, ex quibus ipsi secundum carnem descenderunt, à qua felicitate se uident perpetuò exclusos : cum tamen illius gloriæ potuerint esse consortes, & multo quidem facilius, quàm innumeræ gentes ( quæ ab oriente, occidente, septentrione & austro uenientes, cum ipsis sunt in regno uitæ ) nisi infania uitæ à uis illorum eos detorsisset. Et hic luctus, hæc desperatio, hic stridor dentium, quem sustinebunt, finem non habet. Porro cum dominus dixit, Discedite à me omnes operarij iniquitatis : causam aperuit perditionis eorum. Omnis enim infidelis, operarius est iniquitatis. Et cum postremo adiecit, Ecce sunt nouissimi qui erant primi, & quæ sequuntur: indicauit quod gentes, quæ tunc erant exclusæ à regno dei, & ideo nouissimi, futuræ essent de regno dei Iudæis exclusis, & ideo primi: quod Iudæi qui tunc erant primi, quia populus dei, excludendi erant à regno dei gentibus admissis, & ideo nouissimi. Quod & nunc est, & ita erit in diem usque iudicij : nisi si qui regem suum agnoscentes, ad regnum CHRISTI conuolent, & suscipiantur ad gloriam dei: quod ipse qui solus omnia potest, & uelit & faciat de omnibus in toto orbe terrarum ubiuis gentium degentibus. Hoc ergo, Sunt nouissimi qui erunt primi: de gentibus dictum est, & hoc, Et sunt primi qui erunt nouissimi, de Iudæis. Subiungit Lucas de pharisæis, qui accesserunt ad dominum, & dixerunt ei ut desereret Galilæam, dicens. ¶ In ipsa die accesserunt quidam pharisæorum, dicentes illi: Exi & uade hinc, quia Herodes uult te occidere. Et ait illis: Ite, & dicite uulpi illi: Ecce eijcio dæmonia, & sanitates perficio hodie & cras, & tertia die consummor. Veruntamen oportet me hodie, & cras & sequenti die ambulare: quia non capit prophetam perire extra Hierusalem. ¶ Pharisæi qui accesserunt ad dominum; nequaquam amore accesserunt: sed eo quod grauis illis esset, utpotè quæ eos aperte argueret, deuinceret, confutaret. Volebant quæ illi timorem prætextu Herodis incutere, qui eo in tempore erat in Galilæa: uerum ostendit se nihil Herodem formidare, cum dixit illis: Ite, & dicite uulpi isti. Vbi, ut apertius declararet se metum, quem illi ex Herode incutere uolebant, nihilipendere, Herodem uulpem appellat: mores & astutiam eius notans. Sed & suam potentiam supra Herodis potentiam esse, ut reuera erat, insinuauit, cum ait: Ecce eijcio dæmonia, & sanitates perficio hodie & cras, & tertia die consummo, siue τελευτώμαι, id est perficio, absoluo: hic enim τελευτώμαι, licet uoce passiuum sit, actiue tamen sumendum uidetur: quo modo certe sumi potest cum sit medium. Nam CHRISTVS potentior erat dæmonibus, imò & angelis omnibus. Herodes uero non, sed contra. Sanitates operabatur CHRISTVS & uirtutes: Herodes uero cædes & neces. Et quos ille mutilabat, quos occidebat, dominus sanare, et suscitare pro arbitrio poterat. Nequaquam ergo ipse Herodē, sed Herodes eum timere debebat. Verum quia transibat de Galilæa in Samariā, Hierosolymam proficiscendo, tertia die absoluebat quæ facturus erat in Galilæa. Et hoc est etiam quod adiungit, Veruntamen oportet me hodie & cras, & sequenti die, id est hoc triduo ambulare per Galilæam. Quod si uellet Herodes me occidere, id oracula non permittunt: quia non est possibile (id enim designat οὐκ ἐνδέχεται) prophetam

126

T

- perire extra Hierusalem: quod de seipso dicit, qui is propheta erat, de quo Moses ait: Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis sicut me, suscitabit tibi dominus deus tuus. Et qui erat agnus dei, qui tollebat peccata mundi, & uerum phasē: phasē autem solum in Hierusalem immolabatur: de quo & per spiritū sanctū dictum erat: Tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen domini inuocabo. Vota mea domino reddam in conspectu omnis populi eius, in atrijs domus domini, in medio tui Hierusalem. Continuo subdit Lucas querelam domini aduersus Hierusalē, dicens. ¶ Hierusalem Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui mittuntur ad te: quous uolui congregare filios tuos, quemadmodū auis nidum suum sub pennis, & non uisisti: Ecce relinquetur uobis domus uestra, deserta. Dico autem uobis, quia nō uidebitis me, donec ueniat cum dicetis, Benedictus qui uenit in nomine domini. ¶ Cōsimilem querelam domini aduersus Hierusalem, ponit Matthæus capite uigesimo tertio, numero ducentesimo uigesimotertio: sed alio tempore, & alio loco factam: nam in Hierusalem, et paulo ante passionem, cum hæc in Galilæa, & ante illum suum insignem ingressum in Hierusalem facta sit. Et cum dicitur, Quemadmodum auis nidum suum sub pennis: per nidum auis, pullos gallinæ intelligimus. & cum id, Dico enim uobis, quod non uidebitis me donec ueniat (subaudi tempus) cum dicetis, Benedictus qui uenit in nomine domini: hic sermo ad habitatores Hierusalem, non ad eos qui circa ipsum erant, dirigitur: qui impletus est, cum iuxta Zachariæ oraculum, asinæ & pullo eius insidens, intrauit Hierusalem. Et nos quoque semper dicamus in cordibus nostris, Benedictus qui uenit in nomine domini: ut aliquando reuelata facie uidere possimus in maiestate sua regem gloriæ, & magnificare patrē celestem in spiritu sancto, & ueritate. Cui & nunc & semper sit honor & gloria, & maiestas in omnia seculorum secula. Amen.

## CAPVT QVARTVM DECIMVM.

- 128  T factum est cum introisset IESVS in domum cuiusdam principis pharisæorum sabbato manducare panem, & ipsi obseruabant eum. Et ecce homo quidam hydropticus erat ante illum. Et respondens IESVS, dixit ad legisperitos & pharisæos, dicens: Si licet sabbato curare? At illi tacuerunt. Ipse uero apprehensum sanauit eum, ac dimisit. Et respondens ad illos dixit: Cuius uestrum asinus aut bos in puteū cadet, & non continuo extrahet illū die sabbati? Et nō poterant ad hæc respondere illi. ¶ Dicebat autem & ad inuitatos parabolā, intendēs quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos: Cum inuitatus fueris ad nuptias, nō discūbas in primo loco, ne fortè honoratior te sit inuitatus ab illo, & ueniens is qui te & illum uocauit, dicat tibi, da huic locū: & tunc incipias cum rubore nouissimū locum tenere. Sed cum uocatus fueris, uade, recumbe in nouissimo loco: ut cum uenerit qui te inuitauit, dicat tibi, Amice, ascende superius. Tunc erit tibi gloria corā simul discumbētibus: quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. ¶ Dicebat autē & ei qui se inuitauerat: Cum facis prandium aut cœnam, noli uocare amicos tuos, neq; fratres tuos, neq; cognatos, neque uicinos, neq; diuites, ne fortè te & ipsi reinuident, & fiat

& fiat tibi retributio. Sed cum facis conuiuium, uoca pauperes, debiles, clau-  
 20 dos & cæcos: & beatus eris, quia non habet retribuere tibi. Retribuetur  
 enim tibi in resurrectione iustorum. ¶ Hæc cum audisset quidam de simul 131  
 discumbentibus, dixit illi: Beatus qui manducabit panem in regno dei. At  
 ipse dixit ei: Homo quidam fecit cœnam magnam, & uocauit multos. Et mi-  
 sit seruum suum hora cœnæ dicere inuitatis ut uenirent: quia iam parata sunt  
 25 omnia. Et cœperunt simul omnes excusare. Primus dixit ei: Villam emi, &  
 necesse habeo exire & uidere illam: rogo te, habe me excusatam. Et alter dixit:  
 Iuga bouum emi quinque, exeo probare illa: rogo te, habe me excusatam. Et ali-  
 us dixit: Uxorẽ duxi, & ideo nõ possum uenire. Et reuersus seruus, nũciauit  
 hæc domino suo. Tunc iratus paterfamilias, dixit seruo suo: Exi citò in pla-  
 30 teas, & uicos ciuitatis, & pauperes ac debiles, & cæcos & claudos intro-  
 duc huc. Et ait seruus: Domine, factum est ut imperasti, & adhuc lo-  
 cus est. Et ait dominus seruo: Exi in uias & sepes, & compelle intrare, ut  
 impleatur domus mea. Dico autem uobis, quia nemo uirorum illorum  
 qui uocati sunt, gustabit cœnam meam. ¶ Ibant autem turbæ multæ cum 132  
 35 eo, & conuersus dixit ad illos: Si quis uenit ad me, & non odit patrem su-  
 um & matrem, & uxorem & filios, & fratres & sorores, adhuc autẽ & ani-  
 mam suam, non potest meus esse discipulus. Et qui non baiulat crucem su-  
 am, & uenit post me: non potest meus esse discipulus. ¶ Quis enim ex uo 133  
 40 bis uolens turrim ædificare, non prius sedens computat sumptus qui neces-  
 sarii sunt, si habeat ad perficiendum: ne posteaquam posuerit fundamentum,  
 & non potuerit perficere, omnes qui uident, incipiant illudere ei dicentes:  
 quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit cõsummare? Aut quis rex itu-  
 rus committere bellum aduersus alium regem, nõ sedens prius cogitat si pos-  
 45 sit cum decẽ milibus occurrere ei, qui cum uiginti milibus uenit ad se? Alio-  
 quin adhuc illo longè agente, legationem mittens, rogat ea quæ pacis sunt.  
 Sic ergo omnis ex uobis qui non renunciat omnibus quæ possidet, non po-  
 test meus esse discipulus. Bonum est sal. Si autem sal euanuerit, in quo con-  
 dietur? Neque in terram, neque in sterquilinum utile est, sed foras mitte-  
 tur. Qui habet aures audiendi, audiat.

## ANNOTATIONES BREUES XXVIII. CIRCA LITERAM CAP. XIII.

8	respondere ἀνταποκριθῆναι		cum pudore,	ἀναπήρους	
	contra respondere	15	simul discumbentibus, τῶν συνανακειμένων σοι	mutilos & infra.	
10	inuitatus fueris * ὑποτινος ab aliquo	18	accumbentibus tecum	20	habent retribuere ἔχουσιν ἀνταποδοῦναι
10	in primo loco, εἰς τὴν πρωτοκλισίαν	18	ne fortè μήποτε	22	possunt retribuere ὃς φάγεται ἄριστον
12	in primo accubitu cum rubore μετ' ἄιχίνης		nequando, ne		qui edít prandium dicere
		19	debiles,	24	

	ut dicerent	liberos	45	quæ pacis sunt.
24	ut uenirent,	37 Et qui		τὰ πρὸς εἰρήνην
	ἔρχεσθε	ἢ ὅσις		quæ ad pacem
	Venite	Et quisquis	46	renunciat
25	simul	39 sumptus		ἀποτάσσεται
	ἀπὸ μιᾶς	—qui necessarij sunt,		ualefacit
	similiter	43 committere bellum	47	euauerit,
28	seruus * ἐκᾶνος ille,	συμβαλεῖν εἰς πόλεμον		μωρανθῆ
34	cœnam meam.	ut cōgrediat̄ in bello		infatuatum fuerit
	* πολλοὶ γὰρ εἰσι κλητοί,	43 cogitat		infulsum fuerit
	ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοί.	βουλεύεται	48	utile est, — sed
	Multi enī sunt uocati,	consultat		ἔυθετόν ἐστιν
	pauci uero electi.	44 ad se:		aptum est
34	autem	ἑὸ αὐτόν		accōmodum est
	ᾤ	contra se	48	mittetur * αὐτό illud.
	enim	45 agente,		ἑάλλουσιν
63	filios,	ὄντος		mittunt
	τὰ τέκνα	existente		præfens plurale act̄.

COMMENTARIVS IN CAPVT QVARTVM DECIMVM.



128

»  
»  
»  
»  
»  
»  
»  
»  
»

Vbiicit hic Lucas signum de hydropico, quem dominus sanauit in sab-  
bato, & de confutatione pharisæorum, dicens. ¶ Et factum est cum  
introisset IESVS in domum cuiusdam principis pharisæorum sab-  
bato manducare panem, & ipsi obseruabant eum. Et ecce homo quidam hy-  
dropicus, erat ante illum. Et respondens IESVS, dixit ad legisperitos & pharisæos, di-  
cens: Si licet sabbato curare ( At illi tacuerunt. Ipse uero apprehensum sanauit eum,  
ac dimisit. Et respondens ad illos dixit: Cuius uestrum asinus aut bos in puteum ca-  
det, & non continuo extrahet illum die sabbatij? Et non poterant ad hæc respondere  
illi. ¶ Obseruabant eum pharisæi, sed illud obseruare, erat insidiari si quid diceret aut  
faceret, quod reprehendere uel apparēter possent: uerē enim non poterāt. Et ecce ho-  
mo quidam hydropicus, erat ante dominum. Et interrogauit dominus legisperitos  
& pharisæos, an liceret eiusmodi sabbato curare. At illi interrogati, tacuerunt: uolen-  
tes factum (si fortē faceret) reprehendere. Verum ex re gesta, uera ratione sumpta, cō-  
futuauit quod uolebant obijcere. Sanauit itaq; uidentibus ipsis illum hydropicum, so-  
lius plus quàm benedictæ manus tactu. Et quid est hydropicus, nisi qui profundissi-  
mæ aquæ immerfus est? Et quid est ipsum sanare, nisi illum ex aquis illis ipsum suffo-  
cantibus & enecantibus, extrahere? Ex re ergo proponit eis rationē, dicens: Quis ue-  
strum est, cuius asinus aut bos in puteum ceciderit, & non continuo extrahet illum,  
etiam die sabbatij? Quod inficiari non poterant: faciebant enim sine cōscientia ulla sol-  
uendi sabbatij. Quomodo ergo soluebat sabbatum, qui sabbato extrahebat homi-  
nem ab aquis enecantibus & suffocantibus ipsum, id est sanabat hydropicum: cū mul-  
to melius sit saluare hominem, quàm pecus aliquod aut iumentum: Huic rationi re-

psal. 20.

129

»  
»  
»  
»

spondere non potuerunt, sed tacuerunt confusi, quia ut scriptum est: Cogitauerant  
consilia quæ non potuerunt stabilire. Porro multos princeps ille pharisæorum unā  
cum domino ad conuiuium illud inuitauerat, quos ad humilitatem suo sermone do-  
minus instruxit, sic nobis aperiente Luca. ¶ Dicebat autem ad inuitatos parabolam,  
intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos: Cum inuitatus  
fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, ne fortē honoratior te sit in-  
uitatus ab illo: & ueniens is qui te & illum uocauit, dicat tibi: Da huic locum. &  
tunc incia

» tunc incipias cū rubore nouissimū locū tenere. Sed cum uocatus fueris, uade, recūbe  
 » nouissimo loco: ut cū uenerit qui te inuitauit, dicat tibi: Amice, ascēde superius. Tūc  
 » erit tibi gloria corā simul discumbentibus: quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: &  
 » qui se humiliat, exaltabitur. ¶ Intendebat & animaduerteat dominus quomodo  
 primos accubitus eligerēt, & proposuit eis hāc ex re subiecta parabolā: quæ quāuis  
 ex re præsente sumpta sit, aliquid tamē altius indicat. Qui inuitat ad nuptias, filius dei.  
 Inuitati qui ueniunt, fideles omnes. Nuptiæ, nuptiæ eius qui sponsus est & ecclesiæ,  
 quæ est sponsa semper uirgo, quæ unitur sponso suo diuinis unitionibus, quibus pu-  
 ritas & sanctitas semper illi accrescit ac multiplicatur: unitur enim spiritu. Mensa, al-  
 tare domini, Cibus, agnus pro omnibus immolatus. Potus, sanguis eius preciosissi-  
 mus. In primo loco recumbere uult, qui se existimat dignissimum: quod prohibet do-  
 minus, quia id magnæ superbix est. Et is iusto dei iudicio (prælati melioribus) ulti-  
 mum locum in conuiuio dei tenere incipiet, & id cum rubore, cum culpam suam cœ-  
 perit agnoscere. Proinde quantuncunq; beneficijs aut naturæ, aut fortunæ dona-  
 tus sit, ut diuitijs, honoribus, uiribus, elegantia formæ, præclaro genere, scientijs, aut  
 diuinis quæ his omnibus maiora sunt, illustrationibus & gratijs: qui ad nuptias has  
 uocatus est, existimet se profunda humilitate indignissimum, attenda inuitantis maie-  
 state, cōuiuij sanctitate & apparatu, qui omnia creata & cœlestia & terrestria supe-  
 rat preciositate. Qui se ut se respicit, & hæc quidem est ueritas, hic in ultimo loco ac-  
 cumbit: alioqui non est humilis corde, & similis, quo ad formam infirmitatis nostræ  
 assumptam, se inuitanti. Ideo non sua existimatione, sed inuitantis definitione datur  
 illi, si quis datur in sacro conuiuio locus honoris & gloriæ: & est illi gloria coram an-  
 gelis & sanctis dei. Quod adijcitur, Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui  
 se humiliat, exaltabitur: parabolæ declaratio est, & uniuersale ad uitam nostram do-  
 cumentum. Nostri enim quantum ex nobis est, non est nisi humiliari: dei autem so-  
 lius est exaltare. Idcirco qui se exaltat, humiliabitur: & à deo quidem, cuius est exal-  
 tare. Et qui se humiliat, quia id facit quod facere debet, etiam si minus, quàm face-  
 re debeat: quia nunquam satis se deo ullus hominum humiliare potest, uno CHRIS-  
 TOSTO excepto: idcirco à deo cuius solius est exaltare, gratia magis quàm merito ex-  
 altatur: immo si quis merito, solus CHRISTVS uidetur exaltatus, qui solus nihil de-  
 buit, sed quæ non debuit, exoluit (quemadmodum scriptum est: Quæ non rapui, tūc psal. 68.  
 exoluebam) ut ceteros exaltaret gratia. O humilitas, cognitionis nostræ oculus: sed  
 in diuina luce acceptatio dei, & capacitas gratiæ, quàm es hominibus necessaria:  
 Nullus sine te, & se & deum cognoscit, Nullus sine te, perfectè amat. Nullus sine  
 te, ad summam (quæ summa est beatorum felicitas) cum deo unionem eleuatur.  
 Ut autem dominus hanc ad conuiuias parabolam habuit, ad eum qui & ipsi cum cæ-  
 teris parauerat corporale conuiuium, sermonem conuertit, ut ait Lucas, dicens.  
 » ¶ Dicebat autem & ei qui se inuitauerat: Cum facis prandium aut cœnam, noli uo- 130  
 » care amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque uicinos, neque diui-  
 » tes: ne fortè & ipsi te reinuident, & fiat tibi retributio. Sed cum facis conuiuium,  
 » uoca pauperes, debiles, claudos & cæcos: & beatus eris: quia non habent retribuere  
 » re tibi: retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum. ¶ De conuiuio & cœna  
 corporali hæc dicuntur, & ijs quidem quæ in opus charitatis fiunt, quæ & propter  
 deum solum fieri debent. Et sic certè cum facultates adsunt, conuiuia nostra fieri de-  
 berent potius quàm modo solito, ubi neque amicos, neque fratres, neque cognat-  
 os, neque uicinos diuites uocemus. Nam si uocemus amicos, affectus esse po-  
 test consuetudinis: si fratres & cognatos, sanguinis: si uicinos diuites, mutux uicis-  
 situdinis. Sed non sic, si uocemus pauperes, mutilos, claudos & cæcos: nam hos uo-

cando, nullus nisi dei respectus haberi uideatur, cū non habeant quo gratiā sibi factam referant: deus tamen, gratia cuius purè id opus faciendum est, erit in immensum magis quàm intelligi possit, retributor. Est enim pater pauperum, & æternorum bonorum largitor, quæ est hæreditas illorum si sint pauperes spiritu, & tribulationes mundi patienter sustineant: & ita retribuet abundanter in resurrectione iustorum, id est cum regnum dei erit impletum, & factum uniuersum de bonis ac malis iudicium. Quod audiens quidam ex discumbentibus, spiritu CHRISTI & uerbis eius tactus, dixit quod subdit Lucas, cui & subiungit responsum domini, dicens. ¶ Hæc cum audisset quidam de simul discumbentibus, dixit illi: Beatus qui manducabit panem in regno dei. At ipse dixit ei: Homo quidam fecit cœnam magnam, & uocauit multos. Et misit seruum suum hora cœnæ, dicere inuitatis ut uenirent: quia iam parata sunt omnia. Et cœperunt simul omnes excusare. Primus dixit ei: Vilis emi, & necesse habeo exire, & uidere illam: rogo te, habe me excusatum. Et alius dixit: Iuga bouum emi quinque, & eo probare illa: rogo te, habe me excusatum. Et alius dixit: Vxorem duxi, & ideo non possum uenire. Et reuersus seruus, nunciavit hæc domino suo. Tunc iratus paterfamilias, dixit seruo suo: Exi citò in plateas & uicos ciuitatis, & pauperes, & debiles, & cæcos, & claudos introduc huc. Et ait seruus: Domine, factum est ut imperasti, & adhuc locus est. Et ait dominus seruo: Exi in uias & sepes, & compelle intrare, ut impleatur domus mea. Dico autem uobis, quia nemo uirorum illorū qui uocati sunt, gustabit cœnam meam. ¶ Cum dicebat conuiuia: Beatus qui manducabit panem in regno dei: intelligebat uitam beatorum, quæ est satietas omnium bonorum: sed non omnes manducatuos, sua parabola dominus ostendit. Qui facit cœnam magnam, dominus est, & ipse idem paterfamilias. Ideo autem cœna dicitur, quia erit in fine, in nouissima resurrectione. Inuitauit prius ad cœnam suam, per prophetas, per semetipsum, per apostolos & assectatores eorum, & adhuc inuitat usque ad finem mundi. Primi inuitati, qui recusant uenire, quia emerunt uillam: sunt honorum huius uitæ ambiciosi. Qui se excusant, quia quinque iuga bouum emerunt: sunt qui cumulandis huius mundi opibus inhiant. Iuga quinque dicuntur, quia omnes sensus in illis habendis occupantur: quod si deus sextum dedisset, sextus quoque esset occupatissimus. Qui uero se excusatos haberi uolunt, quia uxorem duxerunt: sunt quos detinēt mundi huius uoluptates, intemperantiæ, & luxuriæ. Quod mittit seruum hora cœnæ: designat id fore in ultimo tempore, circa mundi huius exitum. Vbi & ex Iudæis colligentur, qui neque diuites, neque potentes, neque in oculis suis sapientes, neque putantes ueteris legis obseruatione posse saluari, sed gratia Messæ & ueniendo ad cœnam filij dei, ad quam per seruum eius, siue is futurus sit angelus intus illuminans, siue spiritalia homines foris ueritatem inspirante deo administrantes, uocati fuerint. Et non solum ex Iudæis colligentur, sed ex uijs & sepibus gentium, ut nationes etiam ad longa usque tempora incognitæ: quæ & quodam modo compellentur intrare, ut impleatur numerus electorum. Et quod hic dicitur, Dico autem uobis, quia nemo uirorum illorum qui uocati sunt, gustabunt cœnam meam: de ijs intelligitur qui primū uocati, se excusauerunt. Caterum quid est, Non gustabunt cœnam meam: Non manducabunt panem in regno dei: ut intelligatur illi respondere, quod bono desiderio percitus, dixerat ei cōuiuia. Nihil ergo honores, diuitiæ ac possessiones, & fluxæ mundi uoluptates nos detinere debent, quo minus inuitati (illis reiectis) ad conuiuium celeste, ad uitam beatorum, ad supremum gaudium commigremus. Similem parabolam habet Matthæus capite uigesimo secundo, numero ducentesimo sexto: sed illa est de prandio & conuiuio in hoc mundo; non autem de nouissima in regno cœlesti cœna. Itaq;

na. Itaque CHRISTVS in hoc mundo habet prandium: sed cœna eius in cœlo perficitur. Prandiũ protenditur à tempore passionis suæ usq; ad mundi huius cõsummationẽ: cœna autem eius continuabitur per totam æternitatis immensitatem. Mox subdit Lucas, quæ dominus turbis se sequentibus dixerit, dicens. ¶ Ibant aut turbæ multæ cum eo, & conuersus dixit ad illos: Si quis uenit ad me, & non odit patrem suum & matrem, & uxorem & filios, & fratres & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. Et qui non baiulat crucem suam, & uenit post me, non potest meus esse discipulus. ¶ Cum hic dicitur: Si quis uenit ad me, & non odit patrem suum & matrem, & uxorem & filios, & fratres & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus: illud odire non opponitur ipsi amare: sed ex Matthæo capite decimo, numero centesimosecundo, perinde est ac si dicamus: Qui non minus amat patrem suum & matrem, & uxorem & filios, & fratres & sorores, adhuc autem & animam suam, non est indignus, non potest meus esse discipulus. In quo dominus se deum manifestat, qui supra omnem diligendum est diligendus. Licet ergo & pater & mater, & uxor & filij, & fratres & sorores, & omnis proximus, ex dei præcepto sit diligendus: non tamen plus, neque æqualiter domino est diligendus: quia hunc aut illos deo præferemus aut æquaremus. Minus ergo quisque eorum est diligendus: nimirum iuxta suam quisque conditionem, ceu pater ut pater, & ut conditoris simulacrum, uxor ut uxor, & ut unitæ deo nostræ naturæ uestigium; & ita de reliquis. Deus autem plus omnibus diligendus est. Et illa minus & plus, quodammodo opposita sunt. Et quia illud plus, quo deus amatur, simpliciter amor est: amor ille tantus est, & tantus esse debet, ut cæteri amores non uideantur amores: ideo illud minus quo alia amamus, illius pluris comparatione uideri debet non esse amor: ut lux syderum in die uidetur non esse lux, sed æque in die disparet atque tenebræ. Quare illud minus, respectu illius pluris, est ut odium: etsi simpliciter non sit odium, perinde ut præfente solis iurare, lux syderum est, ut non lux & tenebræ, etsi non sit non lux aut tenebræ. Cum dicitur, Adhuc autem & animam suam; per animam, hæc uita intelligitur. Et quod plus amauerint CHRISTVM, quàm propriam uitam, gloriosi martyres ostenderunt: immo hanc uitam desyderio CHRISTI, odio habuisse uisi sunt. De cruce baiulanda, & illic apud Matthæum numero centesimotertio habetur, & apud Marcum capite octauo, numero quadragesimotertio. Et subdit Lucas parabolam, quam superiori sermone subiunxit dominus, dicens. ¶ Quis enim ex uobis uolens turrim ædificare, non prius sedens computat sumptus, qui necessarij sunt, si habeat ad perficiendum: ne postea quàm posuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes qui uident, incipiant illudere ei, dicentes: quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit cõsummare? Aut quis rex iturus committere bellum aduersus alium regem, non sedens prius cogitat si possit cum decem milibus occurrere ei, qui cum uiginti milibus uenit ad se? Alioquin adhuc illo longè agente, legationem mittens, rogat ea quæ pacis sunt. Sic ergo omnis ex uobis, qui non renunciat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Bonum est sal: si autem sal euauerit, in quo condietur? Neque in terram, neque in sterquilinum utile est, sed foras mittetur. Qui habet aures audiendi, audiat. ¶ Turris, est altus ille amor, quo CHRISTVS est diligendus. Fundamentũ, est ob illũ amorẽ abdicatio uoluntatis ab omni alia re, ita ut omnis res alia nihil sit, & omnis alterius rei amor cõtemplatione illius nõ sit amor. Sũptus qui sunt faciendi ad huius alti ædificij cõsummationẽ, est abiectio omnium affectuum & concupiscentiarum: adeo ut ad nullam aliam rem afficiamur nisi ad id ipsum solũ. Quod si ad aliquid aliud habeamus, uel quantulumcunq;

affectum, etiam quasi non affectum, id adhuc non sit propter illud aliud, sed propter  
 id ipsum. Qui coepit aliquos affectus abijcere, ut esset deo dignus, deum que pos-  
 set amare, sed adhuc alios quosdam ad res aliquas sibi retinet: hic coepit aedificare,  
 sed non potuit consummare, & male supputauit sumptus. non enim tantillis expen-  
 sis amor dei perficitur, sed expositis omnibus quae habemus. Duo reges sunt, unus  
 amor dei, alter mundi, sui que ipse amor: quid enim non regit amor? Huius re-  
 gnum, homo: illius, deus. Homo ergo qui amorem dei habere uult (non enim po-  
 test utrunque simul habere: quandoquidem contrarij sunt, & iuge inter se bellum  
 committunt) emittere debet amorem mundi, id est sui cum concupiscentijs & de-  
 syderijs (sunt autem decem milia desyderiorum mundi, ac distractionum: quibus  
 mens humana indies misere diuellitur) & reputare apud se, num illis emittis possit  
 diuinum amorem capere. Quod si uideat alias adhuc sibi superesse, quas non emi-  
 serit, non potest illum capere: nam multo potentior est. Quid igitur facit homo il-  
 le? Cum adhuc amor dei longè abest à se, mittit legationem, rogans ea quae pacis  
 sunt: quia per totam uitam in timore uiuens diuinæ iustitiæ, quae est ultrix inimico-  
 rum sui regis, diuini scilicet amoris, implorat ea quae sunt misericordiae: alioqui con-  
 tinuò periret, si esset placitum potentioris regis. Si uero amorem mundi penitus emi-  
 serit, & omnes omnium affectuum copias, nullam que sibi retinuerit, suscipiet in se  
 regem illum, qui suscipi & solus in precio haberi uult: & tunc in securitate uiuet per  
 uitam, iustitiam dei non magis reformidans, quàm eius misericordiam, utraque in  
 ipso in pace & in aequali amore regnante. Immo haec tria, diuinus amor, iustitia, &  
 misericordia in proprio regno idem rex sunt, trina redimitus corona. Quod do-  
 minus subiungit: Sic ergo omnis ex uobis, qui non renunciauerit omnibus quae  
 possidet, non potest meus esse discipulus: hoc parabolam aperit. Sed age, cum ait  
 dominus: Qui non renunciauerit omnibus quae possidet, iubet ne deserere omnia  
 quae habet reipsa? Non tam reipsa uidetur, quàm ipsos deserere affectus, & illa (si eti-  
 am adsint) nihil pendere bonorum spiritualium contemplatione: quae sunt, diuina  
 iussio implenda, diuina imitatio, diuina dilectio, diuinae que gratiae. Qui tamen fa-  
 cultates habet, uideat ne possideat, id est sine usu teneat: nam usus iubetur, affectio  
 & possessio inhibetur. Et illa esse in usu, sed bono sancto que usu, non prohiben-  
 tur. Alioqui quomodo diceret: Venite benedicti patris mei, possidete paratum uo-  
 bis regnum à constitutione mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare. Sitiui,  
 & dedistis mihi bibere. Hospes eram, & collegistis me. Nudus, & operuistis me. In-  
 firmus, & uisitastis me. In carcere eram, & uenistis ad me. Et haec intelligere, & in-  
 tellecta exequi, sapientia dei est. Videamus ergo ne eam sinamus insipidam. Qui enim  
 haec intelligit, & negligit, neque opere exequitur, infatuatur & redditur similis ter-  
 reno sali: quod si infatuatur, id est reddatur insipidum, nullius ultra erit utilitatis, ne-  
 que ab condiendum alia, neque ut loco habeatur terrae in qua quicquam feratur, ne-  
 que ut uicem simi obtineat, quo terra reddatur laetior, sed foras proijciendum est. Ad  
 hunc quidē modū is, in quo haec sapientia uanescit, neque ad docendū alios ultra aptus  
 est, neque ut in se percipiat semina gratiarū, neque ut alios praearet, & idoneos suscipiē-  
 dis gratijs efficiat. Porro cum dominus adiicit: Qui habet aures audiendi, audiat: exci-  
 tat mentes nostras ad perquirendum suorum dictorum mysteriū. Quae misericordia  
 eius det nobis sic perquirere, perquisita intelligere, & intellecta opere implere: ut a  
 more eius transformati, & supra mundum euecti, pedibus nostris terrenum mun-  
 di tyrannum conculcemus amorem, & cum rege nostro amorū domino habitemus.  
 Qui solus est rex regum & uerus amor, & solus colendus amor, solus qui omnia  
 amore condidit pater, uerbum, spiritus sanctus, sapientia, iustitia, misericordia, unum  
 nomen,

Matth. 25

nomen, una diuinitas, unus deus. Cui semper sit omnis honor, & gloria & potestas, in omnia seculorum secula, Amen.

## CAPVT QVINTVM DECIMVM.



Rant autem appropinquantes ei publicani & peccatores, 134  
 ut audirent illum. Et murmurabant pharisæi & scribæ di-  
 centes, quia hic peccatores recipit & manducat cum illis.  
 Et ait ad illos parabolam istam, dicens: Quis ex uobis ho-  
 5 mo, qui habet centum oues, & si perdidit unam ex illis:  
 nōne dimittit nonagintanouem in deserto, & uadit ad illam quæ perie-  
 rat, donec inueniat eam? Et cum inuenerit eam, imponit in humeros suos  
 gaudens, & ueniens domū, cōuocat amicos & uicinos, dicēs illis: Cōgratu-  
 lamini mihi, quia inueni ouē meā quæ perierat. Dico uobis, quod ita gau-  
 10 diū erit in cœlo super uno peccatore pœnitentiā agēte, quā super nonagin-  
 tanouem iustis, qui nō indigent pœnitentia. ¶ Aut quæ mulier habēs dra- 135  
 chmas decem, si perdidit drachmam unam: nōne accendit lucernam &  
 euertit domum & quærit diligēter, donec inueniat eam? Et cum inuenerit,  
 conuocat amicas & uicinas, dicens: Congratulamini mihi, quia inueni dra-  
 15 chmam quam perdideram. Ita dico uobis, gaudium erit corā angelis dei su-  
 per uno peccatore pœnitentiam agente. ¶ Ait autē: Homo quidā habuit 136  
 duos filios, & dixit adolescentior ex illis, patri: Pater, da mihi portionē sub-  
 stantiæ quæ me contingit. Et diuisit illis substantiam. Et non post multos  
 dies cōgregatis omnibus, adolescētior filius peregre profectus est in regio-  
 20 nem longinquam, & ibi dissipauit substātiā suā, uiuendo luxuriose. Et  
 postquā omnia cōsummasset, facta est fames ualida in regione illa, & ipse  
 cœpit egere. Et abiit, & adhæsit uni ciuiū regionis illius. Et misit illū in uil-  
 lam suā ut pasceret porcos. Et cupiebat implere uentrē suū de siliquis, quas  
 porci manducabant, & nemo illi dabat. In se autem reuersus, dixit: Quanti  
 25 mercenarii in domo patris mei abundant panibus, ego autē hic fame pereor?  
 Surgam & ibo ad patrem meum, & dicam ei: Pater, peccaui in cœlum & cō-  
 ram te: iam non sum dignus uocari filius tuus, fac me sicut unum de mer-  
 cenariis tuis. Et surgens uēnit ad patrem suum. Cum autem adhuc longē  
 esset: uidit illum pater ipsius, & misericordia motus est, & accurrens cecidit  
 30 super collū eius, & osculatus est eum. Dixitq; ei filius: Pater, peccaui in cœ-  
 lum & coram te: iam non sum dignus uocari filius tuus. Dixit autē pater ad  
 seruos suos: Citò proferte stolā primā, & induite illum, & date anulū in  
 manum eius, & calceamēta in pedes eius. Et adducite uitulum saginatum  
 & occidite, & māducemus & epulemur: quia hic filius meus mortuus erat,  
 35 & reuixit: perierat, & inuentus est. Et cœperunt epulari. Erat autem filius  
 eius senior in agro. Et cū ueniret & appropiquaret domui, audiuit sympho-

niam & chorum, & uocauit unū de seruis, & interrogauit quid hæc essent. Isq; dixit illi: Frater tuus uēnit, & occidit pater tuus uitulū saginatum, quia saluum illum recepit. Indignatus est autem, & nolebat introire. Pater ergo illius egressus, cœpit rogare illum. At ille respondens, dixit patri suo: Ecce 40 tot annis seruius tibi, & nunquam mandatū tuum præterui, & nunquā dedisti mihi hœdū, ut cum amicis meis epularer. Sed postquā filius tuus hic, qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus, uēnit: occidisti illi uitulū saginatum. At ipse dixit illi: Fili, tu semper mecū es, & omnia mea tua sunt. Epulari autē & gaudere oportebat: quia frater tuus hic, mortuus erat 45 & reuixit: perierat, & inuentus est.

ANNOTATIONES BREUES XXXI. CIRCA LITERAM CAP. XV.

1	appropinquantes ei	18	non post	& infra.
	* πάντες		post non	34 epulemur,
	omnes	20	substantiam	ἐυφρανθῶμεν
	Congratulamini		τὴν οὐσίαν	laetemur
	συγγαίσητε	21	consummasset,	& infra.
	Congaudete		δαπανήσαντος	35 reuixit,
	& infra,		expensisset,	* ἢ &
12	nōne	22	consumpsisset	& infra.
	οὐχὶ		uillam	37 chorum,
	non		τὸν ἀγρὸν	χορῶν
13	euertit	24	plurale.	plurale.
	δαροῖ		Quanti	37 de seruis,
	euerit,		Quot	τῶν παίδων
	uerit	25	ego autem — hic	de pueris
13	inueniat — eam.	26	coram te,	39 Indignatus est
15	erit		* &	ὠργισθῆναι
	γίνεται		& infra.	Iratus est
	fit	37	iam	40 cœpit rogare
16	habuit		ἔτι	παρεκάλει
	εἶχε		posthac	rogabat,
	imperfectum.	29	esset,	adhortabatur
17	substantiæ		ἀπέχοντος	40 patri
	τῆς οὐσίας		abesset	— suo.
18	me contingit.	32	seruos suos. — Citò	43 substantiam
	μοι δ' ἐπιβάλλομαι	33	pedes — eius.	τὸν βίον
	mihī euenit,	34	occidite,	43 suam
	ad me attinet		θύσατε	σου
18	substantiam.		immolate,	tuam
	τὸν βίον		maçtate	

COMMENTARIUS IN CAPVT QVINTVMDECIMVM



Vb̄dit Lucas parabolam centum ouium, quam proposuit dominus Scribis & Phariseis super bonitate dei murmurantibus, dicens, ¶ Erant autem appropinquantes ei publicani & peccatores, ut audirent

» audirent illum . Et murmurabant pharisæi , & scribæ , dicentes : quia hic peccator  
 » res recipit , & manducat cum illis . Et ait ad illos parabolam istam , dicens : Quis ex  
 » vobis homo qui habet centum oves , & si perdidit unam ex illis , nõnne dimittit  
 » nonagintanouem in deserto , & vadit ad illam quæ perierat , donec inueniat eam ? Et  
 » cum inuenerit eam , imponit in humeros suos gaudens , & ueniens domum , cõuocat  
 » amicos & uicinos , dicens illis : Congratulamini mihi , quia inueni ouem meam , quæ pe  
 » rierat . Dico vobis , quod ita gaudium erit in cœlo super uno peccatore pœnitentiam  
 » agente , quàm super nonagintanouem iustis , qui non indigent pœnitentia . ¶ Pecca  
 » tores nihil in se confidentes , quia nihil habeant in quo confidant , sed in solo deo , ma  
 » gis appropinquant deo , quàm alij qui in iustitia sua confidunt , scelerum conscios se  
 » minime fatētes . Et hi , per scribas & pharisæos : illi , per publicanos & peccatores illos ,  
 » qui ad uerbum CHRISTI accurrebant , figurantur . Tunc autem appropinquat : cum  
 » uerbum dei audiunt , cum pœnitentiam agunt , id est respiscunt : & indies magis at  
 » que magis , donec perfecte respicuerint : dummodo gratia dei iusti effecti , non ma  
 » gis in se confidant , quàm prius cum omnino erant iniusti , sed in solo deo : nam in te  
 » tuacq; iustitia gloriari & confidere , superbia est : perinde ut si in pulchra tibi donata ue  
 » ste gloriareris , Gloriare igitur & confide in eo , qui illa dedit & potestatem ipsi co  
 » operandi : non in teipso , ceu ridiculus pauo , qui nunquam gloriatur , quin anum de  
 » tegat , & turpia deformiacq; ostendat . Attende domini tui bonitatem , qui te errantem  
 » requirit : & tanta quidem sollicitudine & amore , ut tui solius uideatur curam gerere ,  
 » & alia relinquere : quicq; errorem tuum suis sanctis humeris imponit , & te in domum  
 » suam in sanctam ecclesiam inducit , conuocatis tum angelis , tum sanctis omnibus ad  
 » gaudium . Quod reduceris ab errore , nequaquam tuum est , sed domini benignitas ,  
 » perquisitio , inuentio . Quod respiscis : non tuum est , sed domini tui in ecclesiam indu  
 » ctio , & angelorum & sanctorum ad auxilium tibi præstandum , ut uerè respiscere  
 » possis , à superbono deo gratulatoria aduocatio . Quod si id attendat peccator , uerè re  
 » spiscens , & solius dei semper gloriam attendens , & in eo semper confidens , & nun  
 » quam in se , suæ iustitia : maius gaudium est in cœlo super uno tali peccatore sic resi  
 » piscente , quàm super nonagintanouem iustis , qui suæ iustitiæ fidunt , neque putant  
 » se pœnitentia egere . De talibus enim iustis , hæc parabola proponitur . Nõ tamen dico  
 » quin talibus iustis deus sit futurus , ppitius ( non est enim nostrũ , iudicia dei facere ) sed  
 » quod super illis qui nihil in se unquam confidunt , quamuis etiam tum primum re  
 » spiscant , magis gaudet angeli , testimonio hic saluatoris , quàm super istis : uidet enim  
 » illos quàm istos futuros sibi similiores , & ad maiorem gloriam , superueniente illa dei be  
 » nignitate , euehentos . Arbitrorq; angelos , quantũcunq; sint gloria & maiestate subli  
 » mes , nihil sibi , sed omnia deo tribuere . Nil mirũ ergo si super talibus gaudent angeli ,  
 » qui in hoc ipso sunt sibi similiores . Et hæc fermè parabolã habet Matthæus ca . duode  
 » uigesimo , numero centesimo septuagesimoseptimo . Et se hic statim mysticæ intelli  
 » gentiæ prodit mysteriũ , Cõtinenter subdit dominus , referante Luca , aliã parabolã de  
 » muliere , & una e decem post perditionem rursus inuenta drachma , dicens . ¶ Aut 139  
 » quæ mulier habes drachmas decem , & si perdidit drachmam unã : nõnne accendit  
 » lucernam & euerrit domũ , et quærit diligenter donec inueniat eam ? Et cũ inuenerit ,  
 » conuocat amicas & uicinas , dicens : Congratulamini mihi , quia inueni drachmã quã  
 » perdideram . Ita dico uobis , gaudium erit coram angelis dei , super uno peccatore pœ  
 » nitentiam agente . ¶ Hæc parabola præcedenti nonnihil habet affine . Mulier ha  
 » bens decem drachmas , aeterna sapientia est . Drachma , quæ est genus numi chara  
 » ctere principis insigniti , insinuat naturas intellectuales , diuinam imaginem in se  
 » ferentes . Princeps , deus est . Nouem drachmæ non perditæ , quæ in supernis ha  
 » bitant cœlestium locis , nouem hierarchiæ . Drachma perditã , genus humanum

Domus quæ eueritur, id est scopis mundatur: mundus. Qui autem euerit & purgat, ad reperiendam drachmam perditam: filius dei, ipsaq; æterna sapientia, quæ sua ipsius purgandi diligentia recuperavit genus nostrum. Amicæ & uicinæ, quæ ad cõmune uocantur gaudium: superiores substantiæ, sanctæq; intelligentiæ. Quod adijcit dominus, Ita dico uobis, gaudium erit coram angelis dei super uno peccatore pœnitentiã agente: particulariter aperit mysterium. particulariter dico, quia per drachmam illam perditam, sed rursus inuentam, significatur peccator agens pœnitentiã, ac genus humanum, quod per pœnitentiã diuina miseratione reuocatur ad cœlum. Sed non adijcit, quàm super nouẽ iustis, qui nunquã perditũ fuerũt: qui per nouẽ drachmas nunquã perditas designarentur: quia de ijs iustis hæc parabola intelligitur, qui supereminenti dei iustitiã iusti sunt, & perfecte iusti: & id ipsum quod iusti sint, totum deo acceptum referunt, super quibus semper ingens est in cœlo gaudium. Haud ab re igitur, quod calci superioris parabolæ adiectum est, isti adiectum non est. Deinde aliam subiungit Lucas, quam dominus locutus est parabolam, dicens. ¶ Ait autem: Homo quidam habuit duos filios, & dixit adolescentior ex illis patri: Pater, da mihi portionem substantiæ, quæ me contingit. Et diuisit illis substantiam. Et nõ post multos dies congregatis oĩbus, adolescentior filius peregre profectus est in regionem longinquã, & ibi dissipauit substantiã suã, uiuẽdo luxuriose. Et postquã omnia consummasset, facta est fames ualida in regione illa, & ipse coepit egere. Et abiit, & adhæsit uni ciuium regionis illius. Et misit illum in uillam suam ut pasceret porcos. Et cupiebat implere uentrem suum de siliquis, quas porci manducabant: & nemo illi dabat. In se autem reuersus, dixit: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereor: Surgam & ibo ad patrem meum, & dicam ei: Pater, peccaui in cœlum & coram te: iam non sum dignus uocari filius tuus, fac me sicut unum de mercenarijs tuis. Et surgens uenit ad patrem suum. Cum autem adhuc longè esset, uidit illum pater ipsius, & misericordiã motus est, & accurrens cecidit super colulum eius, & osculatus est eum. Dixitq; ei filius: Pater, peccaui in cœlum, & coram te: iã nõ sum dignus uocari filius tuus. Dixit aut̃ pater ad seruos suos: Citò proferte stolam primam, & induite illum, & date annulum in manum eius, & calceamenta in pedes eius. Et adducite uitulum saginatum, & occidite, & manducemus & epulemur: quia hic filius meus mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus est. Et coeperũt epulari. Erat autem filius eius senior in agro. Et cum ueniret & appropinquaret domui, audiuit symphoniã & chorum. Et uocauit unum de seruis, & interrogauit quid hæc essent. Isq; dixit illi: Frater tuus uenit, & occidit pater tuus uitulum saginatũ, quia saluum illum recepit. Indignatus est autem, & nolebat introire. Pater illius egressus, coepit rogare illum. At ille respondens, dixit patri suo: Ecce tot annis seruius tibi, & nunquam mandatum tuum præteriuĩ, & nunquam dedisti mihi hoedum, ut cum amicis meis epularer. Sed postquam filius tuus hic, qui deuorauit substantiã suam cum metricibus, uenit, occidisti illi uitulum saginatum. At ipse dixit illi: Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt. Epulari autem & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus est. ¶ Homo qui duos filios habuit, deum omnium patrem figurat. Duo filij, duos populos. Senior, populum Hebræorum: & iunior, gentilem. Pater substantiam illis diuisit: quando partes orbis discreuit, & bona naturæ & fortunæ, interna & externa utrisque concessit. Adolescentior peregre profectus est in regionem longinquam: quia in uiam peccati, quæ maxime separat, elongatq; à deo, qui pater est cuique *δυσίας*, id est substantiæ distributor. Adolescentior dissipauit, & prodegit omnẽ substantiã suã: quia omnia dona dei, omni luxu male uiuendo corruptit. Fames maxima facta, inopia doctrinæ uitæ. Cum ergo adolescentior omnia consumpsisset, & in sentinam malorum deuenisset: tãta facta est inopia

inopia uitalis salutarisque doctrinae, ut ipse adhaerit cultui daemionorum, & pauerit etiam immundum populum, & cupierit mentem satiare doctrinis immundorum spirituum, quae sunt filiquae quas porci manducabant. Neque erat qui etiam illis eum satiare. Reuerti in se, est se cognoscere, ad deum respicere, & resipiscere. Domus patris, est locus populi dei, olim synagoga Israel, nunc ecclesia CHRISTI. Panes, sunt bonae doctrinae. Mercenarij, sunt qui sub gratia dei merent. Quod ait, dicam: Pater, peccauit in coelum, & coram te, iam non sum dignus uocari filius tuus: est iam resipiscens confessio, confessionis uel propositum, & cordis ante deum humiliatio. Quod adijcit se dicturum: Fac me sicut unum ex mercenarijs tuis: est propositum gratiae dei petendae. Quod cum adhuc longè esset, uidit illum pater: est deum, peccatore protinus ut couertitur, & emendationem pollicetur, respicere. Quod ruit in collum eius: praueuientem diuinæ miserationis inclinationem designat. Quod osculatur, pacis & ueniae largitionem. Quod post, filius propositum confessionis exequitur: signum est, deum illi prius remisisse ex solo proposito, sicut scriptum est: Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. O semper admiranda, semper suspicienda, semper laudanda, rorantibus praepietate oculis, ineffabilis ad creaturas tantae benignitatis diuina bonitas. Serui quos uocat pater, sunt angeli, sunt apostoli & discipuli, per quos purificauit gentes. Stola prima, est innocentia spiritalis, quae datur in baptismo, quae est prima & praecipua, non stola quae datur ex circuncisione. Anulus in manu, uocatio ad honorem filiorum dei. Calceamenta in pedibus, ad currendam uiam euangelicam, imitandumque filium dei gratia. Vitulus saginatus, filius dei pro nobis immolatus. Vbi autem manducant & laetantur iunior filius & amici, est mensa domini. Mortuus erat adolescentior, per peccatum, per legis diuinæ ignorantiam, per gratiae uiuificantis carentiam. Et reuixit, per collatam in CHRISTO deo gratiam. Perierat, deficiendo ad daemonia. Et inuentus est, ab ineffabili dei patris per filium missum clementia. Filius senior erat in agro: quia nondum in ecclesia. Domus, catholica ecclesia est. Appropinquans domui audiuit symphoniam & chorum, quae sunt laudes & exultationes in ecclesia fidelium. Indignatus est populus Iudaicus, quod populus gentilis uocatus sit ad ecclesiam. Et noluit introire, in principio uocationis gentium, neque adhuc intrat. Pater ad ipsum egreditur & rogat: quia in dies uocat eum ad salutem, & ad communem in sacro conuiuio laetitiam. Quod dicit senior filius patri, quod nunquam praeterijt praecipuum eius: gloriatio est in iustitijs legis, quod est Iudaicum. Conqueritur quod per tot annos illi seruiert in illis iustitijs, & nunquam dederit illi hoedum (hoedus enim insignis, idem est ac uitulus saginatus, & idem est CHRISTVS) quia non est datus filio seniori, ut epularetur cum amicis suis, qui erant ueteris legis: tum quia iustitijs hominum non debebatur, sed dei misericordia datus est: tum quia CHRISTVS non erat immolandus ueteri legi, sed legi perfectae libertatis, quae est lex noua & gratiae. Improperat quod immolauerit uitulū saginatum, cum adolescentior filius ad paternam domum redijt: sed perperam, quia id fuit tempore nouae uisitationis & parentis gratiae, non ueteris rigoris & seuerae iustitiae, in quo & CHRISTVS erat immolandus. Filius iunior substantiam patris dissipauerat cum meretricibus, & haec sunt culturae daemionorum. At quod illi immolatus est CHRISTVS, non est deo improperandum, sed misericordia eius & incomprehensibilis benignitas, superadmiranda, laudanda, glorificanda. Filius senior est semper cum patre: quia usque ad aduentum domini, & uocationem filij iunioris fuit semper populus dei, & eius erat regnum dei, & adhuc esset si uoluisset epulari, & gaudere in uocatione gentium ad CHRISTVM. Cum pater dicit: Tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt: haec sunt paternae consolationes, promissiones, & uocationes populi Hebraici ad cultum, & spirituale gaudium nouae legis: tanta est dei in omnes etiam

in sibi futuros tãto tempore inimicos, benignitas. Quam sic cognoscere possimus, & in ea letari & exultare, ut in sublimi cœlorum regia, in symphonia angelorũ, & choro sanctorum omnium, perenniter laudemus patrem miserationum omnium, & filium eius redemptorem omnium saluandorum, & spiritum sanctum omnium largitorem charismatum: qui tres unum sunt, unus deus, una maiestas. Cui omnis honor, omnis gloria, omnis potestas, in omnia seculorum secula. Amen.

## CAPVT SEXTVM DE CIMVM.

- 137 **D**icebat autem & ad discipulos suos: Homo quidam erat diues, qui habebat uillicum, & hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona illius. Et uocauit illũ, & ait illi: Quid hoc audio de te? Redde rationẽ uillicationis tuæ, iam enim non poteris uillicare. Ait autem uillicus intra se: Quid faciam, quia dominus meus aufert à me uillicationem? Fodere non ualeo, mēdicare erubesco. Scio quid faciam, ut cum amotus fuero à uillicatione, recipiant me in domos suas. Conuocatis itaq; singulis debitoribus domini sui, dicebat primo: Quãtum debes dominõ meo? At ille dixit: Centum cados olei. Dixitq; illi: Accipe cautionẽ tuam, & sede, citò scribe quinquaginta. 19 Deinde alio dixit: Tu uero quantum debes? Qui ait: Centum coros tritici. Ait illi: Accipe literas tuas, & scribe octoginta. Et laudauit dominus uillicũ iniquitatis, quia prudenter fecisset: quia filii huius seculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt. Et ego uobis dico: Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant uos in æterna tabernacula. 19
- 138 ¶ Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est: & qui in modico iniquus est, & in maiori iniquus est. Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis, quod uerum est quis credet uobis? Et si in alieno fideles non fuistis, 11
- 139 quod uestrum est quis dabit uobis? ¶ Nemo seruus potest duobus dominis seruire. Aut enim unum odiet, & alterum diliget: aut uni adhærebit, & 20
- 140 alterum contemnet. Non potestis deo seruire & mammonæ. ¶ Audiebant autem omnia hæc pharisæi, qui erant auari, & deridebant illum. Et ait illis: Vos estis qui iustificatis uos coram hominibus, deus autem nouit corda uestra. Quia quod hominibus altum est, abominatio est ante deum. Lex & prophetæ, usq; ad Ioannem: ex eo regnum dei euangelizatur, & omnis in il- 25
- 141 lud uim facit. Facilius est autem cœlum & terram præterire, quàm de lege unum apicem cadere. Omnis qui dimittit uxorem suam, & alteram ducit, 30
- 141 mœchatur: & qui dimissam à uiro ducit, mœchatur. ¶ Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendide. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius ulceribus plenus, cupiens saturari de micis quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat. Sed & canes ueniebant, & lingeabant ulcera eius. Factum est autẽ, ut moreretur mēdicus, & portaretur ab angelis in sinum Abraham. Mortuus est autem diues, & sepultus est in inferno. Eleuans autem oculos suos cum

35 suos cum esset in tormentis, uidit Abrahā à longè, & Lazarum in sinu eius: & ipse clamans dixit: Pater Abrahā miserere mei, & mitte Lazarum ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam: quia crucior in hac flamma. Et dixit illi Abrahā: Fili, recordare quia recepisti bonā in uita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu uero  
 40 cruciaris. Et in his omnibus inter nos & uos chaos magnum firmatum est, ut hi qui uolunt hinc transire ad uos nō possint, neq; inde huc transire. Et ait: Rogo ergo te pater, ut mittas eum in domū patris mei. Habeo enim quinque fratres, ut testetur illis, ne & ipsi ueniant in hūc locum tormentorū. Et ait illi Abraham: Habent Moysen & prophetas, audiāt illos: At ille dixit:  
 45 xit: Non, pater Abraham: sed si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent. Ait autem illi: Si Moysen & prophetas non audiunt, neq; si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

## ANNOTATIONES BREUES XLIII. CIRCA LITERAM CAP. XVI.

2	uullicum οἰκονόμου	βάτους batos	22	deridebant ἐξεμυκτηρίζον
	œconomum	10 cautionem		sublannabant
	dispensatorem & infra.	δὲ γράμμα literam	24	quod * ἐρίη
2	diffamatus est Διεβλήθη	10 fede, καθίστα	25	ex eo, ἀπὸ τότε
	delatus est	cum federis		ex tunc
3	quali dissipasset ὡς διασκορπίζω	11 alio αἰῆ	28	mœchaï, & * πᾶς οἷς
	ueluti dissipans	11 tritici. * Et	30	Et erat quidam ἄνθρωπος ὃς δέ τις ἦν
3	bona τὰ ὑπάρχοντα	12 literas τὸ γράμμα	30	Homo autē quidā erat ἵαζετο
	facultates	singulare.		porrectus erat
4	uullicationis τῆς οἰκονομίας	15 iniquitatis: τῆς ἀδικίας	30	ianuam Ἔρ πυλῶνα
	œconomix, dispensationis & infra.	& infra.		uestibulum.
4	iam enim non poteris οὐ γὰρ δύνησῃ εἶ	16 maiori πολλῶ	31	plenus: * καὶ &
	nō em poteris posthac non enim poteris ultra	multo & infra.	31	diuitis, — & nemo illi dabat.
5	uullicare οἰκονομεῖν	16 modico ἐλαχίσω	34	sepultus est. * καὶ Et
7	Scio ἔγνω	17 minimo ἐλαχίσω	34	Eleuans — autem
	Noui	17 iniquus ἀδικ	35	uidit ὄρᾳ
8	Conuocatis itaq; καὶ προσκαλεσάμεν	& infra.		præfens.
	Et accersitis	20 adhærebit, ἀνθέξεται	35	sinu τοῖς κόλποις
9	cados	amplectetur		plurale.
		22 hæc * καὶ &	36	ut καὶ &
			38	dixit — illi

38	recepisti * σου tu	40	Et in his omnibus	hiatus;
38	bona * σου tua		καὶ ἐπὶ πάντων αὐτοῖς	uorago
39	hic		Et super hæc omnia	43 tormentorum. — Et
	ἕδε	40	chaos	τῆς βασάνου
	aduerbium loci.		χάσμα	singulare.

COMMENTARIUS IN CAPVT SEXTVMDECIMVM

137

» **M**ox subdit Lucas parabolam œconomi, id est dispensatoris cuiusdam di-  
 » uitis, dicens. ¶ Dicebat autem & ad discipulos suos: Homo quidã erat  
 » diues, qui habebat uillicum, & hic diffamatus est apud illum, quasi dissi-  
 » passet bona illius. Et uocauit illum, & ait illi: Quid hoc audio de te? Red-  
 » de rationem uillicationis tuæ, iam enim non poteris uillicare. Ait autem  
 » uillicus intra se: Quid faciam, quia dominus meus aufert à me uillicationem: Fodere  
 » non ualeo, mendicare erubesco. Scio quid faciam, ut cum amotus fuero à uillicatio-  
 » ne, recipiant me in domos suas. Conuocatis itaq; singulis debitoribus domini sui, di-  
 » cebat primo: Quãtum debes domino meo? At ille dixit: Centum cados olei. Dixitq;  
 » illi: Accipe cautionem tuam, & fede, citò scribe quinquaginta. Deinde alij dixit: Tu  
 » uero quãtum debes? Qui ait: Centum coros tritici. Ait illi: Accipe literas tuas, & scri-  
 » be octoginta. Et laudauit dominus uillicum iniquitatis, quia prudenter fecisset: quia  
 » filij huius seculi prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt. Et ego uobis dico, fa-  
 » cite uobis amicos de mammona iniquitatis: ut cum defeceritis, recipiant uos in æter-  
 » na tabernacula. ¶ Hac nos parabola instruit dominus, ut si deus fecerit nos rerũ sua-  
 » rum dispensatores, datis nobis opibus & diuitijs, habeamus eam prudentiam in uita  
 » spiritali ad uitam obtinendam sempiternam, quam habent dispensatores terrenorũ  
 » dominorum in uita temporalis ad uitam obtinendam temporalem: quod de œconomo  
 » domini temporalis ostendit, quem dominus ipsius accusatum, quod bona sua dissi-  
 » paret accersuit: ut significaret illi reddendam esse rationem dispensationis, procuratio-  
 » nisq; ei commissæ, quodq; ultra non esset res suas dispensaturus. Quæ cum ipsi uictũ  
 » sola suppeditare posset, cogitauit tunc quidnam factururus esset, ut amotus uiuere pos-  
 » set: nam fodere non ualebat, laboriosam uel artem exercere: mēdicare uero erubescē-  
 » bat. Confugit itaq; ad mundanam prudentiã, quæ est quomodocunq; uiuendi astus.  
 » Accersuit enim singulos quosq; domini sui debitores, antequã œconomiæ suæ red-  
 » deret rationem. Et eum qui primus uenerat, interrogauit, quantum deberet domino  
 » suo. Qui respondit: Centum batos olei, ut uerbi causa centum dolia. Cui literam suã  
 » centum batorum obligatoriam restituit, & nouam sibi scribi iussit obligationis quin-  
 » quaginta solum batorum. Itaq; ut illum faceret sibi amicum, quinquaginta batos ab  
 » obligatione detraxit, quos illi dimisit. Eum qui secundus uenerat, similiter interroga-  
 » uit, quantum deberet domino suo. Qui respondit: Centum coros tritici, ut uerbi cau-  
 » sa centum modios tritici. Cui obligationis centum cororum reddita litera, iussit nouã  
 » scribi, quæ solum obligationem cōtineret octoginta cororum. Itaq; dimisit illi uigin-  
 » ti coros, ut eum sibi faceret amicũ. Et ita fecit alijs. Postea uero quã ab œconomiæ  
 » domini sui officio amotus fuit, apud illos uiuebat, nunc ab hoc, nunc ab illo amice re-  
 » ceptus. Quod ubi dominus eius intellexit, laudauit œconomi sui astũ, prudentiamq;  
 » prudentiam dico mundanam, etsi id fecerit in fraudem sui. Quid enim est œconomus  
 » iniquitatis, nisi œconomus iniquus? Quid est, filij huius seculi prudentiores filijs lucis  
 » in generatione sua sunt: nisi astutiores sunt ut prouideãt sibi in mūdana, temporalisq;  
 » uita, quã filij lucis, qui sunt filij dei, ut sibi prouideãt in coelesti, æternaq; uita? Ergo  
 » si adsunt nobis diuitiæ (hoc enim mammona significat) intelligamus nos esse dispen-  
 » satores & œconomos summi domini: & ea simus prudentia, ut ex ipsis faciamus no-  
 » bis amicos

bis amicos, qui recipiant nos, nō in domibus suis terrenis ac temporalibus, sed in cœ-  
 lestibus, æternisq; habitaculis, distribuendo scilicet pauperibus, indigenibusq; & il-  
 lis in pia, sanctaq; opera utendo. Sed quādo recipient nos? Cū amouebimur ab œco-  
 nomia. Quando id erit? In fine huius præsens uita. Quod insinuat dominus cū ait:  
 Ut cum defeceritis, id est cum ad finem huius uita ueneritis, recipiant uos in æterna  
 tabernacula. Sed cur mammona, id est diuitiæ uocantur iniquæ? Quia ferè per ipsas,  
 & propter ipsas omnes in hoc mūdo iniustitiæ fiunt. Non quod de se sint iniustæ, sed  
 quod peruersus usus earum faciat eas dici iniustas. Ergo si illis bene utantur filij lucis,  
 iustæ sunt, etsi eadem aliorum usu aut sint, aut fuerint iniustæ. Et quia sine cōparatio-  
 ne plures in hoc mundo iniuste illis (quæcunq; sint) utuntur, quàm iuste: ideo potius  
 dicuntur iniustæ quàm iustæ, iniquæ quàm æquæ. Quas hominibus dari ad probatio-  
 nem fidelitatis erga magnum totius uniuersi dominum, insinuat dominus, cum sub-  
 dente Luca, ait. ¶ Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est. Et qui in modico 138  
 iniquus est, & in maiori iniquus est. Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis,  
 quod uerum est quis credet uobis? Et si in alieno fideles non fuistis, quod uestrum est  
 quis dabit uobis? ¶ Quem putas esse regium quæstorem, qui prius probatus nō fue-  
 rit in minoribus œconomijs, in quibus inuento fideli, gradatim maiores commissæ  
 sunt, & tandem quæstura ipsa quæ maxima est? Quod si quis in infima œconomia re-  
 pertus sit infidelis, nunquam maior illi committitur, quāto minus maxima? Sic omni-  
 um rex & dominus, quibusdam diuitiarum œconomiam committit, quæ est omniū  
 infima: in qua si quis reperiatur infidelis, dignus est ut ab omnibus alijs maioribus &  
 ueris excludatur œconomijs. Et qui probatus est ut dispensaret aliena, & non dispen-  
 sari, aut male dispensari: quis eum dominum faciet ut dispense, aut dispense pos-  
 sit propria? Certè quos deus reperit indignos trāsitorijs bonis, neq; dignos existima-  
 bit æternis. Et qui sibi fidem non seruat in parujs, super magna illum nō committet:  
 sed bonis priuabit maximis, quæ uera sunt, quæ sempiterna, quæ immensa. Studea-  
 mus ergo in hoc mundo fidelitati, alioqui futurorum bonorū, quæ sola uera, magna,  
 & permanentia sunt, nulla portio nobis futura est. Deinde subdit Lucas parabolam 139  
 domini, quod nemo potest duobus dominis seruire, dicente ipfomet domino. ¶ Ne-  
 mo seruus potest duobus dominis seruire. Aut enim unum odiet, & alterum diliget;  
 aut uni adhærebit, & alterum contemnet. Non potestis deo seruire, & mammonæ.  
 ¶ Hanc parabolam habet Matthæus cap. 6. numero. 58. Et has parabolas proposu-  
 it dominus aduersus auaros, è quorum numero aliqui præsentes erant, quos curare  
 uolebat: hæc enim est bona dei uoluntas. Sed sic insaniunt homines, ut etiam deo per  
 se curare uolente, ipsi sanari nolint. Quod indicat Lucas per subsequentem sermonē,  
 dicens: ¶ Audiebant autem omnia hæc pharisæi qui erant auari, & deridebant illum. 140  
 Et ait illis: Vos estis qui iustificatis uos coram hominibus, deus autem nouit corda ue-  
 stra. Quia quod hominibus altū est, abominatio est ante deum. Lex & prophetæ, usq;  
 ad Ioannem: ex eo regnum dei euangelizatur, & omnis in illud uim facit. Facilius est  
 autem cœlum & terram præterire, quàm de lege unum apicem cadere. Omnis qui  
 dimittit uxorem suam, & alteram ducit, mœchatur: & qui dimissam à uiro, ducit, mœ-  
 chatur. ¶ Malūt infelices huius seculi homines seruire māmōnæ, id est diuitijs, quàm  
 domino cœli & terræ: immo ipsum odio habent & contemunt. Et quomodo nō cō-  
 temnerent, quando derident ipsum propter diuitias? Et tamē iusti uideri uolūt apud  
 homines, quasi uoluntatem dei facientes, & tales haberi. At deus corda intuetur, qui  
 bus cognoscuntur dei contemptores & irrisores: & superbia eorum abominatio est  
 ante deū. Quod subditur, quod lex & prophetæ usq; ad Ioannem, de lege ueteri &  
 prophetis ueteris legis est dictum. Ioannes enim ueterem legē, & omnes ueteris le-  
 gis clausit prophetas, & τὸ πρῶτον, ex tunc, ab eo tempore regnum dei euangelizatur. Si-

quidem à CHRISTO incœpit gratia & ueritas, & euangelica uiuendî norma: quam tunc apprehēdebant ij, qui quodam impetu mentis rapiiebantur ad CHRISTVM audiendum, quorum & spiritus CHRISTI carnem mortificabat. Sicut enim ad Ioannē uenientes, uolentiā asperitate & abstinentia exteriori carni faciebant: sic omnis qui uenit ad CHRISTVM, uolentiā interiorem carni affert, id est mortificationem affectuum carnalium. Et de hoc quoq; Matthæus tractat cap. undecimo, numero. 108, Et quod adijcit: Facilius est autem cœlum & terram præterire, quàm de lege unum apicem cadere. id Matthæus habet cap. quinto, numero. 36. Et per *καρσία*, id est apicē hic, & apud Matthæum etiam per *iota*, quod minimum est in elementis Hebræorū, aliquid paruum ac minutum intelligere debemus non casurum à lege, quo ad intelligentiam, quæ est spiritus, non quo ad literam, quam in multis à tempore CHRISTI, & ante, stilus scribarum mendax uitiauit ac uitiauerat. At uerba Lucæ & Matthæi repetamus, ut huius rei dilucidior appareat intelligentia. Lucas sic habet: Facilius est autem cœlum & terram transire, quàm de lege unum apicem cadere. & Matthæus capite quinto hoc pacto: Amen quippe dico uobis, donec transeat cœlum & terra, *iota* unū, aut apex unus non præteribit à lege, donec omnia fiant. Quæ domini uerba prætere uidentur, quod quicquid de ipso in lege scriptum est, etiam si humile sit: quanto minus si sublime (humile autem est, quod de humanitate eius, et si sublimius sit hominibus, scriptum est: sublime autem omnino, quod de diuinitate eius) elabi non potest, quin ita eueniat usq; ad consummationem seculi, cum omnes iudicaturus adueniet: & id Esaiæ implebitur: *Viuent mortui tui, interfecti mei resurgent.* Sed nūquid per apices, intelliguntur profodiæ quædam Hebræorum, quas nōnulli spiritus & uocales eorum appellant? Id sanè haud crediderim: sed potius per apicem, summitatem, & fastigium literarum intellexerim. Quandoquidem Moses & prophætæ sine illis pūctis & lineolis legem tradiderunt: ut & ipsi Hebræi nunc etiā ingenue fatētur. Quare nequaquam de lege ipsa sunt, sed adiectitia quædam: ut litera ipsa ad eā, quam ipsi rabini eorum uoluerunt, coartaretur intelligentiam. Quod duo Iudæi Nephthalim & Benasser (ut libri eorum cōtinent, nec ipsi dissitentur) facere aggressi sunt. Caterum huiusmodi Hebræorum adiectitia, apices non sunt: sed ut plurimum ima literarum occupant: & licet aliquod summum obtineat locum, nihil tamen ad literam, aut legē attinet. Quare si nonnulla, etiam non pauca, in lege ueteri olim malitia corrupta Iudaica, ut manifestant correctiones magistrorū, aut uerius corruptiones, quas appellant *TRIVIN SOPHRIM*, id est aptationem scribarum, nihil contra domini dictum penitus facit, immo corroborat illud. Quandoquidem & ipsos scribas id aliquando facturos, spiritus dei per Hieremiam capite octauo prædixerat, dicens: *Quomodo dicitis, sapientes sumus, & lex domini nobiscum est? Verè mendacium operatus est stilus mendax scribarum, confusi sunt sapientes, perterriti & capti sunt: uerbum enim domini proiecerunt.* Verum, etiam si multa in lege eorum secundum literam deprauata, corruptaq; sunt: nihil tamen de spiritu ac ueritate literæ usq; ad cōsummationem seculi cadet, præteribit, deficiet ue. Et si enim litera corrūpitur, spiritus tamē est incorruptibilis, & æternus: & ueritas per dominum enunciata, cœlo & terra solidior permanebit in æternū. Et quod subdit dominus de uxore non dimittenda, & de dimissa ab altero non ducenda, similiter & de uiro: id habet Matthæus cap. undeuigesimo, numero. 185. His itaq; positis parabolam, aut uerius rem gestam, qua & auaritia, & ambitio, & uoluptas, & (ut uno uerbo dicam) omnis mundi luxus, ipsaq; caro taxatur, pharisæis, auaris, ambitiosis, uoluptarijs, mundanis, carnalibus, immortificatisq; proponit dominus, dicens.

141

» **C**Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendide. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius  
 » ulceribus plenus, cupiens saturari de micis quæ cadebant de mensa diuitis: & nemo illi dabat.

Esaiæ. 26.

Hieremie. 3.

...res uenie  
 ...portare  
 ...est in in  
 ...Lazaru  
 ...Lazarum  
 ...cruciori  
 ...tua, & L  
 ...omnibus  
 ...ad uos no  
 ...cum in domo  
 ...in hunc lo  
 ...dicant illos  
 ...pazientiam  
 ...mortuis rei  
 ...diuine,  
 ...spiritu, aut h  
 ...Qui indueb  
 ...quod die sp  
 ...illis erat. Non  
 ...iacens a  
 ...quia cupie  
 ...nemo (in  
 ...quoru  
 ...cane,  
 ...pauperis  
 ...gamus p  
 ...line illo a  
 ...de recubitu  
 ...condo uic  
 ...intelligere  
 ...est, sed ut  
 ...angelos bo  
 ...per angel  
 ...qui olim di  
 ...conuatur: et  
 ...est: iste  
 ...iste cur  
 ...intemp  
 ...est finem  
 ...Abrah  
 ...est, hoc  
 ...transme  
 ...locum, uel  
 ...Abraham  
 ...regione ce  
 ...erant in d  
 ...quonā diu  
 ...etiam  
 ...Ne ue

illi dabat. Sed & canes ueniebant, & lingebant ulcera eius. Factum est autem ut moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinum Abrahamæ. Mortuus est autem & diues, & sepultus est. Et in inferno eleuans oculos suos, cum esset in tormentis, uidit Abraham à longè, & Lazarum in sinu eius, & ipse clamans dixit: Pater Abraham, miserere mei: & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam: quia crucior in hac flamma. Et dixit illi Abraham: Fili, recordare quia recepisti bona in uita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu uero cruciaris. Et in his omnibus inter nos & uos chaos magnum firmatum est, ut ij qui uolunt hinc transire ad uos non possint, neq; inde huc transmeari. Et ait: Rogo ergo te pater, ut mittas eum in domum patris mei: habeo enim quinque fratres, ut testetur illis, ne & ipsi ueniant in hunc locum tormentorum. Et ait illi Abraham: Habent Moysen & prophetas, audiant illos. At ille dixit: Non, pater Abraham: sed si quis ex mortuis ierit ad eos, poenitentiam agent. Ait autem illi: Si Moysen & prophetas non audiunt, neq; si quis ex mortuis resurrexerit, credent. ¶ Cum dicitur, Erat diues: notatur auaritia, nam si adsunt diuitiæ, & cor non apponitur, nisi ad sanctè utendum: is non diues, sed aut pauper spiritu, aut liberalis, aut quod est talibus maxime proprium, misericors dicitur. Cum, Qui induebatur purpura & bysso: notatur fastus, & ambitio. Cū uero, Et epulabatur quotidie splendide: luxus & intemperantia. At Lazaro uita prorsus dispar ac dissimilis erat. Non diues erat, sed pauper: nam mendicus. Non uestitus purpura & bysso: nam iacens ad ianuam diuitis, plenus ulceribus. Non in luxu & intemperantia uiuens: quia cupiens saturari de micis quæ cadebāt de mensa eius, & nemo illi porrigebat. Et nemo (inquit) illi dabat: ubi taxatur illiberalitas, non solum diuitis, sed & eius famulitij: quorum omnium nulla fuit misericordia, aut certè minor quàm canum: quia ueniebant canes, & lingebant ulcera eius, in quo adhuc mendici nuditas intelligit. Et nomen pauperis (ut dictum est) Lazarus: quod si interpretemur, adiutor à deo dicitur, ut intelligamus pauperum adiutorium à domino esse: etsi tales mundus iudicet destitutos, & sine ullo adiutorio. Et his circumstantijs sumptis de nomine pauperis, de ulceribus, de recubitu ad ianuam diuitis, de canibus lingentibus, de diuitis purpura & bysso, de splendido uictu, de morte priore pauperis, & subsequente diuitis, qui praesentes erant, intelligere poterant de quibus dominus loquens, texeret historiam. Vterq; mortuus est, sed ut dispar fuit uita, ita & post obitum dispar euentus. Nam anima pauperis per angelos bonos deducta est in sinum Abrahamæ. Diues autem sepultus est, & anima eius per angelos malos (quod ex opposito intelligitur) deducta in infernū. Hic, pauper, qui olim diues: illic, diues Lazarus, qui olim pauper. Hic, iste ægrotat, & tormentis cruciatur: at illic, Lazarus sospes exultat. Ille in mundo opem petebat ab isto, & ei negata est: iste nunc petit ab illo, & ei quoq; negatur. Ille cum angelis perpetuò est lætaturus: iste cum dæmonibus fortè etiam perpetuò cruciandus. Ecce finis auaritiæ, fastus, & intemperantiæ huius, & paupertatis, humilitatis, & patientiæ illius. Et colpum, id est sinum Abrahamæ, procul esse à uoragine inferni, ubi diues receptus est, indicat sermo Abrahamæ. Inter nos (inquit) & uos chaos magnum (id est hiatus magnus) firmatum est, hoc est collocatum, ut ij qui uellent hinc transire ad uos non possint, neq; inde huc transmeari. Certum est enim, ex sinu Abrahamæ nullum ad infernum suppliciorum locum, uelle transire: quod si uellent, etiam non possent. At in illa statione, nunc neq; Abraham, neq; Lazarum esse: sed cum CHRISTO ascendisse, & nunc cū angelis in regione cœli lætari, nulli dubiū esse debet. Quod adijcit de quinque fratribus qui adhuc erant in domo patris diuitis: indicium etiam quoddam est, quo cognosci pollet de quonā diuite dominus loqueretur. Et quod manibus, id est animis defunctorum non nihil etiam apud inferos inesse possit erga suos boni affectus, indicant hæc uerba diuitis: Ne ueniant in hunc locum tormentorum, Sed esto id optaret,

P A R A  
D O  
X  
V  
M

Esaiæ. 53.

ne augetur eius cruciatus, quod tamen adiicit: Agent pœnitentiã, bonum illis erat, & solum quidem illis bonum. Quod si animæ miserorum possunt alijs bonum optare, quanto magis animæ beatorum, semper bonum & solum bonum optant? At, ut hic non nihil de diuite illo epulone repetamus, si omnino inficiaberis animas damnatorum posse bonum optare alijs: id ex hoc loco concedas oportet, apud inferos expiatio num esse locum, quem nō pauci purgatorium appellant, in quo ipse diues esset, qui p̄pe cum bonū optare uideatur. Ex eo enim populo erat, qui sacrificijs & purificationibus satisfaciebant peccato: siue, ut pleriq; dicunt, reatui atq; culpæ, etsi non pœnæ. Quod autem ex eo esset populo, innuit Abraham, cum ait: Fili, recordare. Ecce quomodo de filijs erat Abraham, & populo Hebraico. & subdit: Quod recepisti bona in uita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu uero cruciaris. Ecce quomodo pœna non erat illi dimissa. Quod si culpæ satisfecerat, cum diues & splendidus esset, sed non pœnæ (sacrificia enim pœnam non adimebant, sed reatum, culpam uero purgabant, & satisfaciebant peccato, apud deum autem nullum malum manet inultum) restabat profecto ei sola satisfactio pœnæ, quam in flamma exolebat. Non quod negem quibus uult deus, simpliciter ipsum & culpam, & pœnam condonare, acceptatis pro satisfactione pœnæ eorum, CHRISTI saluatoris pœnis, sicut scriptum est: Ipse autē uulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. sed id maxime post aduentum eius, & perfectissimam fidem ac fiduciam, & flammantem charitatem in eum habentibus: nam misericordie dei in CHRISTO multæ sunt & incomprehensæ, sine cuius pœnis, nullus unquam suis ad æternam salutem potuisset deo satisfacere. Sed dices id, Et sepultus est in inferno: indicat perpetuo damnatum. Verum lectio Græca non sic habet: quia id, in inferno, non ad præcedens sepultus est, refertur, sed ad sequens, eleuans. Quod ex coniunctione Græce adiecta inter sepultus est, & in inferno, promptissime dinoscitur. Sic enim legitur: *Ἐτάφη καὶ ἐν τῷ ἄδῃ ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ ὑπάρχων ἐν βασάνοις, ὄρα τὸ ἀβυσσῶν ἀπὸ μακροθέρων.* id est, & sepultus est. Et cum in inferno eleuasset oculos suos, & esset in tormentis, uidet Abraham à longe. Etenim cum pompa corpus humi sepultum est (quod ex his uerbis saluatoris conijcere licet: Qui induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendide) perinde ut cæterorum diuitum ac splendorum corpora sepeliri solent. Et quis dicat hoc esse sepeliri in inferno? Adde quod cum Abraham responderet ei: Fili, recordare quod recepisti bona in uita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic cōsolatur, tu uero cruciaris. Dicendo, fili, uerbo consolationis eum alloquitur, reddendo in super causam præsentis supplicij tanquam eum ad tolerantiam adhortaretur. Neq; ex uerbis Abraham intelligi potest, nisi tu uero nūc cruciaris, ex quo non licet inferri perpetuò. Sed & illud diuitis, Miserere mei: quod est misericordiam petentis, non uidetur esse perpetuò damnatorum. Porro cum petit quempiam mitti ad fratres ut pœnitentiam agant, ne & ipsi in illum locum tormentorum descendant: innuere uidetur, eos ipsi pœnæ in mundo satisfacere potuisse (pœnitentiam, inquit, agent) ne & ipsi in illo loco punirentur. Culpæ enim, cum ludæi essent, citra pœnitentiam satisfacere poterāt: & cum diuites & potentes essent, nō est uero absurdum, ipsos sacrificia & purificationes facere solitos fuisse: non tamen pœnæ (cum non pœniterent) satisfacere. Optare autem bonum ijs qui in mundo sunt, ut satisfacere deo pro peccati reatu, atq; pœna, id sanè non uidetur esse perpetuò damnatorum. Quod si ita est, id manifeste infernum purgandorum insinuat. Quod & arbitror hic dominum hac (ita re gesta) narratione indicare uoluisse. At dices, perpetuò damnatorum esse locum insinuat Abraham, cum ait: Et in his omnibus inter nos & uos chaos magnū firmatum est, ut ij qui uolunt hinc transire ad uos non possint, neque inde huc transmeare, nam si illinc non possint in sinum Abraham transmeare: ergo in perpetuis sunt pœnis, eritq;

pœnis, eritq; perpetuò damnatorum infernus. Ex uerbis Abrahamæ non uidetur simpli-  
 citer haberi, non posse inde transmeare, sed non posse cum uelint. Quid si non cū ue-  
 lint, sed peractis pœnis transmeant: etsi nūc satisfactione peccati & pœnæ facta, non  
 ad sinum Abrahamæ, sed ad cœlum conuolare credantur: sed hæc ut de o placitum est &  
 cognitum, fiunt. Verum dicere diuitem illum nō esse perpetuò damnatum, ad quod  
 credendum maxime adduxit hoc euangelij, Et sepultus est in inferno, non probe re-  
 præsentatum, paradoxum uideatur. Ideo aut id iudicio dei occulto relinquamus, aut  
 sentiat quisq; quod sibi uideatur. Non tanti est ille ( qui quandiū uixit, & etiam post  
 mortem miser fuit) sola opinione diues, at re uera pauper, ut eius gratia controuersia  
 suboriri debeat: sed dei potestas semper est laudanda, admirāda, suspicienda, siue iusti-  
 tia adhuc illum puniat, siue misericordia illi parcat. Cæterum dices, qui fit ut cui remit-  
 titur peccatū, non etiam condonetur pœna: Peccatū dimitti, & pœnā punitionemq;  
 referuari, argumēto est Dauid, qui (dimisso peccato) pœnas facinoris admissi postea  
 luit. Quod ex. 2. Reg. cap. 12. & quibusdā sequētibus cognoscit, ubi post admissum  
 peccatum mortis Vriæ, & raptus Bathsabæ, dixit illi per Nathan dominus: Ecce ego 2. Reg. 12.  
 suscitabo super te malū de domo tua, & tollā uxores tuas in oculis tuis, & dabo pro-  
 ximo tuo, & dormiet cū uxoribus tuis in oculis solis huius. Tu enim fecisti abscondi-  
 te, ego autem faciam uerbum istud in conspectu omnis Israël, & in cōspectu solis hu-  
 ius. Et dixit Dauid ad Nathan: Peccaui domino. Dixitq; Nathan ad Dauid: Dominus  
 quoq; transulit peccatum tuum, non morieris. Ecce peccatum translatum: & cū di-  
 cit, Non morieris, culpam dimissam. At pœnam referuatā innuit quod sequitur: Ve-  
 runtamen quia blasphemare fecisti inimicos nomen domini propter uerbum hoc, fi-  
 lius qui natus est tibi, morte morietur. Et subditur: Percussitq; dominus paruulū, quē  
 peperit uxor Vriæ, Dauid. Sed & ex quintodecimo cap. Suscitauit illi dominus malū 2. Reg. 17.  
 de domo sua. Nam uniuersus Israël sequutus est Absalon tanquam regem, dimisso  
 ipso Dauid rege, cum ait Dauid seruis suis qui erant in Hierusalem, cap. quintodecimo  
 secundi Regum: Surgite, fugiamus: Neq; enim erit nobis effugium à facie Abs-  
 falon. & subiūgitur: Egressus est ergo rex, & uniuersa domus eius pedibus suis. Sed  
 & ingressus est Absalom ad concubinas Dauid in conspectu solis huius, ut scribitur  
 cap. sextodecimo, iuxta consiliū Achitophel quod illi cōsuluuit, dicens: Ingrede ad  
 concubinas patris tui, quas dimisit ad custodiendam domum: ut cum audierit omnis  
 Israël, quod fœdaueris patrem tuum, roborentur tecum manus eorū. Tetenderūt er-  
 go Absalom tabernaculū in solario, ingressusq; est ad concubinas patris coram uni-  
 uerso Israël. Quis ergo non uidet dimisso, translato uel peccato, pœnam referuatā po-  
 stea sequutam: Ergo aliquibus dimittit deus peccatum & pœnā: & ij ex morte trāse-  
 unt ad uitam æternam. Alijs non remittit peccatum, quare neq; pœnam: & ij transe-  
 unt de morte prima ad mortem secundam. Alijs remittit peccatum, id est culpam, re-  
 seruata pœna, quod id secundi Regum designare uidetur, transulit peccatum tuū: et  
 ij cum moriuntur, ad expiatorias transeunt pœnas. At dominus nunquam, nō remis-  
 so peccato remittit pœnam. Si ergo concedimus interdum remitti peccatum, & non  
 pœnam, peccatumq; transferri, necessarium est esse expiationū locū. Sed & pone ali-  
 quem facientē pœnitentiā, id est satisfactionem pœnæ, interire satisfactione nōdū im-  
 pleta: quid aliud restat, nisi eā apud inferos implendā, qui ijdem sint expiationū loci:  
 Et quid hoc aliud designat: Dominus mortificat & uiuificat, deducit ad inferos & re- 1. Reg. 2.  
 ducit: Qui inferi unde reducit dominus, nisi expiatorij loci: Sed de his satis: quando-  
 quidem plura super ea re Matthæi cap. quinto, numero. 39. dicta sunt. Id autem ut eò  
 tandem reuertamur unde sumus digressi, nosse par est, dominum illa narratione de  
 diuitem & Lazaro, se deum esse declarasse, ut cui omnia præsentia sint quæ apud ange-  
 los, quæ apud homines, & quæ apud inferos sūt, Patri ergo gloriæ, & filio eius æter

riæ sapientiæ, & spiritui sancto infusori gratiæ, soli deo omnis honor, potestas, & gloria per immensa seculorum secula. Amen.

## C A P V T S E P T I M V M D E C I M V M.

142



Ita ait ad discipulos suos: Impossibile est ut nō ueniant scandala: Væ autem illi, per quem ueniunt. Vtilius est illi, si lapidis molaris imponatur circa collum eius, & proiciatur in mare, quàm ut scandalizet unum de pusillis istis. Attendite uobis: Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum: & si pœnitentiam egerit, dimitte illi. Et si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te, dicens, Pœnitet me: dimitte illi. Et dixerunt apostoli domino: Adauge nobis fidem. Dixit autem dominus: Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis huic arbori moro, eradicare & transplantare in mare, & obediet uobis. ¶ Quis autem uestrum habens seruum arantem, aut pascentem boues, cui regresso de agro dicat illi: Statim transi & recumbe. & nō dicit: Para quod cœnē, & præcinge te & ministra mihi donec manducē & bibā, & post hæc tu māducabis & bibes? Nūquid gratiā habet seruo illi, quia fecit quæ ei imperauerat? Nō puto. Sic & uos cū feceritis oīa quæ præcepta sunt uobis, dicite: Serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus. ¶ Et factū est dū iret in Hierusalem, transibat per mediū Samariæ & Galilæam. Et cū ingrederetur quoddā castellum, occurrerūt ei decem uiri leprosi. Qui steterunt à longe, & leuauerūt uocem, dicentes: IESVS præceptor, miserere nostri. Quos ut uidit, dixit: Ite, ostēdite uos sacerdotibus. Et factum est dum irent, mundati sunt. Vnus autē ex illis ut uidit quia mundatus est, regressus est cum magna uoce magnificans deum. Et cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens: & hic erat Samaritanus. Respondens autem IESVS, dixit: Nōne decem mundati sunt, & nouem ubi sunt? Nō est inuentus qui rediret, & daret gloriam deo, nisi hic alienigena. Et ait illi: Surge, uade: quia fides tua te saluum fecit. ¶ Interrogatus autem à pharisæis quando uenit regnum dei: respondens eis, dixit: Non ueniet regnum dei cum obseruatione: neq; dicent, ecce hic, aut ecce illic. Ecce enim regnū dei intra uos est. Et ait ad discipulos suos: Venient dies quando desyderetis uidere unū diē filii hominis, & non uidebitis. Et dicēt uobis: Ecce hic, & ecce illic. Nolite ire, neq; sectemini. Nam sicut fulgur coruscās de sub cælo in ea quæ sub cælo sunt, fulget: ita erit filius hoīs in die sua. Primū autē oportet illū multa pati, & reprobari à generatione hac. Et sicut factū ē in diebus Noë, ita erit & in diebus filii hoīs. Edebāt & bibebāt, uxores ducebāt, & dabātur ad nuptias usq; in diē qua intrauit Noë in arcā, & uēnit diluuium, & perdidit omnes. Similiter sicut factū est in diebus Loth: Edebāt & bibebāt, emebāt & uendebāt, plātabāt & ædificabāt: qua die autē exiit Loth à Sodomis, pluit ignē & sulphur de cælo, & oēs perdidit. Secūdū hæc erit qua die filius hoīs reuelabitur. In illa hora q fuerit in tecto, & uasa eius in domo, ne descendant tollere

dat tollere illa: & q̄ i agro, similiter nō redeat retro. Memores estote uxoris  
 40 Loth. Quicumq; quæserit animam suam saluam facere, perdet illā. Et qui  
 cumq; perdidit illam, uiuificabit eam. Dico uobis, in illa nocte erunt duo  
 in lecto uno: unus assumetur, & alter relinquetur. Duæ erūt molētes i unū:  
 una assumetur, & altera relinquetur. Duo in agro: unus assumetur, & alter  
 relinquetur. Respondentes dicunt illi: Vbi domine? Qui dixit illis: Vbicū-  
 45 que fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ.

## ANNOTATIONES BREUES XLIII. CIRCA LITERAM CAP. XVII.

1	ad discipulos – suos,	qui	26	uenit	
2	Vtilius est	rectus.		ueniet	
	λυσιτελεῖ	11	dicat – illi,	27	hic – aut
	Expedit		ἔρε		& infra.
2	lapis molaris	futurum.		28	discipulos – suos.
	μύλος ὀνικός	& infra		28	desyderetis
	mola asinaria	12	dicit * αὐτῷ εἰ,		ἐπιθυμήσετε
5	si pœnitentiam egerit, 12	quod			desyderabit
	εἰ μετανοήσῃ	τί			futurum.
	si respuerit	quid		30	coruscans de
7	cōuersus fuerit – ad te 15	debuimus			* τῆς .i. χώρας τῆς
7	dimitte	ὑφείλομεν		30	ea regione quæ
	ἀφήσεις	imperfectum.			in ea quæ
	dimittes futurum. 15	facere,			ἐν τῇ
8	Adauge	ποιῆσαι			in eam quæ
	πρόσθε	indefinitum.		31	sunt
	Adijce	16	Hierusalem		est
8	habueritis	* καὶ αὐτὸς		33	Edebant – &
	ἔχετε	& ipse			sic & reliqua sine con-
	præsens. 20	dum irent			iunctione.
9	dicetis huic – arbori	ἐν τῷ ὑπάγειν			& infra.
	ἔλεγετε αὐτῷ	dum abirent		35	Similiter * καὶ
	dixissetis	20	mundatus est,	38	reuelabitur
	indefinitum.	ἰάθη			ἀποκαλύπτεται
9	moro,	sanatus est			præsens.
	τῆσκαμίνω	21	magnificans	39	retro.
	scamino,	δοξάζων			ἐν τὰ ὀπίσω
	scomoro	glorificans			ad ea quæ retro
9	transplantare in mare, 22	ante		41	uiuificabit
	φύτευθῆναι ἐν τῇ θαλάσσῃ	πρὸ			ζωογονήσει
	plantare in mari	secus			uiuam generabit
10	obediet	22	gratias agēs * αὐτῷ εἰ.	42	in unum,
	ὑπήκουσεν αὐτῷ	23	Non est inuentus qui		ἐν τῷ αὐτῷ
	obedisset		rediret & daret		simul
	indefinitum.		οὐχ εὗρέθησαν ὑποστρέψαι	43	altera reliquet̄. – Duo
11	pascentem – boues,	ἴαντες δύναι			in agro: unus assumeēt̄,
	πριμάνοντα	Nō sunt reperti qui re-			& alter relinquetur.
11	cui	dierint ut darent		44	relinquetur. * καὶ Et
	οὗ	25	uade: – quia	45	congregabuntur – &

142



Vnde loquitur dominus de scandalis, dicente Luca. ¶ Et ait ad discipulos suos: Impossibile est ut non ueniant scandala: Væ autem illi quem ueniunt. Vtilius est illi, si lapis molaris imponatur circa cillum eius, & proijciatur in mare, quàm ut scandalizet unum de pusillis istis. Attendite uobis: Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum. Et si poenitentiam egerit, dimitte illi. Et si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te, dicens: Poenitet me: dimitte illi. Et dixerunt apostoli domino: Adauge nobis fidem. Dixit autem dominus: Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis huic arbori moro, eradicare & transplantare in mare, & obediet uobis. ¶ Hanc materiam de scandalis tractat Matthæus capite duodeuigesimo, numero. 174. & aliquot sequentibus: pariter & de correptione fraterna, capite eodem, numero. 178. Et de fide, capite septimo decimo, numero. 169. Porro ex illo: Et si frater tuus μετανοήσῃ, id est poenitentiam egerit, respuerit, post admissum erratum sapuerit, dimitte illi. & si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te, dicens: Poenitet me: dimitte illi. habemus idem esse conuerti & poenitere, & perinde esse, & septies in die conuersus fuerit ad te, ac septies in die poenituerit eum: neque enim satis est dicere poenitet me, sed conuerti & poenitere oportet. Ex quo loco intelligimus, nequaquam semel duntaxat fieri poenitentiam, deumque semper paratum conuersis parcere, & misereri illorum: etsi sperantibus & fidentibus in ipsum nihil prohibeat deum, tamen si poenitentia non pateat, parcere & misereri. Cuius rei latro concrucifixus domino, indicio est: nam poenitentiam non declarauit, sed confessionem fecit, ac suam in ipsum fiduciam expressit, cum dixit: Digna factis recipimus. & Domine memento mei, dum ueneris in regnum tuum: quorum hoc ad fiduciam pertinet, illud ad confessionem. Sed & tarde admodum poenitere cepisset, etsi propositum resipiscentiæ adesse potuerit. Quod cum adest, & sic quidem adest, quod id quod male perpetratum est, etiam si moriendum esset, nunquam rursus perpetraretur, ratione dei offensi præcipue habita, tantæque læsæ maiestatis indignitate perpensa, hæc uera & perfecta est poenitentia. Et hoc modo perfectè poenitentium, & post semel admissum peccatum, in quocumque genere id sit, sic resipiscentiæ unica poenitentia est. Et ij meliores, id est minus mali sunt illi, quorum cuiusque peccati multiplex est poenitentia. Misericors tamen est deus, qui non uult mortem peccatorum, sed illis siue semel, siue frequenter poeniteant parcere, ipsorumque misereri. Et cum apostoli petunt à domino fidem sibi adijci, apponi, augeriue, non solum de credulitate id petunt, sed de plena in eo & in omnibus quæ dicebat fiducia. Et sicut fides excludere debet omnem dubietatem, sic & omnem diffidentiam, adeo ut fides à fidendo dicta uideatur, quanquam & fiducia ad spem pertinere uidetur. Atque hæc fides, de qua dominus toties dicit: Fides tua te saluum, aut saluam fecit: non est credulitas solum, sed cum credulitate plenissima fiducia, spesque perfecta: nam quid prohibet, ut quis credat, & tamen diffidat? Et hæc non est fides quam apostoli petunt à domino: petunt enim credulitatem firmam cum plenissima omnium in eo fiducia. Et hæc est fides uera & uiua, & à deo petenda: quippe quæ non à nobis, sed solum desuper haberi possit, habitaque conseruari atque augeri. De hac credendi fiducia ait dominus apud Matthæum capite nono, paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Et propheta psalmo. 24. Deus meus in te confido, non erubescam. Et. 56. In te confidit anima mea. &. 124. Qui confidunt in domino, sicut mons Sion non commouebitur. Et subdit: Montes in circuitu eius, & dominus in circuitu populi sui. quia qui eiusmodi sunt, undique circumuallantur angelica, diuinæque custodia. Porro ubi dominus dedit præceptum de correptione fraterna, remittendisque offensis, & fide cum plena in

Psal. 24.

56

124

habenda  
dei arrog  
habere  
transi  
donec  
habere  
omnia  
becimus  
hoc  
michus  
grati  
eum:  
esse me  
quod  
daret  
effici  
peru  
illi, qu  
seruo  
nobis u  
debe  
creatur  
possi  
nobis  
uerimus.  
qua  
debe  
pot  
quod nu  
certo quide  
opime pe  
quo nullus  
debuim  
quam in  
solue  
cuius pr  
admirabilis  
communi  
Lucas  
Hierusal  
castell  
uocem, di  
uos facer  
qua mur  
faciem ante  
s, dixit:  
& dar  
saluum se  
per me  
Galilæa

plena in deo fiducia habenda: subdit similitudinem quod homo, etsi fecerit quaecumque præcipiuntur, nihil sibi arrogare debet, nullumque meritum, sic aperiens Luca, dicens.

143 ¶ Quis autem uelstrum habens seruum arantem, aut pascentem boues, qui regresso de agro dicat illi: statim transi & recumbe: & non dicit, para quod coenam, & præcingete & ministra mihi donec manducem & bibam, & post hæc tu manducabis & bibes: Nunquid gratiam habet seruo illi, quia fecit quæ ei imperauerat: Non puto. Sic & uos cum feceritis omnia quæ præcepta sunt uobis, dicite: Serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus. ¶ Nos siue aramus, siue pascimus, id est siue graui labore, siue leui uitam ducimus, hoc est in omni conditione uiuendi, serui sumus. Deus omnium dominus. Ager, mundus iste. Regredimur ex agro, cum ex hac uita migramus ad dominum. Et quanquam gratia, si omnia mandata eius seruauerimus fecerimusque, non est nobis defutura apud eum: nequaquam tamen eam operibus nostris debitam esse credamus, nostrum uel esse meritum, sed meram eius bonitatem, etiam si post hanc uitam nobis in cælo aliud quodcumque committeret pro suo beneplacito seruitium, antequam uitæ æternæ daret solatiū: & quod dat, daretque, mera sua gratia est, mera bonitas, mera suæ dulcedinis effusio: neque enim eam debebat. Quod exemplo terreni domini, & serui haud difficile per uisum manifestoque deprehendi potest. Et quod dicitur: Nunquid gratiam habet seruo illi, quia fecit quæ ei imperauerat: perinde est ac si dicamus: Nunquid gratiam debet seruo illi? ut audiamus, non debet. Quanto minus igitur existimare debemus deum nobis ullam debere gratiam: Etenim homo homini, cui natura par est & æqualis, debere potest: deus autem nulli creaturæ quicquam debere potest. Quinimmo omnis creatura deo omnia debet, & gratiam etiam omnem, quam angeli aut homines habere possunt, deo acceptam referre debent. Absit ergo, ut apud deum cogitemus ullum nobis tanquam debitum esse meritum, quantuncumque pie, sancte, religiosèque uixerimus. At CHRISTO qui deo natura est æqualis, qui solus secundum naturam nostram, quam assumpsit peccatum habere non potuit, qui nihil hac ratione debuit, aut debere potuit, meritum esse potuit, & est: & proinde in illo solo, non in nostro merito, quod nullum est, fidere debemus, illum suspicere, illum admirari, illum imitari: & merito quidem, quia non sibi, sed nobis omnia meruit. Et semper de nobis etiam quam optime possumus bona facientibus sentire, quod serui inutiles sumus, & eo magis quo nullus nostrum dicere potest: Quod debuimus facere, fecimus: sed contra, quod debuimus facere, non fecimus. Ergo reuera serui, non modo inutiles, sed etiã supra quam inutiles sumus, serui quibus nihil debetur, serui qui semper debent, & nunquam soluendo esse possunt. Quod ergo nostrum non exigitur debitum, dei bonitas est: cuius proprium est parcere, & misereri. Quod insuper gratia adiicitur, plusquam admirabilis eiusdem dei bonitas, cuius proprietates est ultrò se diffundere, propagare, communicare, & ad consortij sui felicitatem, creaturam suam gratias adducere. Subiungit Lucas de decem leproforum mundatione, dicens. ¶ Et factum est dum iret in Hierusalem, transibat per mediam Samariam & Galilæam. Et cum 144 ingrederetur quoddam castellum, occurrerunt ei decem uiri leprosi: Qui steterunt à longe, & leuauerunt uocem, dicentes: IESU præceptor, miserere nostri. Quos ut uisidit, dixit: Ite, ostendite uos sacerdotibus. Et factum est dum irent, mundati sunt. Unus autem ex illis, ut uidit quia mundatus est, regressus est, cum magna uoce magnificans deum. Et cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens. Et hic erat Samaritanus. Respondens autem IESUS, dixit: Nonne decem mundati sunt, & nouem ubi sunt? Non est inuentus qui rediret & daret gloriam deo, nisi hic alienigena. Et ait illi: Surge, uade: quia fides tua te saluum fecit. ¶ Transibat (inquit) per mediam Samariam & Galilæam. Transibat prius per mediam Galilæam, qua peragrata intrauit Samariam: nam Samaria Iudæam & Galilæam interiacet, ut topographiæ ostendunt. Occurrerunt ei

decem uiri leprosi. Leprosi, sunt peccatores omnes. Decem, plenitudinem monstrat. Steterunt à longe, quia & à deo longè sunt peccatores. Et ut leprosi corpore urbibus excluduntur, & priuantur consortio mundorum: sic & spiritu leprosi excluduntur à cœlesti Hierusalem, cœlestibusq; habitationibus, & sanctorum contubernio priuantur. Leuauerunt uocem, dicentes: IESU præceptor, miserere nostri: quæ uox est peccatorum ad deum, ut mundentur clamantium. Cum etiam dicitur: Ite, ostendite uos sacerdotibus, iustificatio secundum ritum ecclesiæ iubetur. Quod dum irent, mû dati sunt: tantam dei bonitatem ostendit, ut cum peccatores ubi misericordiam à deo poposcerunt, habent propositum satisfaciendi deo, & eius uerbum implendi, iuxta suam in his inferioribus ordinationem, ipse præueniat & mundet eos, id est culpam reatumq; remittat, antequam etiam ad suos perueniât uicarios: uult tamen quod perueniant, & iussa capeffant iuxta suam ordinationem. Decem ergo diuino mandato obsequentes, ostenderunt se sacerdotibus: at unus, ubi id factum est & agnouit, etiam sacerdotum testimonio se esse mundatum, beneficio mundantis agnito (nam reuera sacerdotes non sunt qui mundant, sed deus: at ipsi contestatores & testes) rediit ad saluatorem mundi, & ad eum qui curat omnes lepras nostras, cum magna uoce, magnificans deum. neque errauit: nam ille reuera erat deus. Et quod decem erant, & unus solus reuersus est: signum est quod deus omnes peccatores, qui ad iustificationes ecclesiæ accedunt, mundat: sed pauci agnoscunt benefactorem, pauci recurrunt ad gratias agendas, procidentes in facies suas ad pedes misericordiæ eius, & magnificantes deum. Qui rediit, alienigena erat: in quo subindicatur quod exteri gratiam dei potius agnoscerent, illi gratias agerent, & eum magnificarent, quàm Iudæi, qui erant interni & domestici dei. Cur hoc: Quia Iudæi, scribæ, & pharisæi operibus fidunt, & merita uolunt: exteri nequaquam, sed gratiam agnoscunt. Et cum dominus uocauit eum alienigenam: ostēdit eum alia gente esse ortum, etsi patria Samaritanus esset. Et hic (inquit) erat Samaritanus. In Samaria enim etiam Iudæi erant, ex sorte Nephthalim. Deinde subiungit Lucas quomodo interrogauerunt pharisæi dominum de regno dei, & quid eis responderit, dicens. ¶ Interrogatus autem à pharisæis quando uenit regnum dei: respondens dixit eis: Non ueniet cum obseruatione, neq; dicent, ecce hic, aut ecce illic. Ecce enim regnū dei intra uos est. Et ait ad discipulos suos: Venient dies quādo desyderetis uidere unum diem filij hominis, & non uidebitis. Et dicit uobis: Ecce hic, & ecce illic: nolite ire, neq; sectemini. Nam sicut fulgur coruscās sub cœlo, in ea quæ sub cœlo sunt fulget: ita erit filius hominis in die sua. Primum autem oportet illum multa pati, & reprobari à generatione hac. Et sicut factum est in diebus Noë, ita erit in diebus filij hominis. Edebant & bibebant, uxores ducebant & dabantur ad nuptias usque in diem qua intrauit Noë in arcam, & uēnit diluuium, & perdidit omnes. Similiter sicut factum est in diebus Loth: Edebant & bibebant, emebant & uendebant, plantabant & ædificabant: qua die autem exiit Loth à Sodomis, pluit ignem & sulphur de cœlo, & omnes perdidit. Secundum hæc erit, qua die filius hominis reuelabitur. In illa hora qui fuerit in tecto, & uasa eius in domo, ne descēdat tollere illa: & qui in agro, similiter nō redeat retro. Memores estote uxoris Loth: Quicunq; quæsierit animam suam saluam facere, perdet illam. Et quicunq; perdidit illam, uiuificabit eam. Dico uobis, in illa nocte erunt duo in lecto uno: unus assumetur, & alter relinquetur. Duæ erunt molentes in unum: una assumetur, & altera relinquetur. Duo in agro: unus assumetur, & alter relinquetur. Respondentes dicunt illi: Vbi domine? Qui dixit illis: Vbicunq; fuerit corpus, illuc cōgregabuntur & aquilæ. ¶ Regnum dei duplex est, præsens, & futurum: & idem est regnum CHRISTI. Primum, in primo aduentu CHRISTI cœpit, & quodammodo cum obseruatione uēnit: nam obseruatione capi potuit, tum ex hebdomadibus Danielis, tum ex defe-

ctu regni

145

» gno dei, & quid eis responderit, dicens. ¶ Interrogatus autem à pharisæis quando  
 » uenit regnum dei: respondens dixit eis: Non ueniet cum obseruatione, neq; dicent,  
 » ecce hic, aut ecce illic. Ecce enim regnū dei intra uos est. Et ait ad discipulos suos: Ve-  
 » nient dies quādo desyderetis uidere unum diem filij hominis, & non uidebitis. Et di-  
 » cent uobis: Ecce hic, & ecce illic: nolite ire, neq; sectemini. Nam sicut fulgur coruscās  
 » sub cœlo, in ea quæ sub cœlo sunt fulget: ita erit filius hominis in die sua. Primum au-  
 » tem oportet illum multa pati, & reprobari à generatione hac. Et sicut factum est in  
 » diebus Noë, ita erit in diebus filij hominis. Edebant & bibebant, uxores ducebant &  
 » dabantur ad nuptias usque in diem qua intrauit Noë in arcam, & uēnit diluuium, &  
 » perdidit omnes. Similiter sicut factum est in diebus Loth: Edebant & bibebant, eme-  
 » bant & uendebant, plantabant & ædificabant: qua die autem exiit Loth à Sodomis,  
 » pluit ignem & sulphur de cœlo, & omnes perdidit. Secundum hæc erit, qua die fili-  
 » us hominis reuelabitur. In illa hora qui fuerit in tecto, & uasa eius in domo, ne descē-  
 » dat tollere illa: & qui in agro, similiter nō redeat retro. Memores estote uxoris Loth:  
 » Quicunq; quæsierit animam suam saluam facere, perdet illam. Et quicunq; perdidit  
 » illam, uiuificabit eam. Dico uobis, in illa nocte erunt duo in lecto uno: unus assu-  
 » metur, & alter relinquetur. Duæ erunt molentes in unum: una assumetur, & altera  
 » relinquetur. Duo in agro: unus assumetur, & alter relinquetur. Respondentes dicunt  
 » illi: Vbi domine? Qui dixit illis: Vbicunq; fuerit corpus, illuc cōgregabuntur & aquil-

» læ. ¶ Regnum dei duplex est, præsens, & futurum: & idem est regnum CHRISTI.  
 » Primum, in primo aduentu CHRISTI cœpit, & quodammodo cum obseruatione  
 » uēnit: nam obseruatione capi potuit, tum ex hebdomadibus Danielis, tum ex defe-

et regni & sacerdotij iudæorum, & eius ad aliam gentem translatione. Ad hæc ex  
 signis a prophetis assignatis, & plurimis alijs. Sed secundum dei regnum, quando  
 uenturum sit, nulla obseruatione capi, intelligiue potest. De hoc dicit dominus & ad  
 pharisæos, & ad discipulos: Non ueniet cum obseruatione, & non erit aut in hac, aut  
 in illa plaga terræ: quia terrenum non erit, sed cœleste. De illo uero dicit & ad phari-  
 sæos qui credebant in ipsum (crediderunt enim nonnulli) & ad discipulos suos: Ecce  
 enim regnum dei intra uos est. Et quid est regnum dei, nisi fides CHRISTI, doctrina  
 spiritus, & noua in ipso creatura, & ipse (quod maximum est) qui per fidem iam in  
 ipsis habitabat: Et quod dixit ad discipulos, dictum etiam ad posteros intelligitur. E-  
 quibus multi desyderauerunt & desyderant uidere unum diem Mesia super terram,  
 & id non est eis datum. Multi quoque uarijs in locis, & temporibus dicturi erant,  
 quod ipsi essent CHRISTVS: quod etiam sæpe alijs, & adhuc nostra quoque tempe-  
 state apud Teutonas factum narratur de quodam profelyto, qui se iudæis Mesiam  
 mentiebatur: & discipulos habebat: claudos, sed fictitios erigebat, leprosos laruatitios  
 sanabat, & mortuos se suscitasse mentiebatur: sed ueræ illorum locorum flammæ, illu-  
 lum falsum Mesiam fuisse probauerunt. Taceo de particularibus CHRISTIS, quos sa-  
 lutares putant, quibus fidunt: ad quos quidam, ut ad CHRISTVM confugiunt, cum  
 non sit nisi unus uniuersalis CHRISTVS, qui solus est omnium salus, qui est benedi-  
 ctus in secula. Nunquam ergo amplius CHRISTVS, neque hic, neque illic super ter-  
 ram cum hominibus conuersans est quærendus, nunquam conspiciendus, nisi in spi-  
 ritu & mysterio: sed omnibus apparebit hominibus in suo secundo aduentu, qui re-  
 pente & ex improviso sicut fulgur adueniet mundo. Quod & latius exequitur Mat-  
 thæus cap. uigesimoquarto, numeris. 229. & .230. Sed adiicit hic similitudinem in-  
 certæ diei perditionis Sodomorum, cum Loth & filia eius è Sodomis egressi sunt:  
 qui figura fuerunt saluandorum in nouissimo die. Qui uero ultricibus flammis perie-  
 runt: eorum qui æterno igne torquebuntur. Vxor Loth, quæ ab impudicorum con-  
 uersatione erepta respexit retro: documento est, ne quis posteaquam mundana uita  
 iam derelicta, ad eam quæ est spiritus cõscendit, ad priorem uitam reflectat habenas:  
 sed semper ad ulteriora procedat: alioqui prioris fuga, ipsum à perditione non libera-  
 bit. Et hoc quoque diuina hæc domini prætendit sententia: In illa hora (id est, in nouis-  
 simo tempore) qui fuerit in tecto, & uasa eius in domo, ne descendat tollere illa. Te-  
 ctum, altior uita, & uita spiritus. Domus, mundus. Vasa, ea quæ mundi sunt. Simili-  
 ter ager, à mundo secessus. Redit retro, qui à secessu & mundi fuga redit ad mun-  
 dum. Ille quærit animam suam saluam facere, & hoc in hoc mûdo: qui studet præsen-  
 ti uitæ conseruandæ, sectando desyderia mundi, & uoluptatum illecebras, & ille per-  
 det eam. At qui illam perdidit, uiuificabit eam: & hæc uiuificatio est aptatio quædã,  
 ut illi deus uitam condonet æternam. Porro de discretionem assumendorum & relin-  
 quendorum, eadem habet Matthæus capite uigesimoquarto, numero. 233. Sed cum  
 discipuli interrogarunt ubi illi assumerentur, & alij relinquerentur: respondit domi-  
 nus: Vbicunq; fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ. per quod innuit, id non  
 in uno loco particulari, sed potius in toto mundo futurum. Nam quemadmodum  
 aquilæ ad cadauera undique aduolant: ita & animæ sanctorum omni ex parte ad fili-  
 um hominis concurrent, siue ille nondum corpora sua exuerint, siue iam illa repente  
 potenti uerbo dei instaurata resumpserint. Nam etiam si difflata fuerint in atomos (ut  
 aiunt) Democriticas, aut si carnes, ossa, aut cineres eorū in animalia, aut plantas trāsie-  
 rint, iustitia repente fiet, & cuique quod suum fuerit, & quantum necessarium fuerit  
 restituetur: sed id maxime quod quisque in morte deseruit. Quod sicut in uita mem-  
 brum aliquod fuerit direptum, & aut a bestia, aut alio euentu sublatum, illud tunc re-  
 stituetur. Aderunt autem ex Matthæi cap. uigesimoquarto, & angeli dei huic myste-

rio: quod quamuis arduum sit, fiet tamen ut dictum est. Nam cum uerbo dei omnia facta sint ex nihilo, quid mirum si uerbo dei omnia reparabuntur corpora ex aliquo? Illi tamen assumi dicuntur, qui numero saluandorum adscribuntur: relinqui uero, qui sunt de infelici sorte reproborum. Omnes tamen tribunali CHRISTI assistent: illi in dextris misericordiae, isti in sinistris iustitiae. Et benedicta sit, tum dei misericordia, tum iustitia, qui & nos sic in hoc mundo, ut ad suum beneplacitum uiuamus dirigat, ut in illa die assumpti, & in dextra eius collocati, audire possimus hanc uocem super omnes desiderabilem: Venite benedicti patris mei. ut nunquam a laude eius & iubilatione cessemus, cum angelis, uirtutibus, & potestatibus omnibus coelestibus, laudantes patrem, filium, & spiritum sanctum, & glorificantes, & magnificantes unum deum nostrum: quia solus ipse est quem decet omnis laus, iubilatio, & gloria, adoratio, decus, & imperium in omnia, & super omnia secula seculorum. Amen.

## C A P V T O C T A V V M D E C I M V M.

- 146  Icebat autem & parabolam ad illos, quoniam oportet semper orare, & non deficere, dicens: Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui deum non timebat, & hominem non reuebatur. Vidua autem quaedam erat in ciuitate illa, & ueniebat ad eum, dicens: Vindica me de aduersario meo. Et nolabat per multum tempus. Post haec autem dixit intra se: Etsi deum non timeo, nec hominem reuereor: tamen quia molesta est mihi haec uidua, uindico illam, ne in nouissimo ueniens sugillet me. Ait autem dominus: Audite quid iudex iniquitatis dicit. Deus autem non faciet uindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte, & patientiam habebit in illis: Dico uobis, quia cito faciet uindictam illorum. Veruntamen filius hominis ueniens, putas inueniet fidem in terra? ¶ Dixit autem & ad quosdam, qui in se confidebant tanquam iusti, & aspernabantur ceteros, parabolam istam, dicens: Duo homines ascendebant in templum, ut oraret: unus pharisaeus, & alter publicanus. Pharisaeus stans, haec apud se orabat: Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri hominum, raptores, iniusti, adulteri: uelut etiam hic publicanus. Ieiuno bis in sabbato, decimas do omniu[m] quae possideo. Et publicanus a longe stans, nolebat nec oculos ad caelum leuare, sed percutiebat pectus suum, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. Dico uobis, descendit hic iustificatus in domum suam ab illo: quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. ¶ Afferebant autem ad illum & infantes, ut eos tangeret. Quod cum uiderent discipuli, increpabant illos. IESVS autem conuocans illos, dixit: Sinite pueros uenire ad me, & nolite uetare eos: talium est enim regnum dei. Amen dico uobis, quicumque non acceperit regnum dei sicut puer, non intrabit in illud. ¶ Et interrogauit eum quidam princeps, dicens: Magister bone, quid faciens uitam aeternam possidebo? Dixit autem ei IESVS: Quid me dicis bonum? Nemo bonus, nisi solus deus. Mandata nosti, Non occides, Non moechaberis, Non furtum facies, Non falsum testimonium dices: Honora patrem tuum, & matrem

30 & matrem. Qui ait: Hæc omnia custodiui à iuuentute mea. Quo audito IESVS ait ei: Adhuc unum tibi deest. Omnia quæcunq; habes uende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo, & ueni sequere me. His ille auditis, contristatus est: quia diues erat ualde. Videns autem IESVS illum tristem factum, dixit: Quàm difficile qui pecunias habet, in regnum dei intrant? Facilius est enim camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum dei. Et dixerunt qui audiebant: Et quis potest saluus fieri? Ait illis: Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud deum. Ait autem Petrus: Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te. Qui dixit eis: Amen dico uobis, nemo est qui reliquit domum aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut filios propter regnum dei, & non recipiat multo plura in hoc tempore, & in seculo futuro uitam æternam. ¶ Assumpsit autem IESVS duodecim, 150 & ait illis: Ecce ascendimus Hierosolymam, & consummabuntur omnia quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur: & postquam flagellauerint, occident eum, & die tertia resurget. Et ipsi nihil horum intellexerunt. Et erat uerbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant quæ dicebantur. ¶ Factum est autem cum appropinquaret Hiericho, cæcus quidam sedebat secus uiam, mendicans. Et cum audiret turbam prætereuntem, interrogabat quid hoc esset. Dixerunt autem ei, quod IESVS Nazarenus transiret. Et clamauit dicens: 151 IESU fili Dauid, miserere mei. Et qui præibant, increpabant eum ut taceret. Ipse uero multo magis clamabat: Fili Dauid, miserere mei. Stans autem IESVS, iussit illum adduci ad se. Et cum appropinquasset, interrogauit illum, dicens: Quid tibi uis faciam? At ille dixit: Domine, ut uideam. Et IESVS dixit illi: Respice, fides tua te saluum fecit. Et confestim uidit, & sequebatur illum magnificans deum. Et omnis plebs ut uidit, dedit laudem deo.

## ANNOTATIONES BREUES XXX. CIRCA LITERAM CAP. XVIII.

1	quoniam προς το	8	tandem fugillet ὑποπίπτει	14	ὅτι ἐστὶ quod essent istam, — dicens.
	ad hoc quod			17	uelut
2	orare * αὐτοὺς ἑαυτοὺς	10	uituperet & patientiam habebit ἢ καὶ ὡς		uel etiam ut
2	deficere, ἐκκακῆν		etiam longanimis existens	20	ab illo: ἢ ἤσσ' ἐκείνῳ
	segnescere, defatigari	10	in illis: ἐπὶ αὐτοῖς		magis certè quàm ille, præ illo sanè
4	Vidua autem — quædã		super illis	23	conuocans illos
6	per multum tempus. ἐπὶ χρόνον	12	putas ἄρα		προσκαλεσάμεν αὐτὰ aduocās illos. s. ifantes
8	in nouissimo ἐν τέλει	12	an	23	pueros τὰ παιδία
	in fine,	15	Dixit autem — & tanquam		diminutiuum.

	& infra.	31	da	ἀπὶ γέλαρον	
28	solus		διὰδος	Renunciauerunt	
	εἷς		distribue	49 Nazarenus	
	unus	40	& non	ὁ ναζωραῖος	
28	Non occides.		ὅς οὐ μὴ	53 uideam.	
	Non mœchaberis.		qui non	ἀναβλέψω	
	ordo permutatus.	41	Assumpsit autem	respiciam.	
30	matrem		- IESVS	54 Respice.	
	* σου tuam.	44	flagellabitur,	ἀναβλέψω	
30	Quo audito		ὕβριδι ἠσέτα	55 magnificans	
	ἀκούσας δὲ τὰ ἅπαντα		contumelijs afficietur	δοξάζω	
	Quibus auditis	49	Dixerunt	glorificans.	

COMMENTARIUS IN CAPVT OCTAVVM DECIMVM.

146 »



» Einde subdit Lucas parabolam de orationis perseverantia ad deum, & non remittendo relaxandoq; animo, dicens. ¶ Dicebat autem & parabolam ad illos, quoniam oportet semper orare, & non deficere, dicens: Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui deum non timebat, & hominem non reuerbatur. Vidua autem quedam erat in ciuitate illa, & ueniebat ad eum, dicens: Vindica me de aduersario meo. Et nolebat per multum tempus. Post hæc autem dixit intra se: Etsi deum non timeo, nec hominẽ reueor: tamen quoniam molesta est mihi hæc uidua, uindicabo illam, ne in nouissimo ueniens fugilet me. Ait autem dominus: Audite quid iudex iniquitatis dicit. Deus autem non faciet uindictam electorum suorum clamantiũ ad se die ac nocte, & patientiã habebit in illis: Dico autem uobis, quia citò faciet uindictam illorũ. Veruntamen filius hominis ueniens, putas inueniet fidem in terra? ¶ Hæc parabola ab eo quod minus uidet, ad id quod magis, procedit. Ciuitas, mundus iste, iudex iniquitatis, quisq; iudex mundanus, qui quod secũdũ carnẽ ambulet, neq; deũ reueretur, neq; hominẽ curat. Vidua, quælibet persona, quæ suo iure spoliatur. Quærit defendi ab aduersario, cõfugiendo ad iudicẽ: quia iustitiã sibi fieri postulat. Quæ si apud iniquũ iudicẽ orare perseveret sibi iustitiã administrari: ille, quia sibi molesta est, & ne etiã tandẽ fugillet ipsum, culpet, infamet: proteget eã, & liberabit ab aduersario, faciendo iustitiã. Quod si iniqui iudices id facere solẽt ijs qui iniuste passi, orare perseverant: quid summus iudex, summe bonus, & summe æquus facturus est? Sanẽ sine cõparatione diligentius eos qui affliguntur iniuste, die noctuq; orantes defendi ac protegi ab ipso, id est perseverantes in oratione, defendet ac proteget. Bono ergo semper sint animo, & nunquã male affecto ac deiecto. Sed sunt ne nobis aduersarij, ratione quorũ cõtinuò nobis ad deũ orandum sit, ut nos defendat, protegat, eruat? Quidni? Nã cõtinui aduersarij nostri sunt caro, mundus, dæmonia: qui nos iugiter impugnant, angunt, affligunt, & nobis bona spiritualia & æterna indefinenter auferre satagunt. Ergo summũ iudicẽ qui liberare nos potest, semper oremus, & ne animũ remittamus: quod dictum, Et nõ deficere, designat. siquidẽ id ipsum est, non male animo affici, & nõ remittere animũ. Porro cũ uidua orabat, dicẽs: Vindica me de aduersario. nõ intelligatur quod aliquã uindictã, ultionẽ, aut poenã peteret de aduersario: sed quod defendi, protegi, & erui ab illo, iustitiã administrata, postularet. Et nos etiã cũ mundus, id est mundani homines nos affligũt, sic orare debemus defendi, ac protegi aduersus eos: nõ uindictã aliquã, aut ultionem in eos petere aut optare, etsi deus citò protectionẽ ab illis facturus sit, & in eos iuste animaduersurus. Et cũ dicit, Citò faciet uindictã illorũ: per uindictã, defensionẽ ac liberationẽ intelligamus. Sed perexigua est in ijs, qui in mũdo premũtur, huiusmodi in deum

in deum fiducia: proinde subdit dominus: Veruntamen filius hominis cum uenerit, putas inueniet fidem in terra? Quæ est hæc fides, nisi certa credulitas, & plena quod defendemur & protegemur ab eo, fiducia? Innumeros dominus protegit, qui hanc fidem non habent. Studeamus igitur hanc fidem, & plenam aduersus omnes aduersarios in eo habere fiduciam. In hac fide dicamus: Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum. Si exurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo. ut & cum dominus ueniet, inueniat in nobis fidem, & perfectam in se fiduciam. Et huic ad iugiter orandum adhortationi, subdit Lucas ex domino aliam parabolam, dicens. **¶** Dixit autem & ad quosdam, qui in se confidebant tanquam iusti, & aspernabantur cæteros, parabolam istam, dicens: Duo homines ascendebant in templum, ut orarent: unus pharisæus, & alter publicanus. Pharisæus stans, hæc apud se orabat: Deus, gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri hominum, raptores, iniusti, adulteri, uelut etiam hic publicanus: Ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium quæ possideo. Et publicanus à longe stans, nolebat nec oculos ad cælum leuare: sed percutiebat pectus suum, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. Dico uobis, descendit hic iustificatus in domum suam ab illo. Quia omnis qui se exultat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. **¶** Pharisæus, figurat omnes qui operibus suis confidunt, & se ex illis iustos esse, & de deo optime meritos credunt. Publicanus, omnes qui operibus suis ut suis propriae que iustitiæ nihil, sed omnia gratiæ & bonitati dei tribuunt. Illi, meritum ponunt: isti, non. Illi, deum debitorem putant, & se minime: isti contra, se debitores, & sic quidem debitores, ut nunquam possint debitis facere satis: deum autem non debitorem, neque qui talis esse possit. Illi, gaudia æterna ut debitum expectant: isti, ut meram dei gratiã. Illi, ut digni: isti, ut indigni, qui & angelos & sanctos omnes ex se indignos tanta gloria putant: sed in omnibus deum esse illam dignitatem, qua omnes (ut sic dicam) dignificat, & dignos reddit. Illi, aliquid boni sibi tribuunt: isti, nihil nisi malum. Illi, sunt superbi: isti, humiles. Illi, in ijs quæ perfectionis sunt, se ipsos atrendunt: isti, in his quæ perfectionis sunt solum deum, sed se ipsos solum in ijs quæ imperfectionis. Illi, cum sancta loca ingrediuntur ad orandum, propius ad altaria & sanctiora quæque accedunt, oculis in sublime conuersis orant, & pectus non percutiunt: quia culpas se habere ignorant, pro quibus exigendæ sint pœnæ, & suas iustitias enarrant, & alios qui etiam præsentibus sunt, intra se iudicant ac despiciunt: isti, longe stant, & oculis in terram defixis pectus tundunt, & de seipsis pœnam exigunt, suas culpas agnoscunt, omnes que alios se potius misericordia dignos ducunt, & solam dei propitiationem suspirant, in illa sola confidentes. Et quæ sit utriusque orandi forma, quæ mens & cogitatio, dominus expressit. Ex quibus differentiæ quæ dictæ sunt, satis agnosci possunt: & quorum etiam oratio apud deum sit exaudibilior: quia publicanus descendit è templo in domum suam iustificatus ab illo. Quid est ab illo? Præ illo, plusquam ille. Nam pharisæus descendit iustitia sua iustus: publicanus uero iustificatione dei & gratia iustus: & ideo magis iustificatus illo, quanto iustitia dei maior est iustitia hominis. Et cur hoc? Quia iste se humiliauit, ille autem se exaltauit. Nam hoc summæ maiestatis munus est, ut exaltet humiles: & humiliet sublimes, id est sese exaltantes. Sed inquires: Si iste descendit iustificatus præ illo, ergo uterque descendit iustificatus. Non eo inficias infinitam dei bonitatem, quæ propter semetipsam iustificat indignos, etiam iustificationem suam ad pharisæum, sed minorem ad illum, quam ad publicanum extendisse. Nam & magis huius quam illius orationem, orantis que affectum acceptauit: alioqui pharisæus, & qui per eum repræsentantur, saluari sua iustitia non possent, ut saluator ait: Nisi abundauerit iustitia uestra plusquam scribarum & phariseorum, non intrabitis in regnum cælorum. Ergo opus est iustificatione gratiæ, ut iustitia operum abundet. Qui ergo saluantur, omnes per gratiam saluantur:

Psal. 26.

147

Matth. 5.

sed isti, grati illi, ingrati. Simus ergo quoties oramus cum publicano uerè humiles, & iustitiam qua saluari expectamus, nō nobis, sed soli gratiæ dei tribuamus: etiam si multo diligentius obseruantiusq; quàm pharisæus, omnia dei mandata custodiamus. Et sic gratiæ, benignitati, & supereminenti bonitati dei, nō tantum ut illi erimus ingrati. Quamquam nemo unquam gratias referre potest, ne pro minimis quidem quæ nobis elargita est, ac in dies elargitur beneficijs: quomodo igitur pro incomprehensibilibus & maximis? Subiungit Lucas de pio parètum affectu asserentium domino pueros suos, ut illis sanctas manus imponeret, dicens. ¶ Afferebant autem ad illum & infantes, ut eos tangeret. Quod cum uiderent discipuli, increpabant illos. IESVS autem conuocans illos, dixit: Sinite pueros uenire ad me, & nolite uetare eos: taliū est enim regnum dei. Amen dico uobis, quicumq; non acceperit regnum dei sicut puer, non intrabit in illud. ¶ Beati sunt infantes illi, quorū alios dominus suis sanctis ulnis strinxit, alios sanctis manibus tetigit, alios benedixit, sanctaq; precatione perfecit. Et hanc IESV benignitatem erga eos, qui ad se ut pueri ueniunt, expressit etiam Matthæus capite unde uigesimo, numero 187. & Marcus cap. decimo, numero 55. Subdit Lucas de eo qui interrogauit dominum, quid sibi faciendum esset, ut uitam possideret æternam, dicens. ¶ Et interrogauit eum quidam princeps, dicens: Magister bone, quid faciens uitam æternam possidebo? Dixit autem ei IESVS: Quid me dicis bonū? Nemo bonus, nisi solus deus. Mandata nosti, Non occides, Non mœchaberis, Non furtum facies, Non falsum testimonium dices: Honora patrem tuum, & matrē. Qui ait: Hæc omnia custodiui à iuuentute mea. Quo audito, IESVS ait ei: Adhuc unum tibi deest. Omnia quæcunq; habes, uende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo, & ueni sequere me. His ille auditis, contristatus est: quia diues erat ualde. Videns autem IESVS illum tristem factum, dixit: Quàm difficile qui pecunias habent, in regnum dei intrabunt? Facilius est enim camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum dei. Et dixerunt qui audiebant: Et quis potest saluus fieri? Ait illis: Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud deum. Ait autem Petrus: Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te. Qui dixit eis: Amen dico uobis, nemo est qui reliquit domum aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut filios propter regnum dei, & non recipiat multo plura in hoc tempore, & in seculo futuro uitam æternam. ¶ Princeps erat qui interrogauit dominum, & ex Matthæo adolescēs, & ex Marco humilis, ut qui in uia genuflexo ante dominum interrogabat ipsum: & nihilominus tam forte fuit uinculum auaritiæ, in illa etiam tātilla ætate, ut abrumpi nō potuerit: ad eò ut ille spretis æternis bonis terrenas secutus sit diuitias. O auaritia in omni ætate fugiendum, & summopere quidem fugiendum malum. Hanc historiam habet Matthæus capite unde uigesimo, numero 188. & Marcus capite decimo, numero 56. De Petro quoque qui interrogauit dominum, quid futurum esset ipsis, quod dimissis omnibus, saltem quo ad affectuum adhæsiōnem, secuti erant eum: eisdem in locis habetur apud Matthæum & Marcum, sed numeris 191. & 58. Deinde subiungit Lucas, quo pacto acceptis seorsum duodecim, dominus aperuit quæ sibi propediem Hierosolymis erant obuentura, dicens. ¶ Assumpsit autem IESVS duodecim, & ait: Ecce ascendimus Hierosolymam, & consummabuntur omnia quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur: & postquam flagellauerint, occident eum, & die tertia resurget, Et ipsi nihil horum intellexerunt. Et erat uerbum illud absconditum ab eis, & non intelligebant quæ dicebantur. ¶ Et hoc quoque dominum illis duodecim manifestasse ponit Matthæus capite uigesimo, numero 193. & Marcus capite decimo, numero quinquagesimo nono. Sed adiicit hic Lucas, quod ipsi nihil horū intellexerunt. Non intelligebāt, quia id credere non poterāt, quod qui filius dei esset, &

cuius tanta

cuius tanta mirabilia, quæ totam naturæ potentiam excederent, uiderant, posset unquam talia pati, ut qui mundo erat potentior: & proinde dicta illa esse parabolica putabant. Subiungit Lucas illuminationem cæci secus uiam Hierichontinam sedentis, quem dominus illuminauit, dicens. ¶ Factum est autem cum appropinquaret Hiericho, cæcus quidam sedebat secus uiam, mendicans. Et cum audiret turbam prætereuntem, interrogabat quid hoc esset. Dixerunt autem ei, quod IESVS Nazarenus transiret. Et clamauit, dicens: IESV fili Dauid, miserere mei. Et qui præibant, increpabant eum, ut taceret. Ipse uero multo magis clamabat, Fili Dauid, miserere mei. Stans autem IESVS, iussit illum adduci ad se. Et cum appropinquasset, interrogauit illum, dicens: Quid tibi uis faciam? At ille dixit: Domine, ut uideam. Et IESVS dixit ei: Respite, fides tua te saluum fecit. Et confestim uidit, & sequebatur illum magnificans deum. Et omnis plebs ut uidit, dedit laudem deo. ¶ Matthæus capite uigesimo, numero 196. de duobus illuminatis mentionem facit, & Marcus cap. decimo, numero 62. & hic Lucas de uno, sed de illo arbitror, qui insignius uociferabatur, & transeuntium aures obtundebat. nam ubi ipse à primis longò tractu transeuntibus interrogauit, quisnam esset qui transiret: & audisset IESVM esse: qui elemosynam solebat quærere, nõ amplius elemosynam petijt, sed altissima uoce clamare non destitit: IESV fili Dauid, miserere mei. Nesciebat enim an IESVS ibi esset, necne: quanquam & ibi semper erat, tamen neque cæco, neque alijs id scientibus. Et cum irrequiete uociferaretur turbis transeuntibus, inter quas nondum IESVS præfens corpore erat, increpabant eum, imperantes ut taceret. At ille eo uehementius clamabat, donec transijt dominus. Qui iussit eum, & qui cum eo aderat, adduci ad se. Quo audito, tanta alacritate ac lætitia uenit, ut ex Marco abiecto uestimẽto exilierit. Et exauditus, recepto lumine, audiuit id: Fides tua te saluum fecit. Erat enim ex ijs, qui fidem habebant cum plena fiducia. Insuper neque dicitur quod redierit retro, ut suam reciperet chlamydem, sed quod secutus sit dominum, magnificans deum. Sic ergo nunquam cessemus clamare id, quibuscunque impedire uolentibus, Domine, miserere nostri: donec dominus (et si semper præfens) transeat. Et eius misericordia illuminati, nunquam respiciamus retro: sed iugiter sequamur illum, magnificantes & glorificantes deum, ex hoc inferiori mundo usque in cœlestem Hierusalem: ubi nunc & semper per ipsum, & cum ipso æterno patri in spiritu sancto est, fuit, & erit laus, honor, & gloria, in perennia seculorum secula. Amen.

## CAPVT NONVM DECIMVM.

**I**ngressus perambulabat Hiericho. Et ecce uir nomine Zacchæus, & hic princeps erat publicanorum, & ipse diues. Et quærebat uidere IESVM quis esset: & non poterat præterire, quia statura pusillus erat. Et præcurrrens, ascendit in arborem sycomorum, ut uideret eum: quia inde erat transiturus. Et cum uenisset ad locum, suspiciens IESVS uidit illum, & dixit ad eum: Zacchæe, festinans descende: quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit, & excepit illum gaudens. Et cum uiderent omnes, murmurabant dicentes, quod ad hominem peccatorem diuertisset. Stans autem Zacchæus, dixit ad dominum: Ecce dimidiũ bonorũ meorũ domine do pauperibus: & si quid aliquẽ defraudaui, reddo quadruplũ. Ait IESVS ad eum: Quia hodie salus domui huic facta est, eo quod & ipse filius



sit Abraham. Venit enim filius hominis querere, & saluum facere quod pe-  
 153 rierat. ¶ Hæc illis audientibus adiiciens dixit parabolam, eo quod esset pro-  
 pe Hierusalem: & quia existimarent quod confestim regnum dei manifesta 15  
 retur. Dixit ergo: Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam, ac-  
 cipere sibi regnum, & reuerti. Vocatis autem decem seruis suis, dedit eis de-  
 cem mnas, & ait ad illos: Negotiamini dum uenio. Ciues autem eius ode-  
 rant eum, & miserunt legationem post illum, dicentes: Nolumus hunc re-  
 gnare super nos. Et factum est ut rediret accepto regno, & iussit uocari ser- 20  
 uos, quibus dedit pecuniam, ut sciret quantum quisque negotiatus esset. Vê-  
 nit autem primus, dicens: Domine, mna tua decem mnas acquisiuit. Et ait  
 illi: Euge bone serue, quia in modico fuisti fidelis, eris potestatem habes su-  
 pra decem ciuitates. Et alter uenit, dicens: Domine, mna tua fecit quinque 25  
 mnas. Et huic ait: Et tu esto super quinque ciuitates. Et alter uenit, dicēs: Do-  
 mine, ecce mna tua, quã habui repositã in sudario. Timui enim te, quia ho-  
 mo austerus es, tollis quod nõ posuisti, & metis quod nõ seminasti. Dicit ei:  
 De ore tuo te iudico serue nequã. Sciebas quod ego homo austerus sum, tol-  
 lens quod nõ posui, & metēs quod nõ seminavi. Et quare nõ dedisti pecuniã  
 meã ad mensam, & ego ueniens cū usuris utique exegissem illud? Et astanti- 30  
 bus dixit: Auferite ab illo mnam, & date illi qui decem mnas habet. Et dixerunt  
 ei: Domine, habet decem mnas. Dico autem uobis, quia omni habenti da-  
 bitur, & abundabit: ab eo autem qui nõ habet, & quod habet, auferetur ab  
 eo. Verũtamen inimicos meos illos, qui noluerunt me regnare super se, ad  
 154 ducite huc, & interficite ante me. ¶ Et his dictis præcedebat ascendens Hie- 35  
 rosolymam. Et factum est cum appropinquasset ad Bethphage & Bethani-  
 am, ad montem qui uocatur Oliueti, misit duos discipulos suos, dicens: Ite  
 in castellum quod contra uos est. In quod introentes, inuenietis pullum  
 asinæ alligatum, cui nemo unquam hominum sedit. Soluite illum, & addu-  
 cite. Et si quis uos interrogauerit, quare soluitis, sic dicetis ei: Quia domi- 40  
 nus operam eius desyderat. Abierunt autem qui missi erant, & inuenerunt  
 sicut dixit illis, stantem pullum. Soluentibus autem illis pullum, dixerunt  
 domini eius ad illos: Quid soluitis pullum? At illi dixerunt: Quia domi-  
 nus eum necessarium habet. Et duxerunt illum ad IESVM. Et iactantes ue-  
 stimenta sua supra pullum, imposuerunt IESVM. Eunte autem illo sub- 45  
 sternebant uestimẽta sua in uia. Et cum appropinquaret iam ad descensum  
 montis Oliueti, cœperunt omnes turbæ descendantium gaudentes laudare  
 deum uoce magna super omnibus quas uiderant uirtutibus, dicentes: Bene-  
 dictus qui uenit rex in nomine domini, pax in cœlo, & gloria in excelsis. Et  
 quidam pharisæorum de turbis dixerunt ad illum: Magister, increpa disci- 50  
 pulos tuos. Quibus ipse ait: Dico uobis, quia si hi tacuerint, lapides clama-  
 155 bunt. ¶ Et ut appropinquauit, uidens ciuitatem fleuit super illã, dicēs: Quia  
 si cognouisses & tu. Et quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi, nunc autẽ  
 abscondita

abscondita sunt ab oculis tuis. Quia uenient dies in te, & circundabunt te  
 55 inimici tui uallo: & circundabunt te, & coangustabunt te undiq;: & ad ter-  
 ram prosternent te, & filios tuos qui in te sunt. Et non relinquent in te la-  
 pidem super lapidem, eo quod non cognoueris tempus uisitationis tuæ.  
 ¶ Et ingressus in templum, cœpit eiicere uendentes & ementes, dicens illis: 156  
 Scriptum est, quia domus mea, domus orationis est: uos autem fecistis il-  
 60 lam speluncam latronum. ¶ Et erat docens quotidie in templo. Principes 157  
 aut sacerdotū & scribæ, & principes plebis quærebant illū perdere: & nō in-  
 ueniebāt quid facerēt illi. Omnis enim populus suspēsus erat, audiens illū.

## ANNOTATIONES BREUES XLV. CIRCA LITERAM CAP. XIX.

1	nomine * καλούμεν	20	uocari * αὐτῶ ad se	& infra.
	uocatus	20	seruos * οἱ τοὺς illos	42
2	Zachæus: ζακχαῖος	21	pecuniam, δ' ἀργύριον	42
	Zacchæus		& infra.	44
2	ipse * ἦν erat	21	quantum quisq; τις τί	44
4	præcurrens * ἔμπροσθεν ante,	23	quīs quid modico	44
4	ascendit in – arborem		ἐλαχίσω	45
5	sycomorum συκομοραῖων	23	minimo	super
	sycomoræam, ficum Aegyptiam		eris ἴδι	47
5	inde ἐκεῖνης	25	esto alter	omnis multitudo di-
	illac	30	alius	scipulorum
9	ad hominē peccatorē παρα ἁμαρτωλῶ ἀνδρῶ		usuris τόκω	49
9	apud uirum peccatorē diuertisset. ἐστῆθε καταλῦσα	30	singulare. illud: illam. s. pecuniam	50
	ingressus esset ad diuer- tendum.	32	dabitur – & abūdabit: interficite κατασφάξατε	51
12	& ipse filius & ipsa filia ut ad domum referat. anceps	37	iugulate Oliueti: ἐλαιῶν Oliuarum	52
16	accipere ut acciperet	38	& infra. pullum – asinæ	53
17	reuerſi. reuerteretur	39	cui ἐφ' ὃν	56
18	dum uenio. ἕως ἔρχομαι		in quo operā eius desyderat. αὐτῶ χρεία ἔχει	58
	donec ueniam anceps,		eo opus habet	solo æquabunt uendentes * ἐμ' αὐτῶ in ipso

59	Scriptum est: — quia	primi,	62	suspensus erat
61	principes	primates		ἐκκρεματο
	οἱ πρῶτοι	62	facerent — illi	pendebat

## COMMENTARIUS IN CAPVT NONVM DECIMVM.

152



Superioribus adiicit Lucas historiam de Zacchæo, qui erat Hierichoninus, dicens. **C** Et ingressus perambulabat Hiericho. Et ecce uir nomine Zacchæus, & hic princeps erat publicanorum, & ipse diues. Et quærebat uidere IESVM quis esset, & nō poterat præ turba: quia statura pusillus erat. Et præcurrens ascendit in arborem sycomorum, ut uideret eum: quia inde erat transiturus. Et cum uenisset ad locum, suspiciens IESVS uidit illum, & dixit ad illum: Zacchæe, festinans descende: quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit, & excepit illum gaudens. Et cum uideret, omnes murmurabant dicentes, quod ad hominem peccatorem diuertisset. Stans autem Zacchæus dixit ad IESVM: Ecce dimidium bonorum meorum domine do pauperibus: & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. Ait IESVS ad eum: Quia hodie salus domui huic facta est, eo quod ipse filius sit Abraham. Venit enim filius hominis quærere & saluum facere quod perierat. **C** Zacchæus princeps erat publicanorum, in quo designatur magnitudo peccati: perinde ac si dicas, princeps exactorū, aut (ut communis erat existimatio) publicorum furum. Paruus erat statura: quod paruilitatem in gratia designat. Arbor, fides est: quam nisi conscendisset, uidere non potuisset IESVM transeuntem. Quod IESVS, qui est summis sublimior, & infimis humilior, suspicit eum in arbore, & ex nomine uocat, hoc est repente iustificantis indicium. Vocat ex nomine, quia iam scriptus esset in libro uitæ. Vocat ex alta arbore, quia ex fidei altitudine. Vocat ad festinam descensionem, quia ad festinam suæ humilitatis imitationem. Manet in domo eius, quæ est per fidem repente iustificata magni peccatoris conscientia. Pax illi facta est, quia filius sit Abraham, id est quia filius sit fidei. Et cum dicit, huic domui: intellige non illi soli factam pacem, gratiam, & salutem, sed uniuersæ eius familiæ, quæ multa erat cum princeps esset. Tanta est dei bonitas, ut ipse & tota domus eius, id est quisque è familia ipsius, eo quod filius esset Abraham, id est filius fidei & gratiæ, iustificatus saluatus que fuerit. Murmurant omnes scribæ & pharisæi quia iustificationem ex gratia & fide ignorant, & suam statuere uolunt, quæ est ex operibus legis, iustitiam: & deum quodammodo accusant, si peccatorem iustificet. Quod Zacchæus dimidium bonorum suorum dat pauperibus, & ex reliquo cuiuslibet quem defraudauerit pollicetur se redditurum quadruplum: signa sunt fidei, & pro uirili iustitiam & charitatem ad proximum seruare uolentis. Nullus ergo peccator desperet, quantuncunque magnus sit, nullus peccatorum princeps, quantumlibet exigua sit gratia, modo ad fidem, & magnam quidem fidem, ac altam desiderio uidendi IESVM ascendere possit: quia ipse protinus efficietur filius ueri Abraham, id est CHRISTI domini: qui est pater eminenter excelsus, pater omnis multitudinis fidei, & ex bonitate dei multi cum eo: & deus illum cum sua tota domo saluum faciet, quia sit filius Abraham, cuiusmodi saluos facere uult. Meminerit tamen quod reliquū est, in operibus pietatis & satisfactionis imitari Zacchæum, immo dei gratiam operantem in Zacchæo: alioqui non esset perfectus ueri Abraham filius, sed ne primi quidem Abraham, qui per fidem ex Paulo iustificatus est, & etiam ex Iacobo ex operibus.

ROMA. 4. Nec mirum, si magni peccatores per fidem saluantur: quia filius dei, qui idem est & filius hominis, uenit quærere, & saluum facere quod perierat. Quid enim magis periit quam peccator: qui quo maior fuerit peccator, eo magis periit. Nā deo periit, quandoquā

ROMA. 4.

IACO. 2.

quandiu à CHRISTO inuentus nō est, ac saluatus. Deinde subiicit Lucas parabolam  
 de homine nobili proficiscente in regionē longinquam, & de decem seruis, quibus il  
 le ad negociandum singulis singulas reliquit mnas, donec rediret, dicens. ¶ Hæc illis 153  
 audientibus adijciēs dixit parabolam, eo quod esset prope Hierusalem: & quia existi-  
 marent quod confestim regnum dei manifestaretur. Dixit ergo: Homo quidam no-  
 bilis, abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum, & reuerti. Vocatis autem  
 decem seruis suis, dedit eis decem mnas, & ait ad illos: Negotiamini dum uenio. Ci-  
 ues autem eius oderant eum, & miserunt legationem post illum, dicentes: Nolumus  
 hunc regnare super nos. Et factum est ut rediret accepto regno, & iussit uocari ser-  
 uos, quibus dedit pecuniam, ut sciret quantum quisque negotiatus esset. Venit au-  
 tem primus, dicens: Domine, mna tua decem mnas acquisiuit. Et ait illi: Euge bone  
 serue, quia in modico fuisti fidelis, eris potestatem habens supra decem ciuitates. Et  
 alter uenit, dicens: Domine, mna tua fecit quinque mnas. Et huic ait: Et tu esto su-  
 per quinque ciuitates. Et alter uenit, dicens: Domine, ecce mna tua, quam habui re-  
 positam in sudario. Timui enim te, quia homo austerus es: tollis quod non posuisti,  
 & metis quod nō seminasti. Dixit ei: De ore tuo te iudico serue nequā. Sciebas quia  
 ego homo austerus sum, tollens quod non posui, & metens quod non seminaui. Et  
 quare non dedisti pecuniam meam ad mensam: & ego ueniens cum usuris utiq; exe-  
 gissem illud? Et astantibus dixit: Auferte ab illo mnam, & date illi qui decē mnas ha-  
 bet. Et dixerunt ei: Domine, habet decem mnas. Dico autem uobis, quia omni ha-  
 bent dabitur, & abundabit: ab eo autem qui non habet, & quod habet, auferetur ab  
 eo. Veruntamen inimicos meos illos, qui noluerunt me regnare super se, adducite  
 huc, & interficite ante me. ¶ Hæc parabola, de secundo aduentu, in quo plenissime  
 regnum dei in suo decore manifestabitur, posita est. Homo ille nobilis, CHRISTVS  
 dominus: quis enim nobilior esse possit filio dei? Abiit in regionem longinquam, ut  
 acciperet sibi regnū: quia statim post resurrectionē suam è terra abiit in cœlum, ut ac-  
 ciperet regnū aternū, de quo Daniel capite septimo: quod quia frequenter dictum  
 est, hic resumēdum non est. Reuertetur, in secundo aduentu. Decem serui, fidelium  
 plenitudo. Decē mnæ, dona gratiarum, ipsa gratiarū plenitudo illis data ad fideliter,  
 & secundum spiritum uiuendum usq; ad eius secundum aduentū. Ciues eius, poten-  
 tes & carnales huius mūdi homines. Oderant eum, quia eius mandata capeffere no-  
 lebant. Miserunt legationem post eum, dicētes quod nollēt ipsum regnare super se:  
 quia post abitionem eius in cœlum, martyres ad ipsum iuerunt testificantes, quod ci-  
 ues illi nollent eum super se regnare. Accepto regno redibit, in nouissimo tempore.  
 Vocabit decem seruos suos, quia omnem fidelium multitudinem in iudicio. Qui be-  
 ne operati fuerint ex gratijs datis, & auxerint illas, remunerabuntur, gratiamq; acci-  
 pient cœlestem. Hi auctiorem, isti tenuiorem, secundum quod in gratia profecerint.  
 Qui autem donū gratiæ eius tenuerint ociosum: quæ nisi obstet ignauia nostra, sese  
 è suo fonte augmētare solet, haud secus ac ignis adiecta materia: ablato dono & glo-  
 ria, quam habituri erant alijs distributa, tanquam serui inutiles in tenebras eijcentur  
 exteriores. Quod ex Matthæo cap. uigesimo quinto, numero 237. satis intelligitur:  
 quia illic affinis, etsi non eadem parabola de octo talētis, & tribus seruis habetur, con-  
 similisq; intelligentia. Et hic animaduerte, quod ex hoc ipso quod hic dicitur: Domi-  
 ne mna tua decem mnas acquisiuit. &: Domine, mna tua fecit quinque mnas. intelli-  
 gitur gratia operata, & lucrū potius gratiæ, quàm seruo tribuendū, etsi ipse diligen-  
 tiā suam quod humanum est adiecerit, & torporem gratiæ inimicū abiecerit: gratia  
 enim in homine, ut ignis fauilla coopertus: diligentia, ut fauillæ remotio: torpor, ut  
 eius derelictio. et id, Mna tua fecit quinque mnas: explicat quod alius apud Matthæū  
 dixerat, Ecce alia quinque superlucratus sum: ut nō ipse, sed gratia dei, in qua opera-

tus fuerat, uel uerius quæ in ipso fuerat operata, lucrata intelligatur. Et nō solum uocabit dominus in iudicio seruos suos, in quibus gratiæ ipsius: siue operosæ, quod earum naturæ est: siue inertes, quod contra naturam ipsarum est, & suscipientium uitium, fuere: sed etiam omnes qui noluerunt ipsum regnare super se, qui iussu eius interficiētur ante ipsum, & id æterna morte. Hæc erit iussio eius, Ite maledicti in ignem æternū. Illic scribæ & pharisæi, & principes eorum. Illic Nero, Domitianus, & Iulianus. Illic cadet, & perpetuò interficietur omnis turba infidelium. Et tunc manifestabitur regnum dei, id est CHRISTI, omnibus inimicis ipsius positus sub pedibus eius. Hic esto parabola intellectus. Qua dicta, ascendebat in Hierusalem per uiam Bethphage & Bethaniæ, ut subdit Lucas, dicēs. ¶ Et his dictis, præcedebat ascēdens Hierosolymam. Et factum est cum appropinquasset ad Bethphage & Bethaniā, ad montem qui uocatur Oliueti, misit duos discipulos suos, dicens: Ite in castellum quod contra uos est. In quod introeūtes, inuenietis pullum asinæ alligatum, cui nemo unquā hominū sedit. Soluite illum & adducite. Et si quis uos interrogauerit, quare soluitis? sic dicetis ei: Quia dominus operam eius desyderat. Abierunt autem qui missi erant, & inuenerunt sicut dixit illis, stantem pullum. Soluentibus autem illis pullum, dixerunt domini eius ad illos: Quid soluitis pullum? At illi dixerunt: Quia dominus eum necessariū habet. Et duxerunt illum ad IESVM. Et iactantes uestimenta sua supra pullum, imposuerūt IESVM. Eunte autē illo substernebant uestimēta sua in uia. Et cum appropinquaret iam ad descensum montis Oliueti, cœperunt omnes turbæ descendentium gaudentes, laudare deum uoce magna super omnibus quas uiderant uirtutibus, dicentes: Benedictus qui uenit rex in nomine domini, pax in cœlo, & gloria in excelsis. Et quidam pharisæorum de turbis, dixerunt ad illum: Magister, increpa discipulos tuos. Quibus ipse ait: Dico uobis, quia si ij tacuerint, lapides clamabunt. ¶ Et his dictis (inquit) præcedebat. Quos? Apostolos & discipulos suos: hi enim habere solebant dominum in prospectu, & omnes quicumque sunt aut fuerunt, futuri uel sunt ueri discipuli. Mittit duos discipulos ut soluant pullum asinæ, qui ex Matthæo etiam soluerunt asinam. Et id totum quod hic narrat Lucas, explicatum est latius apud Matthæum cap. uigesimoprimo, numero 197. & proinde non est hic diutius immorandum. Addit Lucas, in descensu montis Oliuarum, unde conspicua esse poterat Hierusalem, turbas descendentium cœpisse gaudere, & laudare deum uoce magna super oibus quas uiderāt uirtutibus, & benedicere regē qui ueniebat in nomine domini, per quē pax esset in cœlo, & gloria in excelsis. Et hoc gaudiū, hæc uoces & laudes, nequaquā ex ipsis ortæ erāt, sed eis à spiritu sancto immisæ. Quas ministri satanæ, quidā pharisæorū, perferre nō poterāt, sed dicebāt domino: Magister, increpa discipulos tuos: uocantes nōn illos duodecim & septuaginta alios: sed omnes clamantiū turbas, & quotquot in turbis clamabant discipulos, nā turbæ erāt, quæ clamabāt ex Matthæo, quæ & qui disciplinā eius amabāt, merebātur nomine discipulorū honorari: & quod in uituperationē dicebant, id ipsis in magnū cedebat honoris præconiū, nimirū ut hic ex Luca nomine discipulorum honorarētur. Quinimmo ut ante prædixerat, ipsi Hierosolymitæ inter illos clamabant, & postea filij eorū in templo. Quibus dominus respondit, quod si illi tacerent, lapides (qui erant ipsimet) essent clamaturi: ut intelligerent, spiritui, qui si alij tacerent, ipsos moturus esset, nihil resistere posse. Et certè cum uoluit, mancipium satanæ, Caiphas, uolēs nolens prophetauit. Cui ut nihil prophætia profuit ad salutem, ita neque illis clamor, si clamassent inuiti, profuisset ad eandem: at illis profuit, quia uolentes dispositi erant, ut à spiritu mouerentur. Et propterea animaduerte, ubi nunc in codicibus nostris habemus: Cœperunt omnes turbæ descendentium. & in Græcis, ἤρξατο ἅπαν τὸ πλῆθος τῶν μαθητῶν, id est, Cœpit omnis multitudo discipulorum: in uetustis codicibus legi, Cœperunt omnes turbæ discentium. Unde

Luc. 13.

Unde

Vnde fit, ut corruptū sit discentiū in descendentium: quia paulo ante de descensu montis mentio facta fuerat: siquidem discentes & discipuli idem sunt. Legendum igitur est discentium, non descendentium: aut quod usitatus est, discipulorum. Mox subdit Lucas, quo pacto fleuerit dominus super cæcitatē ciuitatis Hierusalē, dicēs. ¶ Et ut appropinquauit, uidens ciuitatem fleuit, super illam, dicens: Quia si cognouisses & tu. Et quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi: nunc autē abscondita sunt ab oculis tuis. Quia uenient dies in te, & circumdabunt te inimici tui uallo: & circumdabunt te, & coangustabunt te undique, & ad terram prosternent te, & filios tuos qui in te sunt, Et non relinquent in te lapidem super lapidem, eo quod non cognoueris tempus uisitationis tuæ. ¶ Appropinquauit dominus Hierosolymam affectu saluandis: at habitatores ipsos maleuolentia elongabat ab eo. Quod fleuit super ciuitatē ipsam: indicabat non esse suæ uoluntatis, ut cæci essent, ut perirent (Vita siquidem & saluatio in uoluntate eius: mors uero & perditio in indignatione, id est contra uoluntatē, eius) sed malitiam, odium, & inuidiam obcæcasse eos: & odium quidem sine ulla causa, sicut scriptum est: Oderunt me gratis. Veniebat enim ei etiā illa die ad pacem, & pacem quidem diuinam, sicut scripserat Zacharias: Ecce rex tuus uenit tibi iustus, & saluator ipse pauper. At quia non intellexerunt pacem dei, prædixit eis bellum mundi quod illis erat superuenturum, & ultionem qua nunquam pertulerunt grauiorem: ut uel sic timore poenæ resipiscerent, qui non potuerant signis, uirtutibus, beneficijs, & tandem miserationibus eius emolliri. Sed ne terrore quidem poenarum moti sunt, & ita suo malo, sua ipsorum uoluntate, contra dei uoluntatem, tandem perierunt. Cuius rei frequenter illos admonuit, & deplorādo exterminium eorum prædixit: ut & capite tertio decimo huius, numero centesimo uigesimo septimo ante uisum est. Addit Lucas, quid ingressus in templum fecerit, dicens. ¶ Et ingressus in templum, coepit eijcere uendentes & ementes, dicens illis: Scriptum est, quia domus mea domus orationis est: uos autem fecistis illam, speluncam latronum. ¶ Id frequenter fecisse dominus, & uarijs temporibus in sanctis legitur euangelijs: ostendens in futura sua ecclesia, cuius templum figura erat, sacrorum emptionem atque uēditionem, sibi summē displicituram, & id uitiij interdum uerbo, interdum ultione, interdum humano flagello, ab ea se eiecturum. Et hoc etiā euangelizauit Matthæus capite uigesimo primo, numero centesimo nonagesimo nono. Mox subdit Lucas, quomodo quotidie à suo ingressu dominus docebat in templo, dicēs. ¶ Et erat docens quotidie in templo. Principes autem sacerdotum & scribæ, & principes plebis, quærebant illum perdere, & non inueniebant quid facerent illi: omnis enim populus suspensus erat, audiens illū. ¶ Dominus ab ingressu suo in Hierusalem à Zacharia propheta prædicto usque ad passionis suæ tempus, quotidie docebat in templo. Ac de hoc quidem dixisse uidetur apud Matthæum: Quotidie apud uos sedebam docens in templo, & nō me tenuistis. Quanta uero machinati sunt aduersus CHRISTVM scribæ & pharisæi: passim & euangelistæ & prophetæ omnes, testes sunt locupletes. Et frequenter manus iniecerunt in eum, nisi turbarum metus corripuisset illos, utpote qui magis plebeculam formidarent, quàm deum ipsum: sed id frustra tentassent, quia nihil in eum prorsus poterant, nisi cum permisit. scriptum enim erat: Oblatus est, quia ipse uoluit. Quod ergo uoluerunt, id nihil fecit, sed eius uolūtas: quem admodum si me incesseter cupido uolucris per medium cœlū uolantis habendæ, etiā si ad manus meas ueniret & caperem eam: nihil tamen uoluntas mea in hoc potuisse diceretur, sed uolucris ultronea suis ipsius oblatio. Cæterum quid est, Omnis enim populus suspensus erat, audiens illum: nisi attentus admodum erat uerbis eius audiendis, & à sacro ore illius loquentis pendeat: Sic igitur nobis nequaquā sit perfunctoria auditio uerborum eius, sed maxima mentis attentione auscultemus illa,

faciamus quæ eius sancta iussa ac monita: ut cum filijs Hebræorum, in cœlesti Hierusalem laudare illum possimus regem & redemptorem nostrum, sedentem in dextera patris. Cui per ipsum & cum ipso, & spiritu sancto sit in supercœlesti Hierusalem omnis laus, honor, & gloria, gratiarum actio, decus, & imperium in omnia secula seculorum, Amen.

## CAPVT VIGESIMVM.

158



**E**T factum est in una dierum docente illo populū in templo; & euangelizante, conuenerunt principes sacerdotum & scribæ cum senioribus, & aiunt dicentes ad illum: Dic nobis, in qua potestate hæc facis? aut quis est, qui dedit tibi hanc potestatem? Respondens autem IESVS, dixit ad illos: Interrogabo uos & ego unū uerbum, respondete mihi, Baptismū Ioannis de cœlo erat, an ex hominibus? At illi cogitabant intra se dicētes: Quia si dixerimus, de cœlo, dicet: Quare ergo nō credidistis illi? Si autē dixerimus, ex hominibus: plebs uniuersa lapidabit nos: certi sunt enī, Ioānem pphetā esse. Et responderunt se nescire unde esset. Et IESVS ait illis: Neque ego dico uobis in qua potestate hæc facio. ¶ Cœpit autem dicere ad plebem parabolam hanc: Homo quidam plantauit uineam, & locauit eam colonis, & ipse peregre fuit multis temporibus. Et in tempore illo misit ad cultores seruum, ut de fructu uineæ darent illi. Qui cæsum dimiserunt eum inanem. Et addidit alterum seruum mittere. Illi autem hunc quoque cædentes, & afficientes contumelia, dimiserunt inanem. Et addidit tertium mittere: qui & illum uulnerantes, eiecerunt. Dixit autem dominus uineæ: Quid faciam? Mittam filium meum dilectum, forsitan cum hunc uiderint, uerebuntur. Quem cum uidissent coloni, cogitauerunt intra se dicentes: Hic est hæres, occidamus illum, ut nostra fiat hæreditas. Et eiecerunt illum extra uineam, occiderunt. Quid ergo faciet illis dominus uineæ? Veniet & perdet colonos istos, & dabit uineam aliis. Quo audito, dixerunt illi: Absit. Ille autē aspiciens eos, ait: Quid est ergo hoc quod scriptū est: Lapidē quē reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli? Omnis qui ceciderit supra illum lapidem, conquassabitur: supra quem autem ceciderit, comminuet illum. Et quærebāt principes sacerdotum & scribæ mittere in illum manus illa hora, & timuerunt populū: cognouerunt enim quod ad ipsos dixerit similitudinem hanc. ¶ Et obseruantes miserunt insidiatores qui se iustos simularent, ut caperent eum in sermone, ut traderent illum principatui, & potestati præsidis. Et interrogauerunt eum, dicentes: Magister, scimus quia rectè dicis & doces, & non accipis personam, sed uiam dei in ueritate doces: Licet nobis tributum dare Cæsari, an non? Consyderans autem dolum illorum, dixit ad eos: Quid me tētatis? Ostendite mihi denarium. Cuius habet imaginem & inscriptionem? Respondentes dixerunt ei: Cæsaris. Et ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt dei, deo.

dei, deo. Et non potuerunt uerbum eius reprehendere coram plebe: & mirati in respōso eius, tacuerunt. Accesserunt autem quidam Sadducæorum, qui negant esse resurrectionem, & interrogauerunt eum, dicētes: Magister, Moyses scripsit nobis, si frater alicuius mortuus fuerit habens uxore, & hic sine liberis fuerit, ut accipiat eam frater eius uxorem, & suscitet semen fratri suo. Septem ergo fratres erant, & primus accepit uxorem, & mortuus est sine filiis. Et sequens accepit illam, & ipse mortuus est sine filio. Et tertius accepit illam. Similiter & omnes septem, & non reliquerunt semen, & mortui sunt. Nouissimè omnium, mortua est & mulier. In resurrectione er-  
 45 go cuius eorum erit uxor? siquidem septem habuerunt eam uxorem. Et ait illis IESVS: Filii huius seculi nubunt, & traduntur ad nuptias: illi uero qui digni habebuntur seculo illo, & resurrectione ex mortuis, neque nubēt, neque ducent uxores, neque ultra mori poterunt. Aequales enim angelis sunt, & filii sunt dei, cum sint filii resurrectionis. Quia uero resurgant mortui, &  
 50 Moyses ostēdit secus rubum: sicut dicit dominum, deum Abraham, & deum Isaac, & deum Iacob. Deus autem, nō est mortuorum, sed uiuorum: omnes enim uiuūt ei. Respondentes autem quidam scribarum, dixerunt ei: Magister, bene dixisti. Et amplius non audebāt eum quicquam interrogare. ¶ Dixit autem ad illos. Quomodo dicunt CHRISTVM, filium esse  
 55 Dauid: & ipse Dauid dicit in libro Psalmorum, Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis, Donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum? Dauid ergo dominum illum uocat, & quomodo filius eius est? ¶ Audiēte autē omni populo, dixit discipulis suis: Attēdite à scribis, qui uolunt ambulare in stolis, & amāt salutationes in foro, & primas cathedras in  
 60 synagogis, & primos discubitus in conuiuuiis. Qui deuorant domos uiduarū, simulantes longam orationem. Hi accipient damnationem maiorem.

## ANNOTATIONES BREUES XXXVII. CIRCA LITERAM CAP. XX.

1	dierum * ἐκείνων illorum	9	Certi sunt enim, πεπερασμένος γὰρ ἔστιν	29	iustos * εἶναι esse
2	conuenerunt ἐπέσκησαν astiterunt	20	hæres. * δεῦτε	29	caperēt eū in sermōe, ἐπιλάβωνται αὐτοῦ λόγῳ
3	ajunt εἶπον	22	Venite,	33	dolum τὴν πανουργίαν
6	præteritum. uerbum. λόγῳ	25	dixerunt – illi. supra ἐπί	38	astutiam qui negant esse resur- rectionem, οἱ ἀντιλέγοντες ἀνάστασιν μὴ εἶναι
6	Respondete εἰπατε	25	supra quem autem ἐφ' ᾧ δὲ ἄν		qui cōtradiccō dicūt resurrectionē nō esse
6	Dicite Baptismum Baptismus	27	super quencunq; autē timuerunt – populum.	40	sine liberis ἄτεκνος

40 fuerit, ἀποθάνῃ mortuus fuerit	* ἀποκριθεὶς respondens	50 sicut ὡς cum
42 sine filijs. ἄπικνος	46 nubunt, ducunt uxores & infra.	52 dixerunt - ei
42 sequens ὁ δεύτερος secundus	46 traduntur ad nuptias, 59 ἐγκαμίσκονται dantur nuptum	foro, ταῖς ἀγοραῖς plurale.
42 sine filio. ἄπικνος	48 ducent uxores, ἐγκαμίζονται	60 uiduarum, * C &
43 illam * ὡσαύτως similiter	48 poterunt. δύνανται præfens.	61 simulant longā ora- tionem. προφάσει μακρὰ προσέ- χονται
43 similiter & - omnes	48 Aequales enī angelis ἰσάγγελοι ᾠ	prætextu proluxe orāt. damnationem maio- rem.
43 semen, τίκνα liberos	49 Quia uero resurgāt ὅτι δὲ ἐγείρονται	περισσότερον κριμα abundantius iudicium
45 uxorem, Et	Quod aut̄ resurgunt	

COMMENTARIVS IN CAPVT VIGESIMVM,

158



Vbdit Lucas de scribis & pharisæis interrogantibus dominum, in qua potestate, autoritate ue faceret ea, quæ fecerat aut faciebat, dicens. ¶ Et factū est in una dierum docente illo populum in templo, & euangeli- zante: conuenerunt principes sacerdotum, & scribæ cum senioribus, & aiunt dicentes ad illum: Dic nobis, in qua potestate hæc facis: aut quis est, qui de- dit tibi hanc potestatem. Respondens autem IESVS, dixit ad illos: Interrogabo uos & ego unum uerbum. Respondete mihi: Baptismus Ioannis, de cælo erat, an ex ho- minibus: At illi cogitabant intra se, dicentes: Quia si dixerimus, de cælo, dicet: Qua- re ergo non credidistis illi: Si autem dixerimus, ex hominibus: plebs uniuersa lapida- bit nos: certi sunt enim, Ioannem prophetam esse. Et responderunt se nescire unde esset. Et IESVS ait illis: Neque ego dico uobis in qua potestate hæc facio. ¶ Hanc principum sacerdotum, scribarum & seniorum interrogationem, & domini ex in- terrogatione de baptismo Ioannis unde esset, responsonem: habet Matthæus capi- te uigesimo primo, numero ducentesimo tertio, & Marcus capite undecimo, nu- mero sexagesimo nono. Neque hic adijcit Lucas. Deinde subdit Lucas parabolā de

159

plantata uinea, quæ locata fuit agricolis, dicens. ¶ Cœpit autem dicere ad plebem parabolam hanc: Homo quidam plantauit uineam, & locauit eam colonis: & ipse peregre fuit multis temporibus. Et in tempore illo misit ad cultores seruum, ut de fructu uineæ darent illi. Qui cæsum dimiserunt eum inanem. Et addidit alterum ser- uum mittere. Illi autem hunc quoque cædentes, & afficientes contumelia, dimiserunt inanem. Et addidit tertium mittere. Qui & illū uulnerantes, eiecerunt. Dixit autem dominus uineæ: Quid faciam: mittā liliū meum dilectū: forsitan cum hūc uiderint, ue- rebuntur. Quem cum uidissent coloni, cogitauerunt intra se dicentes: Hic est hæ- res, occidamus illum, ut nostra fiat hæreditas. Et eiec-tum illum extra uineam, occide- runt. Quid ergo faciet illis dominus uineæ: Veniet, & perdet colonos istos, & da- bit uineam alijs. Quo audito, dixerunt illi: Absit. Ille autem aspiciens eos, ait: Quid est ergo hoc quod scriptum est: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli: Omnis qui ceciderit supra illum lapidem, conuassabitur: supra quē autem

que autē ceciderit, cōminuet illum. Et quærebant principes sacerdotū, & scribæ mittere in illum manus illa hora, & timuerunt populum. Cognouerunt enim quod ad ipsos dixerit similitudinem hanc. ¶ Hanc parabolam posuit Matthæus cap. uigesimo primo, numero ducētesimo quinto. Et illic mysteriū parabolæ declaratum est, & proinde ex illo loco petendum. Et cum dicitur hic, Locauit eam colonis, Misit ad cultores, Cum uidissent coloni: illa, colonis, cultores, coloni, eodem uocabulo, sed per casus uariato, Græce dicuntur, γεωργοίς, γεωργούς, γεωργοί, quæ apud Matthæum uertuntur, agricolis, agricolas, agricolæ: ne putentur diuersi esse, qui hic dicuntur coloni & illic agricolæ: & proinde alia parabola. Idem quoque est hic homo quidam, & illic paterfamilias, per quem significatur deus. Qui & peregre fuit multis temporibus: quia in terris non est uisus ad aduentum usque domini, quo tempore uisus est in filio: quia qui uidet filium, uidet & patrem: quādoquidem filius in patre, & pater in filio est. Porro particula, Veniet & perdet colonos (id est agricolas) istos, & dabit uineam alijs: hic est saluatoris loquentis. at apud Matthæum similis illi est principum sacerdotum, aut seniorum populi, interrogationi domini respondentium. unde intelligitur dominus illam ipsorum sententiam approbasse ex uerbis Lucæ hoc in loco, ut qui se proprio ore iudicabant, condemnabant. Et quale est, quod hic principes sacerdotum, scribæ aut seniores, illo audito dixerunt illi: Absit, μὴ γένοιτο. Hoc sanè nō est inficiatorium, sed deprecatoriū, & perinde ac si diceretur, ne fiat, ne eueniat ut agricolæ filiū domini uineæ eiectū extra uineā occidāt: & qd̄ propterea uinea alijs locanda sit agricolis, primis scilicet male pro delicto suo perditis. Sed ex psalmo 117. ostendit eis dominus rem ita euenturam, cum ait: Quid ergo est hoc, quod scriptū est: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. Vbi per hoc quod dicitur, ædificantes reprobasse lapidē illū sumangularem, qui est CHRISTVS dominus: designatur ipsos agricolas filium domini uineæ reprobaturos, eiecturos, et occisuros. Quod autē subiungitur: Omnis qui ceciderit super illum lapidē, conuasabitur: super quem autem ceciderit, comminuet illum. explicatio est oraculi Esaie capite octauo dicentis: Dominum exercituum ipsum sanctificate. Ipse pavor uester, & ipse terror uester. Et erit uobis in sanctificationem: in lapidem autē offensionis, & petram scandali duabus domibus Israël, & in laqueū & in ruīnam habitātibus Hierusalem. Et offendent ex eis plurimi, & cadent & conterentur, & irretiētur, & capientur. Nā illud, Omnis qui ceciderit super illū lapidē, conuasabitur: explicat id Esaie: In lapidem autem offensionis, & petram scandali duabus domibus Israël. Sed quæ sunt duæ illæ domus Israël: Quid si domus Leuitarū, de qua fuerunt sacerdotes & scribæ, & domus Isacar, de qua Iudas qui tradidit dominū, qui & ob id dicitur Iscariotes. Nam hæc duæ domus, arbitror, maxime offenderunt & impegerunt in CHRISTVM. & ideo cōuasatae sunt. Et quod adiūgitur, Super quem autem ceciderit, cōminuet illum: explicat id Esaie, Et in laqueum, & ruīnam habitantibus Hierusalem. Tunc autem cecidit super Hierosolymitanos, & cōminuit eos: quando facta est ultoribus Romanis abominatio desolationis: quā non nō solū Daniel, sed & dominus eis prædixit. Sed & id quod sequitur, Et offendent ex eis plurimi, & cadent & conterentur: eandem habet sententiam. nam cadere super illum lapidē, est incidere in illum, impingere in illum, obluētari & resistere ei: quod fecerunt plurimi. Et cum dicitur, cadent & conterentur: hic intelligitur casus lapidis super eos, quæ est etiam diuina ultio, non solum in hoc, sed & in altero seculo illos conterens. Et tunc quoq; ipsi principes cum dominus hæc diceret, impingebant in illum, uolētes illa hora iniicere manus in eum. Quod & tentassent, etsi frustra (non enim poterant præuerrere oracula) nisi timuissent populū: quia cognouerūt quod de ipsis hæc parabola diceretur. Sed quid fecerit ubi id ausi non sunt, subdit Lucas, dicens, ¶ Et obseruantes miserūt insidiatores, qui

Ioh. 1. 4.

Psal. 117.

Esa. 8.

Dani. 9.

Luc. 19.

160

» se iustos simularent, ut caperēt eum in sermone, & traderent illum principatui, & po-  
 » testati præsidis. Et interrogauerunt eum, dicentes: Magister, scimus quia rectè dicis  
 » & doces, & non accipis personam: sed uiam dei in ueritate doces. Licet nobis dare  
 » tributum Cæsari, an non? Considerans autem dolum illorum, dixit ad eos: Quid  
 » me tētatis? Ostēdite mihi denarium. Cuius habet imaginē & inscriptionē? Respon-  
 » dentes, dixerunt: Cæsaris. Et ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari: &  
 » quæ sunt dei, deo. Et non potuerunt uerbum eius reprehendere coram plebe: & mi-  
 » rati in responso eius, tacuerunt. Accesserunt autem quidam Sadducæorum, qui ne-  
 » gant esse resurrectionem, & interrogauerunt eum, dicentes: Magister, Moyses scri-  
 » psit nobis, Si frater alicuius mortuus fuerit habens uxorem, & hic sine liberis fuerit,  
 » ut accipiat eam frater eius uxorem, & suscitet semen fratri suo. Septem ergo fratres  
 » erant. Et primus accepit uxorem, & mortuus est sine filijs. Et sequens accepit il-  
 » lam, & ipse mortuus est sine filio. Et tertius accepit illam, similiter & omnes septem,  
 » & non reliquerunt semen, & mortui sunt. Nouissimè omnium mortua est & mu-  
 » lier. In resurrectione ergo cuius eorum erit uxor? si quidem septem habuerunt eam  
 » uxorem. Et ait illis IESVS: Filij huius seculi, nubunt & traduntur ad nuptias: illi  
 » uero qui digni habebuntur seculo illo, & resurrectione ex mortuis, neque nubent,  
 » neque ducunt uxores, neque ultra mori poterunt. Aequales enim angelis sunt, & fi-  
 » lij sunt dei, cum sint filij resurrectionis. Quia uero resurgant mortui, & Moses osten-  
 » dit secus rubum: sicut dicit dominum, deum Abraham, & deum Isaac, & deum Ia-  
 » cob. Deus autem, non est mortuorum, sed uiuorum: Omnes enim uiuunt ei. Re-  
 » spondentes autem quidam scribarum dixerunt ei: Magister, bene dixisti. Et ampli-  
 » us non audebant eum quicquam interrogare. ¶ Conspirauerunt scribæ & phari-  
 » sæi cum Herodianis ex Matthæo, ut possent dominum in sermone reprehende-

Esai. s.

re, ut in hoc quoque uerificaretur sermo Esaiæ in loco paulo ante adducto: Omnia  
 enim quæ loquitur populus iste, coniuratio est. Et hæc coniuratio ac conspiratio ad  
 ipsum reprehendendum, scripta etiam est à Matthæo capite uigesimosecundo, nu-  
 mero 207. tam de pharisæis, quibus ostenso numismate dominus silentium impo-  
 suit, quàm de Sadducæis qui negabant resurrectionē mortuorū: supponebant enim  
 quod in resurrectione & uiri ducerēt uxores, & mulieres nuberent. ex quo, & hypo-  
 thesi possibili, aduersarios, siue hoc, siue illud dicerent, id est in quancunq; partem re-  
 sponderent, ad in consentaneum, aut impossibile deducere solebant. Vnde collige-  
 bant resurrectionis impossibilitatem. At dominus suppositionem inficiatus est, quam  
 stulti scribæ & pharisæi admittebant, & ideo captioni illorum facere satis nesciebant:  
 sed in dissolutione cauilli, tanquam culices tela aranæ impliciti, irretiti, inuoluti, fru-  
 stra laborabāt. Quem dominus & uerè dissoluit, & præterea ueritatem eos edocuit,  
 & hic, & apud Matthæum cap. uigesimosecundo, numero 208. Subdit in super Lu-  
 cas quomodo dominus interrogauit scribas & pharisæos de CHRISTO, quonam

161

» modo crederent eum esse filium Dauid, dicens. ¶ Dixit autem ad illos: Quomo-  
 » do dicunt CHRISTVM esse filium Dauid, & ipse Dauid dicit in libro psalmorum:  
 » Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis, Donec ponam inimicos tuos, sca-  
 » bellum tuorum? Dauid ergo dominū illum uocat, & quomodo filius eius est? ¶ Et  
 » hanc quoque confusionem scribarū & pharisæorum, non inuenientium quid essent  
 » dicturi, qui nihilominus uenerant, ut domino silentiū imponerent, quod contrā ipsis  
 » omni in loco cum uerecundia impositum est, habet Matthæus capite uigesimosecun-  
 » do, numero 210. Et qui uenerant ut caperent, ipsi uiceuersa capti fuerūt, sicut scriptū

Psal. 9.

162

» est: Comprehendantur in consilijs quibus cogitant. Subiungit Lucas, quæ de scribis  
 » dixerit dominus discipulis suis, dicens. ¶ Audiente autē omni populo, dixit discipu-  
 » lis suis: Attendite à scribis qui uolunt ambulare in stolis, & amant salutationes in fo-  
 » ro, &

10, & primas cathedras in synagogis, & primos discubitus in conuiujs. Qui deuo-  
 rant domos uiduarum, simulantes longam orationem, hi accipient damnationem  
 17 maiorem. ¶ Prius dictum est, quo pacto obseruantes miserunt qui se iustos simula-  
 rent. Erant ergo hypocritæ, sed simulati ac tecti. Et proinde dominus, qui occulta co-  
 gnoscit, quales essent, aperte detexit ad populum. Sic omnia peccata, quantuncun-  
 que tecta fuerint, erunt detecta coram omnibus angelis, sanctisq; cœlorum. Et tali-  
 um fugiendam esse conuersationem uitæq; imitationem habet Matthæus capite ui-  
 gesimo tertio, numero ducentesimo undecimo: & Marcus capite duodecimo, nu-  
 20 mero septuagesimo quarto. Et quod dominus dicebat: id non erat ut illos infama-  
 ret, sed ut alij à tali uita cauerēt. Attendite (inquit) à scribis, cauete ab illis, & maxime  
 qui talium erant morum, quales eos describit. Non simus ergo ambitiosi, curiosi, su-  
 perflui in uestibus, non appetentes auræ popularis, non ambientes inter alios primas  
 dignitatis partes, non captantes in conuiujs prima loca, non simulatione sanctitatis  
 simplicium corda fallentes, & hoc quidem auaritiæ gratia: quia hos mores odit de-  
 us, & grauissimo puniet supplicio: iustus enim est. Sed in omnibus simus modesti, hu-  
 miles, ueraces, benefici, liberales & misericordes: & ita dilecti à domino, æternum ui-  
 tabimus supplicium, & nos uitæ beatorum aptos reddemus, immo ipse reddet: quã  
 nobis sua quidem bonitate largiatur pater æternus per CHRISTVM saluatorem no-  
 strum. Cui laus, decus, & imperium in omnia secula seculorum, Amē.

## CAPVT VIGESIMVMPRIMVM.

**R**espiciens autem, uidit eos qui mittebant munera sua in ga- 163  
 zophylacium diuites. Vidit autem & quãdam uiduam pau-  
 perculam, mittentem æra minuta duo. Et dixit: Verè dico  
 uobis, quia uidua hæc pauper, plus quàm omnes misit.  
 5 Nam omnes hi ex abundantia sibi, miserunt in munera dei:  
 hæc aut ex eo quod deest illi, omnē uictum suum quem habuit, misit. ¶ Et 164  
 quibusdã dicentibus de templo quod bonis lapidibus & donis ornatū esset,  
 dixit: Hæc quæ uidetis, uenient dies in quibus nō relinquetur lapis super la-  
 pidem qui non destruatur. Interrogauerūt autem illum, dicentes, Præceptor,  
 10 quando hæc erunt: & quod signum, cum fieri incipient? Qui dixit: Vide-  
 te ne seducamini. Multi enim uenient in nomine meo, dicentes, quia ego  
 sum, & tempus appropinquauit. Nolite ire post eos. Cū aut audieritis præ-  
 lia & seditiones, nolite terreri. Oportet primum hæc fieri, sed nondum sta-  
 tim finis. Tunc dicebat illis, Surget gens cōtra gentem, & regnum aduersus  
 15 regnū: & terræ motus magni erūt per loca, & pestilentia, & fames, terroresq;  
 de cœlo, & signa magna erunt. Sed ante hæc oīa, iniiciēt uobis manus suas,  
 & persecuetur, tradētes in synagogas & custodias, trahētes ad reges & præ-  
 sides propter nomē meum. Continget autem uobis in testimonium. Ponite  
 ergo in cordibus uestris nō præmeditari quemadmodū respōdeatis. Ego  
 20 enim dabo uobis os & sapientiã, cui non poterūt resistere, & contradicere  
 omnes aduersarii uestri. Trademini aut à parentibus & fratribus, & cogna-  
 tis, & amicis, & morte afficiēt ex uobis. Et eritis odio omnibus hominibus

propter nomen meum. Et capillus de capite uestro non peribit. In patiētia  
 165 uestra possidebitis animas uestras. ¶ Cum autē uideritis circundari ab exer  
 citu Hierusalem: tunc scitote quia appropinquauit desolatio eius. Tūc qui 25  
 in Iudæa sunt, fugiant ad montes: & qui in medio eius, discedant: & qui in  
 regionibus, non intrent in eā: quia dies ultionis hi sunt, ut impleantur oīa  
 quæ scripta sunt. Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus.  
 Erit enim pressura magna super terram, & ira populo huic. Et cadēt in ore  
 gladii, & captiui ducētur in omnes gentes. Et Hierusalem calcabitur à gen 30  
 tibus, donec impleātur tēpora nationū. Et erunt signa in sole & luna & stel  
 lis, & in terris pressura gentium præ confusione sonitus maris, & fluctuum,  
 arescentibus hominibus præ timore & expectatione, quæ superueniēt uni  
 uerso orbi. Nam uirtutes cælorum mouebuntur. Et tunc uidebunt filiū ho  
 minis uenientē in nube cū potestate magna & maiestate. His autē fieri inci 35  
 pientibus, respicite & leuate capita uestra: quoniam appropinquat redem  
 ptio uestra. ¶ Et dixit illis similitudinem: Videte ficulneam & omnes arbo  
 res. Cum producant iam ex se fructum, scitis quoniam propè est æstas. Ita  
 & uos cū uideritis hæc fieri, scitote quoniam propè est regnum dei. Amē di  
 co uobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiāt. Cælū & ter 40  
 167 ra trāsibunt: uerba autem mea non transibunt. ¶ Attēdite autem uobis, ne  
 fortè grauentur corda uestra in crapula & ebrietate, & curis huius uitæ: & su  
 perueniet in uos repētina dies illa. Tāquam laqueus enim superueniet in  
 oēs, qui sedēt super faciē omnis terræ. Vigilate itaq; omni tēpore orātes, ut  
 digni habeamini fugere ista omnia, quæ futura sunt, & stare ante filiū homi 45  
 168 nis. ¶ Erat autē diebus docēs in tēplo: noctibus uero exiens, morabatur in  
 monte qui uocatur Oliueti. Et omnis populus manicabat ad eum in tem  
 plo, audire eum.

ANNOTATIONES BREUES L. CIRCA LITERAM CAP. XXI.

3	mittentem * εκεῑβι	ἀναθήμασι	& signa de cælo
6	ex eo quod deest εκ τοῦ ὑπερήματος ex defectu, ex penuria	9	destruatur καταλυθήσεται dissoluatur
6	uictum – suum βίον substantiam	10	quando * οὐρ igitur 19 fieri incipient: μέλλει ταῦτα γίνεσθαι
6	misit. * ταῦτα λέγων 13 ἐφώνη. ὁ ἔχωρ ὦτα ἀκούει, ἀκουέτω. hæc dicens clamabat, Qui habet aures ad audiēdum, 7 donis (audiat, 16	10	nondum οὐκ non
		15	terroresq; φόβητέρας & terriculamenta de cælo & signa
		17	trahentes ἀγομένους cum ducemini præmeditari – quemadmodum 19 respondeatis. ἀπολογηθῆναι defensionem
		20	resistere et cōtradocere ἀνταπῆρ οὐδὲ ἀντισηῆσαι
		21	cōtradocere neq; resi aduersarij uestri. (stere διὰντικείμενοι ὑμῶν aduersantes uobis 21 Trademini

21	Trademini autē * καὶ &	ἐθνῶν			suspicite
22	odio	gentium	32	37	Videte
	μισοῦμενοι	terrīs			ἴδετε
	odio habitū	τῆς γῆς			anceps ad ind. & imp.
	* ὑπὸ ab	singulare.		37	ficulneam
22	oībus — hominibus	pressura	32		τὴν συκῆν
23	peribit.	συνοχῆ			ficum
24	possidebitis	coartatio	32	38	ἡδύκωτον ἰα ex se fructū.
	ἀπόλλυται	præ confusione			προβάλλωσιν ἢ δὴ
	κτίσασθε	ἐν ἀπορίᾳ			iam proruperint,
	perit	in perplexitate			iam gemmaverint
	possidete	sonitus	32	38	quoniam * ἦδη iam
	præsentia.	ἠχούσης		42	ne forte
23	patientia	resonantis	33		μήποτε
	τῆ ὑπομονῆς	quæ superuenient			nequando
	tolerantia	τῶν ἐπερχομένων		42	huius uitæ,
24	exercitu	eorū quæ superueniēt	33	42	βιωτικαῖς
	στρατοπέδων plurale.	uniuerso orbi.		42	superueniat
28	nutrientibus	τῆ διοικουμένη			ἐπίση
	θηλαζούσαις	orbi terrarum,			ingruat
	lactantibus	terræ habitatæ		45	digni habeamini
29	pressura	mouebuntur.	34		καταξιωθῆτε
	ἀνάγκη	σαλευθήσονται		46	digni reddamini
	necessitas	agitabuntur,			morabatur
	uis	quatientur			ἠυλίξετο
29	populo huic.	potestate — magna	35		diuersabatur
	ἐν τῷ λαῷ τούτῳ	maiestate.	35	47	Oliueti.
	in populo hoc	δόξης			ἐλαιῶν
29	cadent — in	gloria			oliuarum.
29	ore	* πολλῆς multa		47	manicabat
	acie	respicite	36		ὠρθησθε
31	nationum.	ἐναντιῶσθε			maneibat

## COMMENTARIUS IN CAPVT VIGESIMVMPRIMVM.



Vbdit Lucas historiam uiduæ pauperculæ, quæ etiam supra uires libe-  
 ralis erat, dicens. **¶** Respicens autem, uidit eos qui mittebant mu-  
 nera sua in gazophylacium diuites: uidit autem & quandam pauper-  
 culam mittentem æra minuta duo. Et dixit: Verè dico uobis, quia ui-  
 dua hæc pauper, plus quàm omnes misit. Nam omnes hi, ex abundanti sibi miserunt  
 in munera dei: hæc autem ex eo quod deest illi, omnē uictū suum quem habuit, misit.  
**¶** Hæc de uidua, historia, iam apud Marcū cap. duodecimo, numero septuagesimo  
 quinto est expressa. Neq; hic quicquam adiicit Lucas, in quo diutius sit insistendum.  
 Subiungit itaque de ijs, qui admirabantur structuram templi, & de interrogationi-  
 bus eorum, dicens. **¶** Et quibusdam dicentibus de templo, quod bonis lapidibus  
 & donis ornatum esset, dixit: Hæc quæ uidetis, uenient dies, in quibus nō relinque-  
 tur lapis supra lapidem, qui non destruatur. Interrogauerunt autem illum, dicentes:  
 Præceptor, quādo hæc erunt, & quod signū cum fieri incipiet? Qui dixit: Videte ne  
 seducamini. Multi enim uenient in nomine meo, dicētes: quia ego sum, & tēpus ap-

164

» propinquauit: Nolite ire post eos. Cum autem audieritis praelia & seditiones, nolite  
 » terreri. Oportet primum hæc fieri, sed nondum statim finis. Tunc dicebat illis: Surgent  
 » gens contra gentem, & regnū aduersus regnū: & terræmotus magni erūt per loca,  
 » & pestilentia & fames, terroresq; de cælo, et signa magna erūt. Sed ante hæc omnia  
 » iniiciēt uobis manus suas, & persequent tradētes in synagogas & custodias, trahētes  
 » ad reges & præsidēs propter nomen meum: continget autem uobis in testimonium.  
 » Ponite ergo in cordibus uestris non præmeditari quemadmodum respōdeatis. Ego  
 » enim dabo uobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes  
 » aduersarij uestri. Trademini autem à parentibus & fratribus & cognatis & amicis, et  
 » morte afficient ex uobis. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum.  
 » Et capillus de capite uestro non peribit. In patiētia uestra possidebitis animas uestras.

¶ Similia ijs quæ hic dicuntur, habet Matthæus cap. uigesimo quarto, numero 227.  
 & Marcus cap. decimotertio, numero 77. Sed isti de exteriori tēpli ornatu loquuntur,  
 Lucas uero de interiori. Illud autem ædificium templi quod admirabantur, non  
 erat id solum quod extructum fuerat sub Esdra & Zorobabele, sed & augmentum  
 illud magnificentum quod ei adiecerat Herodes temporibus Augusti Cæsaris: quod ex  
 Iosepho capite ultimo libri quintidecimi de antiquitatibus cognoscitur, Et qui exte-  
 riorem admirabantur ornatum, id maxime admirabantur, quod adiecerat Herodes:  
 quod ex ijs quæ cap. secundo Ioannis, numero 20. per dei gratiam dicentur, manife-  
 stius apparebit. Hinc discere possumus, decere templum dei spirituale, nō solum ex-  
 terius apparere ornatū, sed & interius, & longè quidē magis: quod designabat illud  
 tam externū, quàm internum templi materialis ornamētum. Et cum dicitur, Et donis  
 ornatū: dona hic dicuntur ἀναθήματα, id est dona illa cerea, argentea, aurea, gem-  
 mata, & quæq; preciosa, quæ templis appendebantur, uota, populū deuotionem ac  
 pietatem testantia, quibus similia nostris quoque temporibus multis in tēplis uifun-  
 tur. Sed illa istis ob id meliora, quod illa soli deo offerebantur: ista autem aut raro, aut  
 nunquam deo offeruntur. O bone IESV, uia & ueritas, libera ignorantiam nostram  
 à mendacio maligni, & à faucibus rugientis preparati ad escam. Da sentire te esse li-  
 beratorem omnium: quia qui id sentiunt, & ad unum se conuertunt, non tangit eos  
 tormentum malitiæ. ô pura, ô sancta, ô uera religio te solum respicientium, & in pa-  
 tre æterno, & in te filio & in spiritu sancto, uno solo superbenefico, mirifico, omni-  
 potente deo oculos figentium (ut figuntur oculi ancillæ in manibus dominæ suæ) do-  
 nec miserearis ipsoꝝ: quia tu es uera, immo plus quàm uera medela, & salus omniū.  
 Illa tamen anathemata, id est donaria quæ ornabant templum, carpenda non erant:  
 quia (ut dictum est) soli deo erant oblata, sacrataq;. Et utinam nūc omnia corpori do-  
 mini, quod est uerum dei templum semper deo inhabitatū, et ideo unicum sanctū san-  
 ctorum, quod sacramentaliter in templis materialibus nobis relictum est uifendum,  
 apponerentur. Illic enim deberent omnia ἀναθήματα appendi: illic soli deo uota repo-  
 ni, illic fides, fiducia, charitas, deuotio, pietas, & adoratio exhiberi: quia sic errare non  
 contingit. At ibi, quod sciam, nulla uifuntur. Ergo si deuotione ducarīs, & uelis sa-  
 crum donum offerendo, benedicēdæ ab omni generatione matris eius opem implo-  
 rare, aut apostoli, aut martyris, aut denique sancti cuiuspiam cultoris dei, qui fortè in-  
 ferioris sit ordinis, pietas & amor te ante sanctum sanctorum cum tuo anathemate  
 perducant. Ibi adores, ibi opem implores, ibi oblatum relinquant, aut suspendas tuum  
 anathema, rogādo regem gloriæ, ut dignetur illos pro te audire. Hæc est Christiano-  
 norum uia: quam qui sequuntur, spiritu dei monstrante nō errāt. Hæc olim erant ue-  
 tus arca, uetus manna, uetus altare: sed typica ac umbratilia, at nunc hæc omnia noua  
 in una unius ueritatis luce. Hæc spiritus, qui omnes uult saluos fieri, & dicere suadet,  
 & uult cordibus hominum esse impressa, ut omnes suā intelligāt salutem, Et proinde  
 ne fortè

Psal. 122.

ne forte aliter faciendo erretis, mementote sententiæ Pauli ad Colossenses, dicentis: Ne tetigeritis, neq; gustaueritis, neq; cōtractaueritis, quæ sunt omnia in interitū ipso usu, secundū præcepta & doctrinas hominū: quæ sunt rationē quidē habentia sapientiæ in superstitione & humilitate, & non ad parcendum corpori, nō in honore aliquo ad saturitatē carnis. Non ad parcendū (inquit) corpori. Sed cui corpori: Sanè corpori CHRISTI, in quo omnia mēbra ad unum colliguntur, & uno spiritu uiuunt, qui est spiritus CHRISTI, soliꝑ deo unitiuus. Et quid est, Nō in honore aliquo ad saturitatem carnis: nisi ad satietatem sensus carnalis, qui semper ad multitudinem prolabitur, quæ quo maior est, eo minus satiare potest: Vnus enim est, qui omnia implet, omnia perficit, omnia satiat. Et cum circa calcem huius literæ adiungitur, Et capillus de capite uestro non peribit: aduerte quod caput nostrum, CHRISTVS dominus. Capilli, qui ipsum in hac uita quomocuncq; adornant, etsi mēbra corporis non sint præcipua: qui omnes, ut alio loco dicitur, numerati sunt. Si igitur hi, qui solum capillorū uice fungi dicuntur, non peribūt: quanto minus qui membra corporis necessaria sunt, fuerunt, aut erunt: quales apostoli, discipuli, & qui illis in sanctis illis officijs succedūt. Subdit Lucas signum, quod testante domino erat euenturū, cum esset desolanda sancta ciuitas, quæ dicebatur Hierusalē, sed terrestris, dicens. ¶ Cum autem uideritis circundari ab exercitu Hierusalē, tunc scitote quia appropinquauit desolatio eius. Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes: & qui in medio eius, discedant: & qui in regionibus, non intrent in eam: quia dies ultionis hi sunt, ut impleantur omnia quæ scripta sunt. Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. Erit enim pressura magna super terram, & ira populo huic. Et cadent in ore gladij, et captiui ducentur in omnes gētes. Et Hierusalem calcabitur à gentibus, donec impleantur tempora nationum. Et erunt signa in sole, & luna, & stellis: & in terris pressura gētium, præconfusione sonitus maris & fluctuum, arescentibus hominibus præ timore & expectatione quæ superuenient uniuerso orbī. Nam uirtutes cœlorum mouebuntur. Et tunc uidebunt filium hominis, uenientem in nube cum potestate magna & maiestate. His autem fieri incipientibus, respicite & leuate capita uestra, quoniam appropinquat redemptio uestra. ¶ Hoc desolationis indicium tetigit Matthæus cap. uigesimo quarto, numero 228. & Marcus cap. tertiodecimo, numero 77. Et uidetur hic Lucas quodammodo interpretari, id quod à Matthæo & Marco dictum est abominatio desolationis loci sancti, sanctæ ciuitatis desolationem, quæ horrenda admodū fuit, & abominanda: tū quod à principe idololatriæ facta sit, qui abominatio cultoribus dei sanctis, et prophetis erat: tū quod horrendū sit audire mulieres, etiā in sancta ciuitate pueros suos infantem coxisse, coctosq; mandisse (quo tempore lamētationis Hieremiæ oraculū impletum est: Manus (inquit) mulierum misericordium coxerūt filios suos, facti sunt cibus earum, in cōtritione filiæ populi mei) tot caedes enormes in templo cōmissas esse: & illud post tot nefanda facinora, tandē miserabiliter cōflagrasse, nulla religionis, nulla loci sancti habita ratione. Et quod hic dicitur, Erunt signa in sole & luna & stellis: id expresse runt Matthæus & Marcus, dicentes quod sol obscurabitur, & luna nō dabit lumen suum, & stellæ cadēt de cœlo. Sed additur hic, cū hæc fient, pressurā gentium mirabilē futurā, motis etiā ac turbatis inferioribus elementis: nam quomodo motis superioribus potētis, quales sunt uisibilis sol, luna & stellæ, nō mouerētur inferiores? Quid si inuisibiles & supercœlestes? etsi id, καὶ γὰρ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σαλευθήσονται, id est, Etenim potestates cœlorum concutientur, dictum de potestatibus cœlestibus uideatur. Mare resonabit, quatient fluctus, arua erunt sterilia, tabescēt homines præ timore & expectatione eorum quæ superueniēt: non uni quidem regionī, nō uni plagæ terræ, sed uniuerso orbī: nam & tunc potestates cœlestes commouebuntur: & (ut inquit Petrus) cœli magno impetu trāsient: elemēta uero calore soluentur.

Coloss. 2.

Matth. 10.

165

Thre. 4.

2. Petr. 1.

Z

- tur. Et proinde qui illa tempestate uiuent, leuent capita sua ad implorandam misericordiam dei: quia tunc omnium resurrectio erit proxima, in qua complebitur perfecta redemptionis opus, homine ad uitæ perennitatem translato in gloriam in corpore & anima: homine dico, qui illa futura uita inuentus fuerit dignus. Et subdit Lucas parabolam de ficu, & alijs arboribus, dicens. ¶ Et dixit illis similitudinem: Videte ficulneam, & omnes arbores: Cum producunt iam ex se fructum, scitis quoniam propè est æstas. Ita & uos cum uideritis hæc fieri, scitote quoniam propè est regnū dei. Amen dico uobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Cælum et terra transibunt, uerba autē mea non transibunt. ¶ Hanc parabolā habet Matthæus cap. uigesimoquarto, numero ducentesimo trigessimoprimo, & Marcus cap. tertio decimo, numero septuagesimo septimo. et quod Matthæus, Scitote quia propè est in ianuis: & Marcus, Scitote quod in proximo sit in ostijs. hoc Lucas interpretat de regno dei, quod uidelicet sit in ianuis: de regno dei inquam futuro, quod non ultra erit per mysteria, sed per archetypa ipsa: non ultra in uia, sed in patria: non ultra per spem, sed per speratorum fruitionem. Mox subiungit Lucas adhortationem, ut sobrie & iuste, & pie uiuamus in hoc seculo ad diem usque secundi aduentus, dicens. ¶ Attendite autem uobis, ne forte grauētur corda uestra in crapula, & ebrietate, et curis huius uitæ: & superueniat in uos repētina dies illa: tãquam laqueus enim superueniet in omnes, qui sedent super faciem omnis terræ. Vigilate itaque omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere ista omnia, quæ futura sunt, & stare ante filium hominis. ¶ Id, Ne forte grauētur corda uestra: Græce dicit, μήποτε βαρυνθῶσιν ὑμῶν οἱ καρδίας, quod æquius uerti potuit, ne quādo, ne unquā grauētur corda uestra, id est animæ uestre. Nā si cibus & potus ad necessitatē sumantur, animam ac mentē non grauunt, neque impediūt à suis officijs: quæ debēt esse officia pietatis & spiritus, nō impietatis & carnis: quod si ad uoluptatem, crapulam & ebrietatem sumantur, offendunt animam, sepeliunt que ipsam in carne, tanquam iam deo mortuam. Et non modo à crapula & ebrietate nobis cauendum iubet illa de salute nostra, perquam sollicita infinitæ miserationis bonitas: sed & à curis & sollicitudinibus huius uitæ, ut quid māducemus, quid bibamus, quid induamus. Nam qui illis obruuntur curis, similes sunt ijs, qui fluctibus in medio maris inuoluuntur, qui neque cælum postea uisuri sunt unquam, neque salutis portum intraturi. Quid igitur facere debent huiusmodi, quos caro ad delicias suas inuitat, & mundus ad innumeras curas & sollicitudines trahit? Nimirum time-  
Sopho. 1. re ne repentina illa dies iudicij, dies iræ, dies calamitatis omnis & miseriæ in ipsos inopinato superueniat: quæ quidem tanquā laqueus superueniet non modo in omnes qui sedēt, sed & qui sederunt, & sedebunt super faciem uniuersæ terræ. At qui solenter uigilant, neque carnalibus illecebris abducti, neque sollicitudinibus huius uitæ obruti, nequaquam timent diem illam: sed orātes in desyderio dicunt, adueniat regnum tuum, id quod tum primum illa die implendum est, nullo amplius in illo regno faciente nisi dei uoluntatem. Ergo uigilare debemus omni tempore orantes, usque ad illum diem. Et quid orantes? Quod ille summè bonus nos docuit orare, ut sanctificetur nomen eius, ut regnum eius ueniat, ut fiat uoluntas eius: & quod maxime in fine docuit orare, ut ipse qui est summus noster, & aduersarij nostri iudex, liberet nos ab aduersario nostro, carne, mūdo, diabolo. Quod si fecerimus, digni per ipsum inueniemur, ut euitemus illa omnia mala, quæ futura sunt: & ut securi stemus ante conspectum iudicis æterni. Et cum dicit, Vigilate itaque omni tempore orātes, ut digni habeamini: non uult nos ob id ipsum orare, sed ad hoc ipsum. id est, non uult id finē esse orationis nostræ, scilicet ut digni habeamur. nam hoc, est uigilantiæ & orationis nostræ consequium, non finis: ipse uero, & uigilantiæ & orationis, omnis que sancti otij, ac omnium piarū actionū nostrarum est finis. Et quod liberabuntur quot, &

quot, & quicumque in illa die liberabuntur, non erit suæ ipsorum cautionis, non suæ diligentiae ac operum: sed præcipuæ protectionis, liberationis que diuinæ: tamen si cautio, uigilantia, oratioque cooperabuntur. Deinde subiungit Lucas. ¶ Erat 168  
 autem diebus docens in templo: noctibus uero exiens morabatur in monte, qui uocatur Oliueti: & omnis populus mane ibat ad eum in templo audire eum. ¶ Doc-  
 cebat in templo. Hic enim erat, de quo apud Iohannem dicitur: Filia sion exultate, & Iohel. 2.  
 lætamini in domino deo uestro: quia dedit uobis doctorem iustitiæ, & descendere faciet ad uos hymnū matutinum, & serotinum, sicut in principio. Et hi dies quibus erat docens in templo, erant dies ab insigni ingressu ipsius in Hierusalem, usque ad tempus cœnæ paschalis, & diem passionis. Et noctu, siue comederet in Bethania aut alibi, siue non, se recipiebat in montem, ut mane paratior esset ut descenderet in templum ad officium sibi à deo patre traditum peragendum. Et summo mane populus ibat in templum magno cum desyderio ut audiret eum, quod Lucas sic dicit, πᾶς ὁ λαὸς ὠρεθίζε πρὸς αὐτόν, id est, Omnis populus mane surgebat, de luce uigilabat, diluculo ibat ad ipsum. Quod & in uetulis codicibus Latinis sic habetur, Omnis populus mane ibat ad eum. Vnde arbitror in nostris codicibus illas duas dictiones, mane ibat, in unam manicabat, conflatas, deprauatas que. Diuina autem prouidentia fiebat, ut populus præueniret eum in templum: ut qui insidias illi intentabant, suo conatu frustrarētur. Surgamus igitur & nos ad eum mane, & diluculo adeamus cor nostrum, quod est templum eius, si purum, mundum, sanctumque est: & tunc astantes ei uidebimus, quoniam non uolens iniquitatem deus ipse est. Quem honorificemus, quem glorificemus, cuius solam uoluntatem quæramus: quia ipse salus nostra, uita nostra, lux nostra per æternum patrem nobis misericorditer communicata. Cui per ipsum, & cum ipso & spiritu sancto omnis laus, honor & gloria, in omnia seculorum secula. Amen. Psal. 5.

## CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM.



Propinquabat autē dies festus azymorum, qui dicitur pascha, & quærebant principes sacerdotum, & scribæ quomodo eum interficerent: timebant uero plebem. Intrauit autē satanas in Iudam, qui cognominabatur Scarioth, unum de duodecim, & abiit, & locutus est cum principibus sacerdotū, & magistratibus, quemadmodū illū traderet eis. Et gauisi sunt, & pacti sunt pecuniā illi dare: & sponndit. Et quærebat opportunitatē, ut traderet illū sine turbis. ¶ Venit autē dies azymorū, in qua necesse erat occidi pascha. 170  
 Et misit Petrū & Ioannem, dicens: Euntes parate nobis pascha, ut manducemus. At illi dixerunt: Vbi uis paremus? Et dixit ad eos: Ecce introeuntibus uobis in ciuitatem, occurret uobis homo amphoram aquæ portans, sequimini eum in domum, in quam intrat, & dicetis patrifamilias domus: Dicit tibi magister, Vbi est diuersorium ubi pascha cū discipulis meis manducē? Et ipse ostendet uobis cœnaculum magnum stratum: & ibi parate. Euntes 171  
 autem inuenerūt sicut dixit illis: & parauerunt pascha. ¶ Et cum facta esset hora, discubuit, & duodecim apostoli cū eo. Et ait illis: Desyderio desyderai hoc pascha manducare uobiscū antequā patiar. Dico enim uobis, quia ex hoc non māducabo illud, donec impleatur in regno dei. Et accepto cali-

ce gratias egit, & dixit: Accipite & diuidite inter uos. Dico enī uobis quod  
 nō bibam de generatione uitis, donec regnum dei ueniat. Et accepto pane 20  
 gratias egit, & fregit, & dedit eis, dicēs: Hoc est corpus meum, quod pro uo  
 bis datur. Hoc facite in meam cōmemorationem. Similiter & calicē post q̄  
 cœnauit, dicēs: Hic est calix nouū testamētū in sanguine meo, qui pro uo  
 172 bis fundetur. ¶ Veruntamen ecce manus tradētis me mecū est in mensa. Et  
 quidē filius hominis, secūdū quod definitū est, uadit: ueruntamē uæ homi 25  
 ni illi, per quem tradetur. Et ipsi cœperūt quærere inter se, quis esset ex eis,  
 173 qui hoc facturus esset. ¶ Facta est autē & cōtentio inter eos, quis eorū uide-  
 retur esse maior. Dixit autem eis: Reges gentiū dominantur eorum, & qui  
 potestātē habent super eos, benefici uocantur: uos autē nō sic. Sed qui ma-  
 ior est in uobis, fiat sicut minor: & qui præcessor est, sicut ministrator. Nam 30  
 quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat? Nōne qui recūbit? Ego au-  
 tem in medio uestrū sum sicut qui ministrat: uos autē estis, qui permāsistis  
 mecū in tentationibus meis. Et ego dispono uobis, sicut disposuit mihi pa-  
 ter meus, regnum, ut edatis & bibatis super mēsam meam in regno meo: &  
 174 sedeat̄ super thronos, iudicantes duodecim tribus Israēl. ¶ Ait autem do 35  
 minus Simoni: Simon, ecce satanas expetiuit uos, ut cribraret sicut triticū:  
 ego autem rogauī pro te, ut nō deficiat fides tua. Et tu aliquando cōuersus,  
 175 confirma fratres tuos. ¶ Qui dixit ei: Domine, tecū paratus sum & in carce-  
 rem, & in mortē ire. Et ille dixit: Dico tibi Petre, non cātabit hodie gallus,  
 176 donec ter abneges nosse me. ¶ Et dixit eis: Quādo misi uos sine sacculo & 40  
 pera & calceamētis: nūquid aliquid defuit uobis? At illi dixerūt: Nihil. Di-  
 xit ergo eis: Sed nūc qui habet sacculū, tollat, similiter & perā: & qui nō ha-  
 bet, uēdat tunicā suā, & emat gladiū. Dico enim uobis, quoniā adhuc hoc  
 quod scriptū est oportet impleri in me: Et cū iniquis deputatus est, etenim  
 ea quæ sunt de me, finē habēt. At illi dixerūt: Domine, ecce duo gladii hic. 45  
 177 At ille dixit eis: Satis est. ¶ Et egressus ibat secūdū cōsuetudinem in mon-  
 tem Oliuarum. Secuti sunt autem illum, & discipuli. Et cum peruenisset ad  
 locum, dixit illis: Orate, ne intretis in tētationem. Et ipse auulsus est ab eis,  
 quantū iactus est lapidis, & positus genibus orabat, dicēs: Pater, si uis trans-  
 fer calicē istum à me: ueruntamen non mea uoluntas, sed tua fiat. Apparuit 50  
 aut̄ illi angelus de cœlo, cōfortans eū. Et factus in agonia, prolixius orabat.  
 178 Et factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. ¶ Et  
 cū surrexisset ab oratione, & uenisset ad discipulos suos, inuenit eos dormiē-  
 tes præ tristitia. Et ait illis: Quid dormitis? Surgite, orate, ne intretis in tēta-  
 179 tionē. ¶ Adhuc eo loquēte, ecce turba, & q̄ uocabatur Iudas, unus de duo- 55  
 decim, antecedebat eos, & appropinquauit IESV, ut oscularetur eum. IESV  
 aut̄ dixit illi: Iuda, osculo filiū hominis tradis? Vidētes aut̄ hi, qui cir-  
 ca ipsum erāt, qd̄ futurū erat, dixerūt ei: Domine, si percutimus in gladio?  
 Et percussit unus ex illis seruū prīcipis sacerdotū, & amputauit auriculā eius  
 dexteram.

- 60 dexteram. Respondens autem IESVS, ait: Sinite usq; huc. Et cū tetigisset auriculam eius, sanauit eum. ¶ Dixit autem IESVS ad eos qui uenerāt ad se, principes sacerdotū, & magistratus tēpli, & seniores: Quasi ad latronem existis cū gladiis & fustibus? Cum quotidie uobiscū fuerim in tēplo, nō extendistis manus in me. Sed hæc est hora uestra, & potestas tenebrarū. ¶ Cōprehendentes autē eum, duxerunt ad domū principis sacerdotū. Petrus uero sequebatur eū à lōge. Accenso autē igne in medio atrii, & circūsedentibus illis, erat Petrus in medio eorū. Quē cū uidisset ancilla quædam sedentem ad lumen, & eum fuisset intuita, dixit: Et hic cum illo erat. At ille negauit eum, dicens: Mulier, non noui illū. Et post pusillū alius uidens eū, dixit: Et tu de illis es. Petrus uero ait: O homo non sum. Et interuallo facto quasi horæ unius, alius quidā affirmabat, dicens: Verè & hic cū illo erat: nā & Galilæus est. Et ait Petrus: Homo, nescio quid dicis. Et cōtinuò adhuc illo loquēte cātavit gallus. Et cōuersus dominus respexit Petrū. Et recordatus est Petrus uerbi domini sicut dixerat: quia priusq; gallus cātet, ter me negabis. Et egressus foras Petrus, fleuit amare. ¶ Et uiri qui tenebāt illū, illudebāt ei cædentes. Et uelauerūt eū, & percutiebāt faciē eius, & interrogabant eum, dicētes: Prophetiza, Quis est qui te percussit? Et alia multa blasphemātes, dicebant in eum. ¶ Et ut factus est dies, conuenerunt seniores plebis, & principes sacerdotum & scribæ, & duxerunt illum in conciliū suū, dicentes: Si tu es CHRISTVS, dic nobis. Et ait illis: Si uobis dixero, nō credetis mihi: si autē & interrogauero, nō respōdebitis mihi, neq; dimittetis. Ex hoc autem erit filius hominis sedens à dextris uirtutis dei. Dixerūt autem omnes: Tu ergo es filius dei? Qui ait: Vos dicitis, quia ego sum. At illi dixerunt: Quid adhuc desyderamus testimoniū? Ipsi enim audiuius de ore eius.

## ANNOTATIONES BREUES LII. CIRCA LITERAM CAP. XXII.

3	uero γάρ enim	8	occidī θύεθαι		τοῦ γεννήματος genimine, germine
4	Scarioth, Ἰσκαριώτης	10	dixerunt	* αὐτοῖς εἰς. 24	qui fundetur.
4	unum de * τοῦ ἀριθμοῦ numero	11	amphoram κεράμιον		τὸ ἐκχυνόμενον præfens.
6	magistratibus ἑρατῆγοῖς	14	uas fictile, fideliam	26	tradetur. παράδοτοα præfens.
	ducibus & infra.	14	cœnaculum ἀνώγειον	26	quis τίς ἄρα
7	illum * αὐτοῖς εἰς,	18	stratum, - &		quisnam
8	turbis. ὄχλου		ex hoc non mandu- cabo illud	28	eorum, earum, eis
8	necesse erat ἐθε		non ultra edā ex eo	29	eos,
	oportebat.	19	Accipite * τούτο hoc,		eas
		20	generatione	30	minor,

	ὁ νεώτερος		rectus pluralis.		inspexit
	junior		ut referatur ad guttas.	74	sicut dixerat
30	præcessor	53	discipulos – suos,		ὡς εἶπερ
	ὁ ἡγούμενος	55	Adhuc * & autē		quomodo dixisset
	dux	58	si percutimus	75	illum (* αὐτῷ εἰ,
34	meus,		ἐἰπατάξομεν		τὸν ἰησοῦν
	meum		num percutiemus		IESVM
	anceps.		futurum.	78	cōuenerunt seniores
34	mentem meam	59	unus * τίς quispiā		συνήχθη τὸ πρεσβυτέρων
	– in regno meo,	60	usque huc.		cōgregatus est senat⁹
36	dñs Simoni: Simon,		ἕως τούτου	78	plebis – &
	ὁ κύριος, σίμων σίμων		hucusque,	79	in concilium
	dñs, Simon Simon.		hactenus		ἐἰς τὸ συνέδριον
36	expetiuit	65	duxerunt		in confessum
	ἐξητήσατο		* εἰσῆγαγον	80	credetis – mihi,
	depoposcit		& induxerunt	81	Ex * τοῦ νῦν nunc
39	non cantabit	66	atrij,		à modo
	ὄν φωνήσῃ		πῆρ αὐλῆς	83	Qui ait
	non ædet uocem		aulæ		* πρὸς αὐτοὺς
44	iniquis	67	erat		ad ipsos.
	ἀνόμωρ		ἐκάθητο	83	quia
	exlegibus (eius.		sedebat		quod
47	& discipuli * αὐτοῦ	68	& eū fuisset intuita,	84	adhuc desideramus te
49	quātū iact⁹ est lapidis,		ἐὰν ἰδῶσα αὐτῷ		stimonium ?
	ὡσεὶ λίθου βολῆρ		& fixis in eū oculis		ἔτι χρεῖα ἔχομεν μαρτυ
	fermè ad iactū lapidis	70	ait – O		ρίας;
52	decurentis	73	respexit		insuper opus habens
	καταβαίνοντες		ἐπέβλεψε		testimonio?

COMMENTARIUS IN CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM.

169 » **R**osequit Lucas traditionē atq; perfidiā Iudæ, dicēs. ¶ Appropinqua-  
 » bat autē dies festus azymorū, qui dicit pascha, Et quærebāt principes sa-  
 » cerdotū & scribæ, quomodo eū interficerēt; timebāt uero plebē. Intra-  
 » uit autē satanas in Iudā, qui cognominabatur Iscariotes, unū de duode-  
 » cim: & abiit, & locutus est cum principibus sacerdotū, & magistratibus quemadmo-  
 » dū illū traderet eis, Et gauisi sunt, & pacti sunt pecuniā illi dare, Et spopōdit. Et quæ-  
 » rebat opportunitatem, ut traderet illū sine turbis. ¶ Appropinquabat (inquit) dies fe-  
 » stus azymorū, & sic quidē appropinquabat, ut biduo ante diē passionis, & triduo an-  
 » te magnū sabbatum, ea uēditio facta credatur. Et hanc traditionē, & à maligno incita-  
 » tionem, præ indignatione scilicet unguēti super dominū in Bethania effusi, prosequi-  
 » tur Matthæus cap. 26. numeris 241. & 243, & Marcus similiter cap. 14. numeris  
 170 » 79. & 80. Neq; opera precii est hic diutius immorari. Subdit Lucas de iussu appara-  
 » tus nouissimæ cœnæ dominī cum discipulis suis, dicens. ¶ Venit autē dies azymorū,  
 » in qua necesse erat occidi pascha, & misit Petrū & Ioannem, dicens: Eūtes parate nos-  
 » bis pascha, ut manducemus. At illi dixerunt: Vbi uis paremus? Et dixit ad eos: Ecce  
 » introeuntibus uobis in ciuitatem, occurret uobis homo quidā amphoram aquæ por-  
 » tans: sequimini eū in domū in quā intrat, & dicetis patrifamilias domus: Dicit tibi ma-  
 » gister: Vbi est diuerforium ubi pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse osten-  
 » det uobis cœnaculū magnum, stratū: & ibi parate. Euntes autē inuenerūt sicut dixit  
 illis; &

illis: & parauerunt pascha. ¶ Hæc dies de qua fit hic sermo, feria sexta erat, quæ coepit  
 pasceue: in cuius nocte mādūcauit dominus pascha, id est agnū paschalē typicū, qui  
 in initio illius sextæ feriæ, id est ad uesperā immolatus fuerat atq; paratus. Illa aut iam  
 coepit pasceue, quæ fuit prima dies panū azymorū, id est nō fermētatorū, cuiusmo  
 di comedi solebāt cū agno paschali: misit dominus duos è discipulis suis, Petrū & Io  
 annē, ut præpararent pascha. Petrus qui & Simon, solidā obedientiā designat: Ioan  
 nes, gratiā, quibus semper præparari debemus, antequā ad ueri agni paschalis eden  
 di mēsam accedamus. Cæteris quæ hic dicuntur, similia tractat partim Matthæus cap.  
 uigesimosexto, numero 244. & partim Marcus cap. 14. numero 81. Subinde Lu  
 cas prosequitur cœnā domini, dicens. ¶ Et cum facta esset hora, discubuit, & duode  
 cim apostoli cū eo. Et ait illis: Desyderio desyderauī hoc pascha mādūcare uobiscum  
 antequam patiar. Dico enim uobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec implea  
 tur in regno dei. Et accepto calice gratias egit, & dixit: Accipite, & diuidite int̄ uos.  
 Dico enim uobis, quod non bibam de generatione uitis, donec regnum dei ueniat.  
 Et accepto pane gratias egit & fregit, & dedit eis, dicens: Hoc est corpus meū, quod  
 pro uobis datur. Hoc facite in meam cōmemorationem. Similiter & calicem postquā  
 cœnauit, dicens: Hic est calix nouum testamentum in sanguine meo, qui pro uobis  
 fundetur. ¶ Cum facta esset (inquit) hora, id est cum facta esset uespera, & coepisset  
 noctescere, quod & ex Matthæo cap. uigesimosexto, numero 245. etiā notū est: simi  
 liter & ex Marco cap. decimoquarto, numero 82. Sed adiicit hic Lucas dominū dixit  
 se apostolis, se magno desyderio desyderasse hoc pascha mādūcare cū ipsis antequam  
 pateretur, & quod ultra nō esset manducaturus illud, donec impleretur in regno dei.  
 Quod ergo dicit dominus, Desyderio desyderauī hoc pascha mādūcare uobiscū: ma  
 gnū & ardēs desyderiū paternæ uolūtatis implendæ, & nostræ salutis ac redēptionis  
 subinde faciendæ, mōstrat. Quod autē subdit, Dico enim uobis, quia ex hoc nō man  
 ducabo illud: siue, ut Græce habetur, οὐκ ἔτι ἔσθω μετὰ αὐτοῦ, id est posthac nō edā  
 ex eo, scilicet pascha: donec impleatur in regno dei: hoc designat ipsum nō ultra man  
 ducaturum in mortali corpore pascha typicū cum apostolis: sed uerū, cōsummatum,  
 et adimpletum in regno dei, quod est nouū pascha. Quod & in hoc mundo uerū est:  
 cum dat corpus suum immortale & gloriosum ihs, qui sunt in regno suo, quod est re  
 gnum dei, manducādum, quod est uerum pascha nostrum: non ultra typicum, ut ue  
 tus, etsi mysticum ut nouū, ubi ipse est & cibus, & cōuiuia, licet nobis occultus: haud  
 secus tamen præsens est atque fuit cum apostolis, quoties ipsi hoc diuinum in terris  
 post resurrectionē suam celebrauerunt conuiuium. Et in illo quoque sublimi regno  
 cœlorum uerum erit, ubi se dabit per ineffabilem unionē spirituum, immortalitatis ci  
 bum & conuiuam, & quod omnes superat mundi delicias, incomprehensibile gau  
 dium. Et ei quod hic dicit de pascha uero, de uero agno, de corpore suo, simile dixit  
 apud Matthæum de sanguine suo, cum ait: Dico autem uobis, non bibam à modo  
 de hoc genimine uitis usq; in diem illū, cum bibam illud uobiscum nouum in regno  
 patris mei. Quod & simile est ei, quod hic de typico calice dicit: Dico enim uobis, qđ  
 non bibam de generatione uitis, donec regnum dei ueniat. Dico de typico calice,  
 quia nondum dabat eis sanguinem suum, sed cœnæ paschalis potū: ut & prius non  
 dum dederat corpus suum, sed paschalem agnum. Verum postea corpus suū dedit  
 sub uelamine panis, & sanguinem suum sub uelamine uini, ut dilucidum esse potest  
 literam intuenti. Ergo prior agni cibus, typus erat corporis postea dandi, licet adhuc  
 mortalis: & prior potus, typus sanguinis posteaquā cœnatum est, exhibitī, sed adhuc  
 effundendi. Et sic prius in eadem cœna terminatum est uetus phase, & postea incœ  
 ptum nouum, quod paulopost per immortalitatem erat omnino absoluendum, per  
 ficiendum, consummandū. Hæc autem institutio nouæ, & omnium consummationis

Matth. 269

- teletæ, habetur & apud Matthæum capite uigesimosexto, numero 247. Similiter & apud Marcum cap. quartodecimo, numero 85. Subdit Lucas quo pacto dominus
- 172 » proditorem suum mensæ suæ adesse indicauit, dicens. ¶ Veruntamen ecce manus  
 » tradentis me mecum est in mensa. Et quidem filius hominis, secundum quod defini-  
 » tum est, uadit: ueruntamen uæ homini illi, per quem tradetur. Et ipsi coeperunt  
 » quærere inter se, quis esset ex eis, qui hoc factururus esset. ¶ Similia habet Matthæus  
 » capite uigesimosexto, numero ducentesimo quadragesimosexto, & Marcus capite  
 » quartodecimo, numero octogesimo secundo: nec addit hic quicquã Lucas ad illos.  
 » Subiungit Lucas contentiõnẽ habitam inter apostolos, quis eorũ maior esset, dicẽs.
- 173 » ¶ Facta est autem & contentio inter eos, quis eorum uideretur esse maior. Dixit autẽ  
 » eis: Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos, benefi-  
 » ci uocantur. Vos autem nõ sic. Sed qui maior est in uobis, fiat sicut iunior: & qui præ-  
 » cessor est, sicut ministrator. Nam quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat: nõ na-  
 » ne qui recumbit? Ego autem in medio uestrum sum, sicut qui ministrat. Vos autem  
 » estis qui permanistis mecum in tentationibus meis. Et ego dispono uobis, sicut dis-  
 » sposuit mihi pater meus, regnum, ut edatis & bibatis super mensam meam in regno  
 » meo: & sedeatís super thronos, iudicantes duodecim tribus Israël. ¶ Hæc contensio  
 » inter apostolos frequenter suborta est, quis scilicet eorum maior esset. Quam sem-  
 » per dominus repressit, ostendendo eis hanc primatus unius ambitionem regum gen-  
 » tium esse, non filiorum dei: qui quo humiliores sunt, & minus ambiunt, eo magis filij  
 » dei sunt, & reuera maiores. Reges gentium ijs dominantur, quorum reges sunt: post  
 » quos, qui autoritatem habent in populum, beneficorum (quos Hebræi uocant NE-  
 » DIBIM, id est principes, quod munifici & liberales esse soleant) nomina sortiuntur.  
 » At absit ut inter filios dei: qui omnes sunt fratres, unus reliquis omnibus ambiciose  
 » dominetur, & alij sint serui: absit etiam ut inter eos sint benefici more gentium. Sed  
 » qui inter eos humilissimus est, & ideo maximus, ministret alijs doctrinam ueræ humi-  
 » litatis ac spiritus, in charitate & imitatione CHRISTI: qui in medio omnium accum-  
 » bebat, ut omnibus ministrare posset, quæ non solum corpori necessaria erant, sed etiã  
 » am uel maxime animæ, ut omnes æque prõptè uerbũ uitalis alimonie percipere pos-  
 » sent: & hic est sub CHRISTO monarcha, & in ecclesiastica Hierarchia primus. Et mã-  
 » serũt apostoli cum domino in tentationibus eius. Tentationes autem hic uocat domi-  
 » nus contradictiones, conspirationes, & machinationes aduersum se sacerdotum, scri-  
 » barũ, & pharisæorum: in quibus steterãt apostoli cum ipso, neq; unquã dereliquerãt  
 » eum. Sed superuentura erat maior tentatio, & relicтури erãt eũ. Et quod dictũ est, spi-  
 » rituale regimen attẽdit. De tẽporali, secus dicendũ est: de quo hic non est sermo. Atta-  
 » men & hoc dei imitationẽ sectari debet, cuius est prouidere, benefacere, errãtes diri-  
 » gere, fontes punire, innoxios seruare, beneficij ad dei timorem & amorem, id est ad  
 » implenda eius mandata allicere, nunquã à clementia & misericordia discedere. Hoc  
 » est regnũ CHRISTI, etiam tẽporale. Et similẽ repressiõnem ambitiosi primatus inter  
 » apostolos, id est in statu spirituali ecclesiæ, sed alio loco, tempore, & occasione, posuit  
 » Matthæus cap. 10, numero 195. & Marcus cap. 10, numero 61. Ideo in statu spiritua-  
 » li, qui maior est, fiat (inquit dominus) sicut õ υεώτ ερον, id est iunior, hoc est sit animo &  
 » mẽte humilis, perinde atque is, qui ætate iunior est: qui ut præsit, reiijci & cõtẽmni so-  
 » let, et qui præest, præcipit, ac imperat alijs, sit animo ut is qui ministrat. CHRISTVS au-  
 » tem inter eos usque ad finem mundi semper maximus, uiuit enim, & inter nos quidẽ  
 » uiuit, omnes actus nostros si secundum spiritũ sint, & uidens & dirigens. Qui & apo-  
 » stolicis maxime uiris regnũ æternum disponit, & mẽsam parat, ut in regno suo edãt  
 » & bibãt, quæ est satietas æternorũ bonorũ, indeficientiũq; gaudiorũ: & ut sedeãt sup  
 » thronos cœlestes, & in gloria præsent, præfulgeãtq; & duodeci tribus Israël iudicẽt:  
 » ut qui

ut qui in omni humilitate in hoc mundo, uera CHRISTI imitatione alijs præfuerunt. Et non dicit hic, Et sedeatís super thronos duodecim: quia Iudas thronum, quem habuisset si mansisset, perdiderat. Et cum prius Petro, & alijs undecim dixerat apud Matthæum, Sedebitis & uos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël. Iudas nondum reprobus erat, & à sede gloriæ exclusus: hic autem erat exclusus. Et si uidebat tunc duodecim super sedes duodecim sessuros, locum que Iudæ duodecimo tribuendum: de quo in psalmis scriptum est: Et episcopatum eius accipiat alter. & id, uos, ipsos qui reuera sessuri erant, monstrabat: & si tunc (ut dictum est) Iudas non erat exclusus. Vnde fit, ut qui in hoc mundo uno tempore electus est, alio tempore possit esse reprobus, & contrà. Ideo studeat quisque diuina sequendo consilia, etiam si malus nunc sit, electus haberi: & qui electus est, uideat ne cadat. Porro promissio illa, quæ apud Matthæum cõditionalis erat: de his qui steterunt relinquendo omnia, & sequendo CHRISTVM, impleta est. Mox uero ubi discipulos ad ueram humilitatem formauit dominus, conuertit sermonem ad Petrum, dicens Luca. **C**Ait autem dominus Simon: Simon, ecce satanas expetiuit uos, ut cribraret sicut triticum: ego autem rogauí pro te, ut non deficiat fides tua. Et tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. **C**In tentationibus quæ hæcenus præcesserant, apostoli non reliquerant dominũ, excepto traditore, qui iam uendiderat ipsum: sed breui futurum erat, ut non permanerent cum eo, sed ipsum relinquerent omnes: adeo terribilis futura erat tentatio. In qua & satanas opportunitatem rimaturus erat, ut cribraret eos, sicut cribratur triticum, sed opposito modo: nam cum cribratur triticum, bonum remanet, & quod malum est, excutitur. cum autẽ cribrat satanas, quod bonum est, excutitur: & quod malum est, remanet. paleas enim amat, quæ igni comburãtur inextinguibili: & granum odit, quod factum est ut uiuificetur in uitam æternam. Et quid in Petro, & alijs cribrare uolebat satanas: Fidẽ, ut deduceret eos ad incredulitatem eorum quæ audierãt, & propemodum ad infidelitatem. Et certè eò deduxit Simonem Petrum, ut quamuis eius rei præmonitus fuisset, ac præmunitus ad hoc ipsum ne faceret, nihilominus dominũ suũ negauerit, et ter quidẽ negauerit. Defecit ergo fides in Petro, etiam turpius quàm in cæteris. Sed dominus ad patrẽ misericordiarũ pro eo, imò etiam pro cæteris apostolis: quanquã solum expressit Petrum, quem præuidebat grauius peccaturũ, preces fudit ut nõ deficeret fides eius, id est, ut non remaneret in infidelitate: qui & pro reuerẽtia exauditus est. Proinde dixit Petro: Et tu aliquando conuersus. A quonam conuersus: Nimirum ab infidelitate. Magnũ siquidẽ infidelitatis signũ fuit, deseruisse dominũ suum, fugisse, et postea ter ipsum negasse. Id ergo cõuersus: designat illum à fide defecisse. Et tu (inquit) aliquãdo cõuersus, confirma fratres tuos. Quid est, cõfirma fratres tuos: Corrobora, stabili, & cõuersionis tuæ exẽplo fac eos in fide fortes: quod nõ tã ipse facturus erat, quàm in illo qui se aptum præstaret, CHRISTVS. Et conuersus est Petrus, non suo quidẽ merito, sed CHRISTI beneficio. At plorauit Petrus. Verũ est, sed respexit eum CHRISTVS, & egressus foras fleuit amare. Hæ ergo lachrymæ, beneficio CHRISTI erupẽre. Proinde quicumque conuertitur, det gloriã deo: quia si non habuerunt apostoli quo cõuerterentur, nisi beneficium acceptum à deo patre in CHRISTO: quomodo cæteri poterunt ullo alio merito conuerti: Ipse est in quo omnia donantur ijs qui aliquid accipiunt. Et qui non accipient in eo, nihil unquam accipient: sicuti scribæ, pharisæi, & filius perditionis, qui omnes sunt reprobi. Subdit Lucas responsum Petri, dicens. **C**Qui dixit ei: Domine, tecum paratus sum & in carcerem, & in mortem ire. Et ille dixit: Dico tibi Petre, nõ cõtabit hodie gallus, donec ter abneges nosse me. **C**Particulã huic quodammodo respondentem, Domine tecum paratus sum & in carcerẽ, & in mortẽ ire, habet Matthæus cap. 26. numero 251. ubi habetur, Etiã si oportueris

Psal. 108.

174

Hebr. 9.

175

me mori tecum, non te negabo: quanquā non sequitur ad eam, quæ posita est hic numero superiore, scilicet: Simon, ecce satanas expetiuit te, quam omnino suppressit Matthæus: sed ad consimilem huic: Dico tibi Petre, non cantabit hodie gallus, donec ter abneges nosse me. quæ hic posita est, cui hoc in loco nulla adhibet Petri respōsio. Talis autē tūc erat Petri uoluntas. At ex præsentī uoluntate, quod futurū est certa quadam præsumptione asserere, satis temerarium uidetur: nam uoluntas facile mutatur, aut propositi obliuione, aut ad oppositum quod tūc nollet, impulsione. Quod & Petro, et cæteris apostolis euēnit. Proinde dominus dixit Petro, ex præsentī sic præsumēti de futuro, quod illi erat euēturum, scilicet quod non prius finiturus esset gallus illa nocte diei parasceues tantum suum, quā ter negasset se nosse ipsum. Quod Matthæus etiā ponit cap. 26. numero 250. & Marcus cap. 14. numero 84. Quæ autem non ad Petrum solum, sed & ad reliquos apostolos dixerit dominus: subiungit

176 » Lucas, dicens. ¶ Et dixit eis: Quando misi uos sine sacco & pera & calceamentis: nunquid aliquid defuit uobis? At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergo eis: Sed nunc qui habet sacculum, tollat, similiter & peram: & qui non habet, uendat tunicā suam, et emat gladiū. Dico enim uobis, quoniā adhuc hoc quod scriptū est, oportet impleri in me, & Et cum iniquis deputatus est. Etenim ea quæ sunt de me, finem habent. At illi dixerunt: Domine, ecce duo gladij hic. At ille dixit eis: Satis est. ¶ Dominum misisse apostolos suos ad prædicandum regnum dei, ad sanandos infirmos, & ad eijcenda dæmonia, habet Matthæus capite decimo, numero octogesimo nono, & Marcus cap. sexto, numero 29. & ipse Lucas cap. nono, numero 80. Sed quod dominus miserit illos sine sacco, illis in locis apud Marcum & Lucam, uniuersali particula intelligitur, qua sic præcipit, Nihil tuleritis: nam si nihil ferri iubeat, ergo neq; saccū. Quod uero sine pera, ipsi tres habent specialiter expressum. Quod autem sine calceamentis, Matthæus. Et cum dominus interrogat, Nunquid aliquid uobis defuit? Interrogat, nūcō querantur in aliquo de defectu prouidentia. Cui respondent, in nulla re prouidentiam sibi defuisse. Quid enim deesset plenè confidentibus in deo? Sed & nunc tolli iubet & sacculum & peram, & uendi, si quis ea habeat: quod si non habeat, etiam propriam tunicam. Et gratia cuius? Ut sibi comparet gladiū. Et hoc quoque parabola est. Sacculus & pera, externa bona, minus necessaria. Tunica & calceamenta,

Ephē. 6. externa, etiā necessaria. Gladius, uerbum dei. Assumite (inquit Paulus) gladium spiritus, quod est uerbum dei. Ergo gladius, est uerbū dei, intelligentia euangelica, quā aliqui eorum perfectius habebant, alij imperfectius. Pro qua sibi optime comparanda, aut pijs officijs à deo efflagitāda, siue uelit per se, siue per eos, qui perfectissimè ab ipso eam adepti sunt, communicatum ire: omnia externa tam quæ minus, quā quæ magis necessaria sunt, erogari debent. Quibus? Illis per quos ea accipitur, si ijs quæ ad uitam necessaria sunt, egeant: & iuxta doctrinam eorum, alijs pauperibus & indigentibus fidelibus. Ipsi uero intellexisse uidentur de gladio materiali, & proinde dixisse: Domine, ecce duo gladij hic. Quibus dominus ad intelligentiam parabolæ respondit, Satis est. Sufficiunt enim ad æternam salutem: uerbum dei uetus, quod in lege & prophetis habetur: & uerbum dei nouum, quod est sanctum euangelium. Ad quod maxime sibi comparandū hortatus est eos dominus: nam eo gladio erant bellaturi, superaturiq; mundū. Hæc (inquit Ioannes) uictoria quæ uincit mūdum, fides nostra. Et cur sit tam necessarius à modo hic gladius spiritus, subdidit rationē dominus: quia breui cū iniquis deputāndus erat, quia nō erat ultra sua præsentia in mūdo homines edoctrurus, sed paulopost inter sceleratos in cruce moriturus: sicut scripsit Esaias cap. quinquagesimo tertio, ubi sic habemus: In scientia sua iustificabit ipse iustus seruos meos multos, & iniquitates eorum ipse portabit. Ideo dispersiam ei plurimos, & fortiū diuidet spolia, pro eo qd' tradidit in mortē animā suā, & cū sceleratis reputatus est. Plurimi

1. IOAN. 3.  
Eph. 53.

est. Plurimi qui diuinæ bonitatis decreto dispertiti, uenērunt in partem CHRISTI: gentes, & quicq̃ fideles. Spolia fortium, qui cum eo ab inferis sunt educti, spoliatis potestatibus tenebrarum. Paulopost in quā cum sceleratis in cruce moriturus erat: quia quæ facturus erat sua communi præsentia, mox in sua passione finem erāt habitura. Et ideo maxime omnium necessarius illis erat spiritualis gladius, quod erat ( ut dictum est) uerbum dei per totum mundum inferendum. Subiungit Lucas egressum domini à coena, in montem oliuarum, dicens. ¶ Et egressus ibat secundū consuetudinem in montem oliuarum. Secuti sunt autem illum & discipuli. Et cum peruenisset ad locum, dixit illis: Orate, ne intretis in tentationem. Et ipse auulsus est ab eis, quantum iactus est lapidis, & positus genibus orabat, dicens: Pater, si uis, transfer calicem istum à me: uerū tamen non mea uoluntas, sed tua fiat. Apparuit autem illi angelus de cœlo, confortans eū. Et factus in agonia, prolixius orabat. Et factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrentes in terram. ¶ Secundum Matthæum & Marcum, dominus & discipuli eius uenerunt usq̃ in prædium, quod dicitur Gethsemani, in locū consuetum, qui erat hortus. In quo ipse pro reparatione lapsus Adæ, primum calcare torcular uoluit in magna ante deum patrē humiliatione, positus in terra genibus, & orando ter eam, quam Matthæus habet cap. uigesimo sexto, numeris 252. 253. 254. & Marcus cap. quartodecimo, numero 84. & Lucas hic, orationem. At fortè hic inquires, quisnam uideatur fuisse domino orandi modus, cum Matthæus dicat: Procidit in faciem suam orās, ἐπεσε ἐπὶ πρόσωπον αὐτοῦ προσευχόμενος. & Marcus, Procidit super terrā, & orabat, ἐπεσε ἐπὶ τῆς γῆς, ὁ προσκύχεται. & hic Lucas, Et positus genibus orabat, ὁθεὶς τὰ γόνατα προσκύχεται. Certè ex his, quis fuerit habitus orantis domini, facile conijcere licet. Nam qui ponit genua in terra ex Luca, & uultum in terram demittit, procidit in faciem suam ex Matthæo, & idem procidit super terram ex Marco, & hic orantis modum, figuram que exprimit. Et hunc orandi modum domino fuisse, existimandum est. Sed & hunc quoque fuisse Hebræis, & eos nequaquam se prorsus in faciem suam super terram prostrasse, innuere uidetur dominus, cum inducit pharisæum & publicanum orantes, de publicano dicens: Nolebat nec oculos ad cœlum leuare. Nam si in faciem omnino prostratus iacuisset, non dixisset dominus, Nolebat nec oculos ad cœlum leuare: quandoquidem qui sic humi profusi sunt, ne uolentes quidem possunt oculos ad cœlum attollere. Sed esto etiam, hic sola facie in terram prona, stans orasset: orandi nihilominus modum, genuflexionem esse, indicare uidetur id Esaiæ: Conuertimini ad me, & salui eritis omnes fines terræ: quia ego deus & non est alius. In memetipso iurauit, egredietur de ore meo iustitiæ uerbum, non reuertetur: quia mihi curuabitur omne genu, & iurabit omnis lingua. Hæc dominus per Esaiam: ubi iurare, est confiteri. Et id Micheæ: Quid dignū offeram domino? Curuabo genu deo excelso. Et id tertij Regū: Et derelinquam mihi in Israël septē milia uirorum, quorū genua non sunt incuruata ante Baal. Itē id Pauli ad Ephesios: Huius rei gratia flecto genua mea ad patrē domini nostri IESU CHRISTI, ex quo omnis paternitas in cœlis, & in terra nominatur. Ergo hunc modum orandi, adorandiq̃ deum, dominū reliquisse fidelibus suis, curuādo scilicet genua super terrā, & facie prona, demissaq̃ in profunda humilitate: et sic illum orasse, uerisimile est. Sed addit hic Lucas, orationem quā dominus illi adiecit prolixiorem, tanta quidem uehementia factam, ut factus sit sudor eius tanquam guttæ sanguinis decurrētes in terrā. Hanc autem prolixiorem orationem dominus non sibi, sed nobis orabat, & hūc sanguineū sudorē cum prece ualida, deo patri pro nobis offerebat. Ipse, oliua fructifera: ipse, pax nostra. Et hoc fuit primum illa nocte, ante passionem eius magna quidem uero pro nobis expressum misericordiæ oleum: hæc prima, torcularis quod calcauit solus, pressura. Porro sudor ille, illa agonia, ille cōflictus spiritus & carnis, unionis & dissolu-

177

Esa. 45.

Mich. 6.

1. Reg. 19.

Eph. 1.

- tionis, uitæ & mortis, mortē eius nunciabat, non necessitate quidem, sed uolūtate esse  
 1048.10. propinquam: qui propria uoluntate, quando uoluit, posuit animam. Nemo (inquit)  
 tollit eam à me, sed ego pono eam à meipso. Tantus autem fuit hic conflictus, uicinæ  
 mortis nunciatus, ut qui ferē ad dissolutionem usq; afficeret, ut angelus è cœlo aduene-  
 rit *ἐπιχρῶσθαι αὐτὸν*, id est confortans eum, fortificans eū, & inualidas uires eius reparans,  
 qui omnia poterat ut deus: sed tanta patiebatur ut homo, quanta nemo alijs perferre  
 potuisset: adeo ut angelus missus fuerit è cœlo ad fortificandum ipsum, si exhortatio-  
 ne, etiam certē uirium exhaustarum instauratione. Vt enim angelus primum hominē  
 lapsum eiecerat ex horto, ita secundum hominem innoxium confortauit in horto. Hic  
 ergo fuit illa nocte, primum torcular: alterum, apud summos pontifices: tertium,  
 apud præsidem: & ultimum, in cruce. Primum illud pati uoluit, ut omnes fideles suos,  
 in ipsorum ultimo mortis, uitæq; conflictu, in ultimo uitæ discrimine, & ultimo sudo-  
 re, sua agonia, & suo illo sudore solaretur, & eis fiduciam præstaret uicinæ angelicæ  
 confortationis, omni mortis secundæ pauore sublato. Vt enim nō paueremus, pauere  
 uoluit. Vt nos non tæderet, uoluit tædere: nequaquam hoc carnis eius faciente infir-  
 mitate, sed diuina uoluntate: & ut in ipso omni fiducia, etiam in illa fati nostri supre-  
 ma necessitate consolationem reciperemus, mœstus esse. Deinde subdit Lucas, quo  
 178 » pacto, cum ab agonia suæ orationis surrexisset, uenit ad discipulos, dicens. ¶ Et cum  
 » surrexisset ab oratione, & uenisset ad discipulos suos, inuenit eos dormientes præ tri-  
 » stitia. Et ait illis: Quid dormitis? Surgite, orate, ne intretis in tentationem. ¶ Ter do-  
 minum ad discipulos uenisse, & inuenisse eos dormientes, testantur Matthæus atque  
 Marcus. De tertio autem aduentu ad eos, uidetur hic locutus Lucas, in quo non so-  
 lum Petrum, Iacobum, & Ioānem, sed & cæteros excitauit, & surgere iussit, ac orare.  
 Quidam: Vt non intrarent in tentationē: ut non prorsus sineret eos deus tentationi  
 succumbere. Cuius etiam rei in prima uisitatione admonuerat Petrum, Iacobum, &  
 Ioannem: nunc autem omnes: quod à nobis fermē iugiter est orandum, nam si nun-  
 quam incideremus in tentationem aut carnis, aut mundi, aut malignorum spirituum,  
 diuina uoluntate agnita, nunquam peccaremus. Vigilia, at. entionem ad diuinam uo-  
 luntatem implendam monstrat: Dormitio, negligentiam. Ergo excitati pergere de-  
 bemus intrepidum cum CHRISTO, aduersus eos qui illi aduersantur, carnem, mundū,  
 domonia: & muniti fide & gladio uerbi dei, non gladio materiali, audenti & animo  
 fo spiritu percutere illos. Cum autem dominus præmunisset apostolos prædictione  
 propinqui aduentus aduersariorum suorum in superiori exhortatione, ipso adhuc lo-  
 179 » quente cum eis, aduentarunt quos prædixerat, dicente Luca. ¶ Adhuc eo loquente,  
 » ecce turba. Et qui uocabatur Iudas, unus de duodecim, antecedebat eos, & appro-  
 » pinquauit IESU, ut oscularetur eum. IESVS autem dixit illi: Iuda osculo filium ho-  
 » minis tradis? Videntes autem hi, qui circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerunt  
 » ei: Domine, si percutimus in gladio? Et percussit unus ex illis seruum principis sacer-  
 » dotum, & amputauit auriculam eius dexteram. Respondens autem IESVS, ait: Sinite,  
 » usque huc. Et cum tetigisset auriculam eius, sanauit eum. ¶ Aduētum turbæ, oscu-  
 lum proditoris Iudæ, percussione serui summi sacerdotum, amputationē auris eius,  
 sed (quod Lucas addit) dexteræ, habet etiam Matthæus cap. uigesimo sexto, numero  
 256. Et cum dominus dixit, ubi percussit unus pro omnibus: Sinite, usque huc: per-  
 missionem eis factam fuisse ostendit, & postea ulterius procedēdi prohibitionē: nam fi-  
 gura sufficēter impleta erat. Addit Lucas, quod dominus seruū pōtūlicis percussum,  
 recepta aure & loco suo applicata, sanauit. Iusserat enim prius apostolis, ut haberent  
 gladios, sed gladios spiritus: quibus etiā creditorum aures percuti non uetuit, imò  
 uoluit, non gladijs materialibus: & infidelitatem amputari, non aurium cartilagi-  
 nem. Qui enim materialibus percutiunt, à deo percutiuntur, odiōque habentur:  
 qui uero

qui uero spiritualibus, remunerantur à deo, & diliguntur. Ad eò uarij inter se sunt, gladius dei, & gladius mundi. Et subdit Lucas, quid dominus dixerit ad turbas ad se uenientes, dicens. ¶ Dixit autem IESVS ad eos qui uenerant ad se, principes sacerdotum, 180  
 & magistratus templi, & seniores: Quasi ad latronem existis cum gladijs & fustibus? Cum quotidie uobiscum fuerim in templo, non extendistis manus in me. Sed hæc est hora uestra, & potestas tenebrarum. ¶ An ne principes sacerdotum, & seniores, id est presbyteri aderant, cum Matthæus & Marcus dicant turbam quæ aderat, missam à principibus sacerdotum & senioribus populi? Aderant quidem tam principes quam seniores, sed per commissarios & electos, quos ad id facinoris emisserant, si non etiam aliqui (tanti esse negotium uisum est) in persona fuere. Sed non sic de præfectis templo custodiendo, quos Lucas ἑταίρους τῶν ἱερῶν appellat: interpret autem Latinus uerit, magistratus templi, dicendum est. Illi autem erant milites, à sacerdotibus, illis temporibus conducti ad templi custodiam. Quod haud obscure intelligi potest ex octauidecimi hystoriæ antiquitatum Iosephi cap. sexto, ubi habetur: Azymorum dies agebantur, quam festiuitatem pascha uocamus, in qua mos erat ex media nocte portas templi à sacerdotibus aperiri. Et tunc itaq; apertis portis, uiri quidam Samaritæ occulte Hierosolymam uenientes, per templi cunctas porticus; & per totum phanum offa iaciunt mortuorum. Et ex illo coepit in templo custodia maior à sacerdotibus exerceri. Hæc ille. Vnde satis liquet, prius aliquam fuisse templi custodiam, & postea maiorē. Atq; factum hoc uidetur sub Herode fratre Archelai ante initia regni Tiberij, & aduentum Pilati in Iudæam, accidisse. Ex quo intelligimus, tempore passionis magnam admodum fuisse in templo militum custodiam. Hos ergo strategos, & duces militum missos à summis sacerdotibus, non per commissarios, sed per seipos, haud ab re putandum est præsentibus fuisse. Quibus, quæ & apud Matthæum capite uigesimo sexto, numero 257. habentur, & apud Marcum capite quartodecimo, numero 85. & hic quoq; locutus est dominus. Sed addit Lucas adiecisse dominum: Sed hæc est hora uestra, & potestas tenebrarum. Nam si prius eum capere uoluissent, haudquam potuissent: quia nondum erat eis permissum: sed cum permissum fuit illis à deo, potuerunt, si tamen mala posse, & in perditionem ruere, est posse. Et super admirabilis dei bonitas, uel in hoc impense attendenda est, quod cum non sit potētia super terram, quæ possit potentia satanæ comparari: nihil tamen potest, ne in minimam quidē creaturam dei, nisi illi permissum: sic omnia continet, omnia protegit, omnia saluat illa superbona uirtus. At cum permittit, quis potentia suæ confidat, cum ne apostoli quidem potuerint subsistere: Cōprehensus est ergo dominus, sed solus: nam ex Matthæo, discipuli omnes, relicto eo fugerunt. Cōprehensus est inquam, ut subdit Lucas, dicens. ¶ Comprehendentes autem eum, duxerunt ad domum principis sacerdotum. Petrus uero sequebatur eum à longe. Accenso autem igne in medio atrij, & circumfidentibus illis, erat Petrus in medio eorum. Quem cum uidisset ancilla quædam sedentem ad lumen, & eum fuisset intuita, dixit: Et hic cum illo erat. At ille negauit eum, dicens: Mulier, non noui illum. Et post pusillum alius uidens eum, dixit: Es tu de illis es. Petrus uero ait: O homo, non sum. Et interuallo facto quasi horæ unius, alius quidam affirmabat, dicens: Verè & hic cum illo erat, nam & Galilæus est. Et ait Petrus: Homo, nescio quid dicis. Et continuò adhuc illo loquente, cantauit gallus. Et conuersus dominus, respexit Petrum. Et recordatus est Petrus uerbi domini, sicut dixerat: quia priusquam gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras Petrus, fleuit amarè. ¶ Captus est solus, quia solus peccatorum nostrorum uincula soluebat, quem admodum de eo scriptum erat: Spiritus oris nostri CHRISTVS dominus, captus est Thren. 4.  
 in peccatis nostris. Et ductus ad domum principis sacerdotum. Hic autem ex Ioanne Annas fuit, ad quem primū perductus dominus, à ministro cæsus fuit alapa: ubi etiā

Petrus negauit eum primo, & secundo: ut latius ex Ioanne cap. duodeuigesimo, numero 134. cognoscetur. Neque fuit inter primam & secundam negationem Petri magnum interuallum: nam post pusillum (ut hic ait Lucas) iterum negauit dominum. Præterea dominus non multo tempore mansit apud Annam, sed paulopost ab Anna missus est ad Caipham, ubi ex Matthæo scribæ & seniores erant congregati, non apud Annam. Nihil mirum igitur, si inter secundam & tertiam negationem Petri, maiusculum intercessit spacium, utputa horariū, domino interim ab Anna ad Caipham abducto: quanquam & Matthæus & Marcus horarium interuallum, pusillum uocant. Tertio igitur domino apud Caipham à Petro negato, cantauit gallus. Et sic uerbum CHRISTI impletum est: Priusquam gallus cantet, priusquam gallus cantum finiat, ter me negabis. Et conuersus dominus, respexit Petrum. Dominus in eminentiori loco erat, ubi princeps sacerdotum, scribæ, & seniores erant congregati, & auersus à Petro (si tamen hæc auersio non erat potius Petri quàm CHRISTI dicenda: aut certè ideo CHRISTI, quia Petrus auersus) cum tertio ipsum negauit: quod & eum etsi tunc auersum, minime latere potuit. Petrus autè in humiliori loco, ut qui ex Marco egressus aulam siue atrium, stabat in proaulio, id est foris in uestibulo aulæ. Qui etsi oblitus uerborum domini fuerat, nequaquam tamen dominus oblitus eius erat, oculis enim miserationis suæ respexit eum, & illi tum uerba quæ ipsi prædicta fuerant, tum offensam, quam admiserat, in memoriam reduxit. Percussit quoque petram cordis Petri, & fluxerunt aquæ: egressus enim foras Petrus, fleuit amarè. Ergo cum peccamus deus est à nobis auersus: quod tamen peccamus, eum minime latet. Et cum rursus uenimus in memoriam dei, cum peccata nostra cognoscimus, non nostrum beneficium, non nostrum meritum est: sed benigna dei ad nos conuersio, & miserationis eius respectus, quod in Petri & CHRISTI mysterio figuratum est, & ob oculos nostros positum. Subiungit Lucas, quæ fuerit uirorum apud Caipham in CHRISTVM impietas, dicens. **¶** Et uiri qui tenebant illum, illudebant ei, cædentes. Et uelauerunt eum, & percutiebant faciem eius, & interrogauerunt eum, dicentes: Prophetiza, quis est qui te percussit: Et alia multa blasphemantes, dicebant in eum. **¶** Continuò ubi Caiphæ scidit uestimenta sua, pronunciauit filium dei (quia se talem qualis reuera esset, non solū interrogatus, sed & adiuratus, responderat) blasphemasse, & reum esse mortis. Et tunc ex Matthæo cap. uigesimo sexto, numero 262. & ex Marco cap. quarto decimo, numero 87. ministri satanæ qui regem gloriæ tenebant, ceperunt ei illudere, est cedere, & omnes molestias, iniurias, blasphemias, quas illic Matthæus & Marcus, & hic Lucas recensent, & multo etiam plures, ac inhumaniores illi quidem iniuste, immo nullo modo, nobis autem iuste ac omni modo debitas, irrogare. Pro nobis enim omnia illa molestissima & indignissima, cum & ipse esset filius dei: nos autem filij mortis, etiam omni uel minima miserationum dei indigni, pro nobis inquam impatientissimis patientissime portabat, sicut & de eo ante scripserat Esaias: Ego autem non contradico, retrorsum non abij: Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas uellentibus, faciem meam non auerti ab increpantibus & conspuentibus in me. Dominus deus auxiliator meus, & ideo non sum confusus. Et quod noctu fecerat Caiphæ, idem quoque fecerunt seniores populi, principes sacerdotum, & scribæ in suo syndrio, id est confesso siue confessorio, subdente Luca. **¶** Et ut factus est dies, conuenerunt seniores plebis, & principes sacerdotum, & scribæ, & duxerunt illum in concilium suum, dicentes: Si tu es CHRISTVS, dic nobis. Et ait illis: Si uobis dixero, non credetis mihi: si autem & interrogauero, non respondebitis mihi, neque dimittetis. Ex hoc autem erit filius hominis sedens à dextris uirtutis dei. Dixerunt autem omnes: Tu ergo es filius dei? Qui ait: Vos dicitis, quia ego sum. At illi dixerunt: Quid adhuc desideramus testimonium? Ipsi enim audiuius de ore eius. **¶** Non est hoc factum in domo priuata

182

» Et uiri qui tenebant illum, illudebant ei, cædentes. Et uelauerunt eum,  
 » & percutiebant faciem eius, & interrogauerunt eum, dicentes: Prophetiza, quis est  
 » qui te percussit: Et alia multa blasphemantes, dicebant in eum. **¶** Continuò ubi Cai-  
 phas scidit uestimenta sua, pronunciauit filium dei (quia se talem qualis reuera esset,  
 non solū interrogatus, sed & adiuratus, responderat) blasphemasse, & reum esse mor-  
 tis. Et tunc ex Matthæo cap. uigesimo sexto, numero 262. & ex Marco cap. quarto  
 decimo, numero 87. ministri satanæ qui regem gloriæ tenebant, ceperunt ei illude-  
 re, est cedere, & omnes molestias, iniurias, blasphemias, quas illic Matthæus & Mar-  
 cus, & hic Lucas recensent, & multo etiam plures, ac inhumaniores illi quidem iniu-  
 ste, immo nullo modo, nobis autem iuste ac omni modo debitas, irrogare. Pro nobis  
 enim omnia illa molestissima & indignissima, cum & ipse esset filius dei: nos autem fi-  
 lij mortis, etiam omni uel minima miserationum dei indigni, pro nobis inquam impa-  
 tientissimis patientissime portabat, sicut & de eo ante scripserat Esaias: Ego autem non

Esai. 50.

contradico, retrorsum non abij: Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas  
 uellentibus, faciem meam non auerti ab increpantibus & conspuentibus in me. Do-  
 minus deus auxiliator meus, & ideo non sum confusus. Et quod noctu fecerat Cai-  
 phas, idem quoque fecerunt seniores populi, principes sacerdotum, & scribæ in suo sy-  
 nedrio, id est confesso siue confessorio, subdente Luca. **¶** Et ut factus est dies, conue-  
 183 » nerunt seniores plebis, & principes sacerdotum, & scribæ, & duxerunt illum in con-  
 » cilium suum, dicentes: Si tu es CHRISTVS, dic nobis. Et ait illis: Si uobis dixero, non  
 » credetis mihi: si autem & interrogauero, non respondebitis mihi, neque dimittetis. Ex  
 » hoc autem erit filius hominis sedens à dextris uirtutis dei. Dixerunt autem omnes: Tu  
 » ergo es filius dei? Qui ait: Vos dicitis, quia ego sum. At illi dixerunt: Quid adhuc de-  
 » sideramus testimonium? Ipsi enim audiuius de ore eius. **¶** Non est hoc factum in  
 domo priuata

domo priuata Caiphæ, sed in consistorio sacerdotum & scribarum, quæ & apud Hebræos domus iudicij dicebatur, ubi fiebat iudicium animarum, neque à paucioribus quàm ab uno & septuaginta cōgregatis iudicibus: in quo loco intelligitur dominus ab uno & septuaginta iniquè morte cōdemnatus. At paulopost iusto dei iudicio sublata est iniquis iudicibus iudicandi potestas, ut & adhuc testantur Hebræorum libri, nam Rabi, Mose, Ben, Maïmon, in libro Iudicū ait: IESVS Nazarenus uisus est esse Messias, & interfectus fuit per domum iudicij, id est in iudicio unius & septuaginta iudicum Iudæorum: & ipse causa fuit ut destrueretur Israël in gladio, & dispergerentur reliquæ ipsorum, atq; pessum irēt. Et Rabi, Rahmon: Cum Zanhedrin unus & septuaginta migrassent de consistorio, & ablata fuissent ab eis iudicia animarum, conuerunt faccum super cutem suam, & depilarunt sibi caluitia, & dixerunt: Væ nobis, quia recessit sceptrum de Iuda, & nondum uenit filius Dauid Messias. Hæc ipse, Per hanc syne drorum iudiciariam potestatem, sceptrum de Iuda intelligebant, quæ certū locum in Hierusalem requirebat, ex Deuteronomij capite septimodecimo, ubi dicitur: Et facies quodcunq; dixerint, qui præsumt loco quem elegerit dominus. Verum ipsi, innocentis ac etiam solius innocentis, iniusti homicidæ in sua graui querela mentiebantur, cum dicebant: Et nondum uenit filius Dauid, scilicet Messias: malentes oraculum uideri falsum, quod esse non poterat, quàm confiteri Messiam IESVM, quo nihil uerius erat. At cōtrā, hæc nimirum uera, iustaq; fuisset querela: Væ nobis, quia nō recepimus filium Dauid regem Messiam, cum iam uenerit iuxta oraculum, quod falsum esse non potest: quia iam sublatum est sceptrum de Iuda. Sed maluerunt querelam mendacem & iniustam, & contra diuinæ ueritatis oraculum. O infana & peruersa Iudæorum cæcitas, & cæca infania, & infana peruersitas. Egregij illi tanto numero congregati iudices ad unius innocentis, sed dei miseratione pro omnium redemptione acceptam condemnationem, interrogabant eum. Quidnam? Sanè quod interrogauerat Caiphæ, non ut ueritatem cognoscerent, ut neq; Caiphæ: sed ut condemnandi ipsum occasionē arripere possent. Ideo quærentibus, si tu es CHRISTVS, dic nobis: dominus mala uoluntate eorum cognita, & ad quid quærebant, respondit eis: Si uobis dixerero, non credetis mihi, Nolebant enim credere, etiam quem pater cœlestis manifesta uoce attestatus fuerat, quem angeli, quem Symeon, quem magi, quæ Ioannes, quem signa, uirtutes, & ipsa deniq; dæmonia terrore potentiæ eius euicta. Et quid adhuc? Quod interrogati, & uicti ratione, & sua ipsius aperta confessione, quod ipse erat CHRISTVS, non erant dimissuri ipsum. Sciebat enim quid facturi essent: & non modo quid facturi, sed & quid cogitauerant, cogitabant, & cogitaturi erant. Et quod illis modo prædixerat, continuò euēnit. Nam eis consimiliter, ut Caiphæ respondit, ἀπὸ τῆς ὥρας, id est ex hoc nunc, ex hoc tempore, à modo erit filius hominis sedens à dextris uirtutis dei. Quod prædixerat propheta: Sede à dextris meis, Dominus nec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Et ipsi ex uerbis eius collegerunt, & rectè quidem, Ergo tu es filius dei. Quod ipse approbauit, dicens: Vos dicistis, quia ego sum. At illi, contra ueritatem, ipsa ueritate sunt usi. Quærebant enim testimonium ad condemnandum eum, & ueritatem, & eam quidem summam (nā summa, æternaq; ueritas est, quod ipse sit filius dei, quodq; sedeat in dextera patris) acceperunt pro summa blasphemia, dicētes: Quid adhuc desyderamus testimonium? ipsi enim audiimus de ore eius. Et de hoc consilio, post illud Caiphæ, meminit Matthæus capite uigesimo septimo, numero 264. Sed responsionem domini in illo suppressit, quod fermè similem fecerat apud Caiphæ. Similiter & Marcus capite quindécimo, numero 89. Quam ergo ipsi mala uoluntate obcæcati seniores plebis, principes sacerdotum, & scribæ, domini IESV responsionem, blasphemiam duxerunt: nos eam bona uoluntate, spiritu dei illuminati, credamus nō solum ueram, sed etiam ma-

xime ueram. Quam cōfidentes, deum honorant, magnificent, glorificant, & maxime qui pater æternus, qui filius, qui spiritus sanctus est in ueritate unus deus. Cui honor, magnificentia, & gloria in perennia seculorum secula. Amen.

## CAPVT VIGESIMVM TERTIVM.

- 184 **T** surgens omnis multitudo eorum, duxerunt illum ad Pilatum. Cœperunt autem illum accusare, dicentes: Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dare Cæsari, & dicentem se CHRISTVM regem esse. Pilatus autem interrogauit eum, dicens: Tu es rex Iudæorum? At ille respondens, ait: Tu dicis. Ait autem Pilatus ad principes sacerdotum, & turbas: Nihil inuenio causæ in hoc homine. At illi inualescebāt, dicentes: Commouit populum, docens per uniuersam Iudæam, incipiens à Galilæa usq; huc. ¶ Pilatus autē audiens Galilæam, interrogauit si homo Galilæus esset. Et ut cognouit quod de Herodis potestate esset, remisit eum ad Herodem, qui & ipse Hierosolymis erat illis diebus. Herodes autem uiso IESV, gauisus est ualde. Erat enim cupiens ex multo tempore uidere eum, eo quod audiret multa de eo, & sperabat signū aliquod uidere ab eo fieri. Interrogabat autem eum multis sermonibus, at ipse nihil illi respondebat. Stabant autem principes sacerdotum & scribæ, constanter accusantes eum. Spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo, & illudit indutum ueste alba, & remisit ad Pilatum. Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipsa die: nam antea inimici erant adinuicem. ¶ Pilatus autem conuocatis principibus sacerdotum, & magistratibus, & plebe, dixit ad illos: Obtulistis mihi hunc hominem, quasi auertentem populum: & ecce ego corā uobis interrogans, nullam causam inuenio in homine isto, ex his in quibus eum accusatis. Sed neq; Herodes. Nam remisi uos ad illum, & ecce nihil dignum morte actum est ei. Emendatum ergo illum, dimittam. ¶ Necessè autem habebat dimittere eis per diem festum, unum. Exclamauit autem simul uniuersa turba, dicens: Tolle hunc, & dimitte nobis Barraban. Qui erat propter seditionem quandam factam in ciuitate, & homicidium missus in carcerem. Iterum autem Pilatus locutus est ad eos, uolens dimittere IESVM. At illi succlamabant, dicentes: Crucifige, crucifige eum. Ille autem tertio dixit ad illos: Quid enim mali fecit iste? Nullam causam mortis inuenio in eo. Corripiam ergo illum, & dimittam. At illi instabant uocibus magnis, postulantes ut crucifigeretur: & inualescebant uoces eorum. Et Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum. Dimisit autem illis eum, qui propter homicidium & seditionem missus fuerat in carcerem, quem petebant: IESVM uero tradidit uoluntati eorum. ¶ Et cum ducerent eum, apprehenderunt Simonē quendam Cyrenensem uenientem de uilla, & imposuerunt illi crucem portare post IESVM. Sequebatur autem illum multa turba populi & mulierum, quæ

rum, quæ plangebant & lamentabantur eum. Conuersus autem ad illas IESVS, dixit: Filix Hierusalem, nolite flere super me, sed super uos ipsas flete, & super filios uestros: quoniam ecce uenient dies in quibus dicent: Beatae  
 40 steriles, & uentres qui non genuerunt, & ubera quæ non lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus, cadite super nos: & collibus, operite nos. Quia si in uiridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? ¶ Ducebantur autem & alii 189 duo nequam cum eo, ut interficerentur. Et postquam uenerunt in locum, qui uocatur Caluariæ, ibi crucifixerunt eum, & latrones: unum à dextris, & al  
 45 terum à sinistris. ¶ IESVS autem dicebat: Pater, dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt. ¶ Diuidentes uero uestimenta eius, miserunt sortes. ¶ Et stabat 190 populus expectans, & deridebant eum principes cum eis, dicentes: 191 Alios saluos fecit, se saluum faciet, si hic est CHRISTVS dei electus. Illu- 192 debant autem ei & milites accedentes, & acetum offerentes ei, & dicentes:  
 50 Si tu es rex Iudæorum, saluum te fac. Erat autem & superscriptio scripta super eum literis Græcis, & Latinis, & Hebraicis: Hic est rex Iudæorū. Vnus autem de his qui pendebant latronibus, blasphemabat eum, dicens: Si tu es CHRISTVS, saluum fac te ipsum & nos. Respondens autem alter, increpabat eum dicens: Neque tu times deum, qui in eadem damnatione es?  
 55 Et nos quidem iustè: nam digna factis recipimus, hic uero nihil mali gefit. Et dicebat ad IESVM: Domine, memento mei cum ueneris in regnum tuum. Et dixit illi IESVS: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. ¶ Erat autem ferè hora sexta, & tenebræ factæ sunt in uniuersam terram, us- 193 que in horam nonam. Et obscuratus est sol, & uelum templi scissum est me-  
 60 dium. Et clamans uoce magna IESVS, ait: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Et hæc dicēs, expirauit. Videns autem Centurio, quod factum fuerat, glorificauit deum, dicens: Verè, hic homo iustus erat. ¶ Et 194 omnis turba eorum, qui simul aderant ad spectaculū istud, & uidebant quæ fiebant, percutientes pectora sua reuertebantur. Stabant autem omnes noti  
 65 eius à longe, & mulieres quæ secutæ eum erant à Galilæa hæc uidentes. ¶ Et ecce uir nomine Ioseph, qui erat decurio, uir bonus & iustus, hic non con- 195 senserat consilio & actibus eorum, ab Arimathia ciuitate Iudææ, qui expectabat & ipse regnum dei. Hic accessit ad Pilatum, & petiit corpus IESV, & depositum inuoluit sindone, & posuit eum in monumento exciso, in quo  
 70 nondum quisquam positus fuerat. ¶ Et dies erat parasceues, & sabbatum il- 196 lucebat. Subsecutæ autem mulieres, quæ cum eo uenerant de Galilæa, uiderunt monumentum, & quemadmodum positum erat corpus eius. Et reuertentes parauerunt aromata & unguenta, & sabbato quidem siluerunt secundum mandatum.

2 ANNOTATIONES BREUES XLVII. CIRCA LITERAM CAP. XXIII.

3 gentem - nostram, 4 Cæsari, - & 6 respondens \* αὐτῷ εἶπεν  
 Aa 3

8	Commouit ἀναστία praesens.	8	incipiens ἀρξάμενος orsus	10	potestate τῆς ἐξουσίας ditione	15	constanter εὐτόνως intente, acriter	16	exercitu τις στραπέυμασι plurale.	16	& illulit καὶ ἐμπαίξα & cum illulisset	17	alba, — & λαμπρὰ splendida	17	Herodes & Pilatus Pilatus & Herodes	18	die * μετ' ἀλλήλων inter sese,	21	inuenio εἶζον indefinitum. & infra.	23	Emendatum παθείσας Correptum	24	per diem festum, κατὰ ἑορτὴν singulis festis & infra.	24	Exclamauit autē simul uniuersa turba, dicens. ἀνέκραξαν δὲ παμπλη- θει, λέγοντες Exclamauerunt autem uniuersim, dicentes.	26	missus βεβλημένον coniectus	& infra.	31	uoces eorum * καὶ τῶν ἀρχιερέων & principū sacerdotū. 60	32	fieri ut fieret	32	Dimisit autem — illis	35	de uilla: ἀπ' ἀγροῦ de agro, è rure	35	portare ut portaret	36	mulierum, quæ * ἢ &	39	filios τὰ τέκνα liberos	42	uiridi τῶν ὑγρῶ humido	43	nequam κακῶργοι malefici	44	latrones, τις κακούργους maleficos & infra.	46	sortes. κλήρον singulare.	47	expectans: θεωρῶν spectans	47	& deridebant eum ἐξέμυκτηρίζον δὲ subsannabant autē &	54	Necq; tu times οὐδὲ φοβῆσθαι Ne times quidem tu	54	qui οὗ quod	55	mali ἄπορον absurdi	58	in uniuersam ἐφ' ὅλην super uniuersam commendo παραθήσομαι commendabo, deponam futurum.	61	dicens, εἰπὼν locutus	64	omnis turba eorū, qui simul aderant πάντες οἱ συμπαραγινόμενοι ὄχλοι omnes, quæ simul ad- uenerant turbæ.	66	qui erat decurio, βουλευτὴς ὑπάρχων qui erat consul	67	actibus τῆς πράξεως singulare.	67	Arimathia ἀριμαθαίας Arimathæa	67	Judææ: τῶν Ἰουδαίων Judæorum	67	qui * ἢ etiam	69	depositum καθελῶν detractum	69	eum αὐτὸ illud neutrum,	70	parascueus: παρασκευῆς rectus.	72	reuertentes ὑπεστρέψασα reuersæ	73	siluerunt ἠσύχασαν quieuerunt.
---	----------------------------------	---	---------------------------------	----	--------------------------------------	----	--	----	---	----	--	----	----------------------------------	----	--	----	-----------------------------------	----	--	----	------------------------------------	----	--	----	--	----	-----------------------------------	----------	----	--	----	--------------------	----	--------------------------	----	--	----	------------------------	----	---------------------	----	-------------------------------	----	------------------------------	----	--------------------------------	----	--	----	---------------------------------	----	----------------------------------	----	---	----	---	----	-------------------	----	---------------------------	----	--	----	-----------------------------	----	---	----	---	----	--------------------------------------	----	--------------------------------------	----	------------------------------------	----	---------------	----	-----------------------------------	----	----------------------------------	----	--------------------------------------	----	---------------------------------------	----	--------------------------------------

## COMMENTARIUS IN CAPVT VIGESIMVM TERTIVM.



Vnc prosequitur Lucas, quo pacto principes sacerdotum, scribae, & seniores populi tradiderunt dominum Pilato praesidi, qui gentilis erat, & ab Imperatore Romanorum praeses constitutus, dicens. ¶ Et surgens omnis multitudo eorum, duxerunt illum ad Pilatum. Coeperunt autem illum accusare, dicentes: Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem dare tributa Caesari, & dicentem se CHRISTVM regem esse. Pilatus autem interrogauit eum, dicens: Tu es rex Iudaeorum? At ille respondens, ait: Tu dicis. Ait autem Pilatus ad principes sacerdotum & turbas: Nihil inuenio causae in hoc homine. At illi inualescebant, dicentes: Commouit populum, dicens per uniuersam Iudaeam, incipiens a Galilaea usque huc. ¶ Oportebat impleri quod dominus discipulis suis frequenter praedixerat: ut id Matthaei uigesimo: Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum, & scribis, & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus ad illudendum & flagellandum, & crucifigendum. Cui similem quoque sententiam habet Marcus capite decimo. Nunc ergo peractis ijs, quae in iudicio sacerdotum, scribarum, & seniorum perpeffurus erat, ab eisdem traditur gentibus, ut & Matthaeus habet capite uigesimo primo, numero ducente simo sexagesimo quarto, & Marcus capite quintodecimo, numero octuagesimo nono. Et adiungit hic Lucas, quomodo primo accusabant eum trium. Primum erat, quod inuenerant eum subuertentem gentem suam: secundum, quod prohibebat dare tributa Caesari: tertium, quod dicebat se CHRISTVM regem esse. Primum erat manifeste falsum: quia non subuertebat Iudaeos, sed conuertebat eos ad uitae lumen aeternum, & infirmos ipsorum sanabat, leprosos mundabat, claudos erigebat, caecos illuminabat, mortuos suscitabat: si quos daemonia uexabant, multa potentia liberabat: & tam doctrinae quam uirtutum beneficia, quae nemo alius poterat, praestabat. Haecine erant, subuerrere gentem ipsorum? Et illa Pilatus multis (ut peruersissimile est) mirabilia eius fideliter narranibus, non nesciebat. Secundum etiam, quod & Pilatus audisse potuerat, apertum erat mendacium. Nam ex Lucae uigesimo, Hierosolymis praesente plebe, subdole interrogatus dominus, liceret ne tributum dare Caesari, an secus: ostenso sibi numismate census, & interrogatis calumniatoribus, cuius esset imago numi, & inscriptio: & respondentibus qui numisma exhibuerant, quod Caesaris, respondit: Reddite ergo quae sunt Caesaris, Caesari: & quae sunt dei, deo. Atqui responsum hoc, non est prohibentis dare tributa Caesari: cum ex Matthaei septimodecimo statuerem, id est tetradrachmum accepissent pro eo & Petro. Quantum autem ad tertium, id non tam ipse dicebat quam opera, quam pater ipse, quam angeli, quam Ioannes & prophetae omnes. Primas itaque accusationes nihil curauit Pilatus: quia illas esse mendacia satis agnosceret. De tertia autem fuit curiosior. Et interrogauit, esset ne rex ille Iudaeorum, id est rex ille insignis, de quo tot iactabantur prophetarum oracula, qui & CHRISTVS & Messias dicitur. Desyderabat autem id nosse, non quod inde malum ei uellet: quod diligentia liberandi eum si potuisset, ostendit. At id CHRISTI uerbo, & diuino repugnabat decreto. Cui dominus sic respondit, ut ex responso intelligere debuerit ipsum, illum esse. Sed ex Ioanne dixit regnum suum non esse de hoc mundo, non esse in terra, non esse ab hominibus: sed a deo acceptum, & mundo, & omnibus regnis eius superius. Et ita deprehendit Pilatus omnes sacerdotum & scribarum accusationes, inualidas esse, quibus aut condemnaret eum, aut ipsi quicquam mali infligeret: id quod Iudaeis plane testatus est. At illis inualescentibus, & dicentibus, quod incipiens a Galilaea seduxisset populum: audito nomine Galilaeae, se nactum occasionem putauit non condemnandi innocentem: & dixit, id fori sui

184

Ioannis, 18.

non esse: sed cum Galilæus esset, & accusarent eum illud fecisse in Galilæa, spectare  
 ad Herodem, qui Galilæam administrabat. Quapropter remisit eum ad Herodem,  
 185 » ut subdit Lucas, dicens. ¶ Pilatus autem audiens Galilæam, interrogauit si homo  
 » Galilæus esset. Et ut cognouit, quod de Herodis potestate esset, remisit eum ad He-  
 » rodem, qui & ipse Hierosolymis erat illis diebus. Herodes autem uiso 1 E S V, gauisus  
 » est ualde. Erat enim cupiens ex multo tempore uidere eum, eo quod audiret mul-  
 » ta de eo, & sperabat signum aliquod uidere ab eo fieri. Interrogabat autem eum mul-  
 » tis sermonibus. At ipse nihil illi respondebat. Stabant autem principes sacerdotum  
 » & scribæ, constanter accusantes eum. Spreuit autem illum Herodes cum exercitu  
 » suo, & illudit indutum ueste alba, & remisit ad Pilatum. Et facti sunt amici Herodes  
 » & Pilatus in ipsa die: nam antea inimici erant adinuicem. ¶ Hic Herodes erat fra-  
 » ter Archelai, qui & illis diebus ob insignem omnibus Iudæis celebritatem erat Hie-  
 » rosolymis. Ille erat qui sustulerat Ioannem, & qui mira & stupenda de domino post  
 » mortem Ioannis audierat: adeo ut aliquando dubitasset, an ipse esset Ioannes qui à  
 » mortuis rediuius, signa illa supra quàm admiranda operaretur. Viso ergo eo, ga-  
 » uisus est ualde, sed uano ac stulto gaudio: nam non propter ipsum, non propter suam  
 » ipsius ad deum, & meliorem uitæ frugem, conuersionem: sed ut ipsi aliquid curiosi  
 » diceret, aut aliquid ipso spectante admirandum patraret. Et ad hoc ipsum eum mul-  
 » tis sermonibus interrogabat. At dominus, ut nos erudiret, ad curiositatem hominum  
 » nihil aut dicendum aut faciendum, tacebat: quinimmo potius ludibria, contem-  
 » ptum, & stultitiæ notam perferenda, quàm huiusmodi uanitatibus acquiescendum:  
 » & hoc exemplo suo, qui & ab Herode & exercitibus eius contemptus ac nihilipen-  
 » sus, immo ludibrio habitus ac irrisus, & alba, siue ut Græce habetur, splendida ueste  
 » indutus est. Per quam plurimi insignem notam stultitiæ intelligunt, sed planè fallun-  
 » tur: nam illa signum & indicium diuini splendoris, puritatis, & innocentiae erat. Qui  
 » ergo nulli uanitati succumbunt, sed potius ludibria, contemptus, & irrisiones omnes  
 » perferunt, illa omnia nihilifacientes, modo nunquam ne in minimo quidem à recto  
 » discedant, sed patientissime omnia propter ipsum & eius uoluntatem tolerant: stulti  
 » quidem ab hominibus reputantur: sed splendente & candida CHRISTI ueste, id est  
 » puritatis, & innocentiae uestiuntur, in qua nimirum deo placent: quia in hoc Christi-  
 » formes euadunt. In hac enim Herodes CHRISTVM innocentem (hoc etiam figu-  
 » rante eo, in quo reductus est habitu) remisit ad Pilatum. Et Pilatus & Herodes ex  
 » illa die facti sunt amici, qui prius erant inimici. Multæ enim causæ incidere possunt,  
 » ob quas inter magnos similitates oriantur & inimicitiae. Sed potuit ne hæc esse cau-  
 » sa, quod Pilatus sanguinem Galilæorum, qui erant ditionis Herodis, cum sacrificijs  
 » eorum miscuit, ut capite tertiodecimo huius dictum est? Quacunque tamen ex causa  
 » fuerint inimici, tunc reconciliati sunt. Quid enim non reconciliaret innocentia CHR-  
 » STI? Cur ergo dubitemus, per eam nos deo esse recõciliatos, qui & nos amat, & sum-  
 » me bonus est: tametsi nos mali, aut simus, aut fuerimus, qui sanè ex nobis ipsis non ni-  
 » si mali esse possumus? In illa, omnia tam summa quàm ima sunt reconciliata. Hieru-  
 » salem, summa designat: Galilæa uero, ima. Et Pilatus innocentiam domini manife-  
 » stè cognouit & testatus est, subdente Luca, ac dicente. ¶ Pilatus autem conuoca-  
 » tis principibus sacerdotum, & magistratibus, & plebe, dixit ad illos: Obtulistis mihi  
 » hunc hominem quasi auertentem populum: & ecce ego coram uobis interrogans,  
 » nullam causam inuenio in homine isto ex his in quibus eum accusatis. Sed neque He-  
 » rodes: nam remisit uos ad illum, & ecce nihil dignum morte actum est ei. Emenda-  
 » tum ergo illum, dimittam. ¶ Pilatus, ingenue fatetur innocentiam domini, tum à se,  
 » tum ab Herode intellectam. Quàm miser igitur est, qui ait: Emendatum ergo, id est  
 » castigatum, dimittam? Si innocens est, ò Pilate, cur eum castigas, cur flagellas? Quod  
 » ius, quæ

tus, quæ lex, quod decretum præcipit flagellare innocentem? Voluisti sacerdotibus,  
 scribis, & pharisæis, ac plebi ab ipsis seductæ, placere. At scriptum est: Quoniam deus  
 dissipabit ossa eorum, qui hominibus placent. Voluisti minus malum admittere, ut  
 maius posses effugere. Verum nosse debuisti iudex populorum, non esse faciendâ  
 mala, ut bona inde eueniant: & tanto quidem minus, ut uidentur maiora mala. Neque  
 etiam id faciendo, maius uitare potuisti. Quando quidem eo nulla causa, nulla ratio-  
 ne, nullo iure castigato, purpura induto, & coronam spineam gestante, ex Ioanne cla-  
 mare coeperunt: Tolle tolle, crucifige eum. Neque castigatum dimittere potuisti, sed  
 qui tentasti quod non debebas, maius crimen quàm uolebas admisisti, quicquid eti-  
 am tentaueris. Quod subdit Lucas, dicens. ¶ Necesse autem habebat dimittere eis  
 per diem festum unum. Exclamauit autem simul uniuersa turba, dicens: Tolle hunc,  
 & dimitte nobis Barabbam, qui erat propter seditionem quãdam factam in ciuitate,  
 & homicidium missus in carcerem. Iterum autem Pilatus locutus est ad eos, uolens  
 dimittere IESVM. At illi succlamabant, dicentes: Crucifige, crucifige eum. Ille autem  
 tertio dixit ad eos: Quid enim mali fecit iste? Nullam causam mortis inuenio in eo.  
 Corripiam ergo illum, & dimittam. At illi instabant uocibus magnis, postulantes ut  
 crucifigeretur: & inualecebant uoces eorum. Et Pilatus adiudicauit fieri petitionem  
 eorum. Dimisit autem illis eum qui propter homicidium & seditionem missus fue-  
 rat in carcerem, quem petebant: IESVM uero tradidit uoluntati eorum. ¶ Quod ten-  
 tauerit Pilatus, sed frustra, uarijs modis liberare CHRISTVM, & commiseratione,  
 cum dixit: Ecce homo, & facta optione liberationis, aut ipsius, aut Barabbæ: scribit  
 etiam Matthæus capite uigesimo septimo, numeris ducentesimo sexagesimo septi-  
 mo, & ducentesimo sexagesimo octauo, & Marcus capite quintodecimo, numero  
 nonogesimo. Et pauca hic adijcit Lucas ad illos, ut quod secundo uoluit illum Pilatus  
 corripere, etsi nihil prorsus male meritum, ut scilicet satisfaceret uoluntati eorum, &  
 ita eum dimittere posset, & innocentem neci non adiudicaret. At nihil profecit, quia  
 & tandem eum morti adiudicauit, & ille iterum noua castigatione duriora perpellus  
 est: quia ut scriptum est: Dolorem super dolorẽ uulnerum meorum addiderunt. Mox  
 subdit de Simone Cyrenæo, cui crux domini imposita fuit post eum ferenda, dicens.

187

¶ Et cum ducerent eum, apprehenderunt Simonem quendam Cyrenensem ueniẽ-  
 tem de uilla, & imposuerunt illi crucem portare post IESVM. Sequebatur autem il-  
 lum multa turba populi & mulierum, quæ plangebant, & lamentabantur eum. Con-  
 uersus autem ad illas IESVS, dixit: Filiæ Hierusalem, nolite flere super me, sed su-  
 per uos ipsas flete, & super filios uestros: quoniam ecce ueniẽt dies, in quibus dicent:  
 beatæ steriles, & uentres qui non genuerunt, & ubera quæ non lactauerunt. Tunc  
 incipient dicere montibus, cadite super nos: & collibus, operite nos. Quia si in uiri-  
 di ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? ¶ De Simone Cyrenæo similia habent Mat-  
 thæus cap. uigesimo septimo, numero 171. & Marc<sup>o</sup> cap. quintodecimo, numero 92.  
 Et quàm beati sunt, qui nunc baiulant crucẽ IESV post ipsum, quamuis etiã premanẽ  
 à mundo: Addit autem hic Lucas de turba uiroꝝ & mulierum sequentiũ dominũ,  
 & lugentium ac lamentantium eum: quibus prædixit quæ ipsis futura erant, præser-  
 tim filiabus Hierusalẽ: lugebãt enim quasi hominis miseriam, & humana cõmiseratio-  
 ne, nõ diuinæ pietatis erga patrẽ, & miserationis erga nos cõtemplatione. Et hæc filiæ  
 erant Hierusalẽ, secundũ carnẽ. Absit ergo, dicamus uirginẽ gloriosam, quæ nõ erat  
 filia Hierusalẽ, secundũ carnẽ, sed tota secundum spiritum, sic aut more aliarum carna-  
 lium matrum fleuisse. Sciebat enim arcanum, gloriam resurrectionis non ignorabat,  
 redemptionem humanam expectabat: quod deus faciebat, non quod homo, attende-  
 bat: sacrificium fieri deo patri intelligebat, illi congratulabatur, miserationisq; diuinæ.  
 Quod si quid lugebat, si quid patiebat, in illo diuino redẽptionis humanæ sacrificio,

188

Psalmo. 68.

- in illa pia deo patri communis filij pro omnibus oblatione, hoc totum spiritu & sua  
 pra hominem fiebat: non carne, sed spiritu dei operante, & ut deus uolebat, qui uolue  
 rat eam huic mysterio praesentem, tanquam approbaticem assistere: qua & omnia  
 æquanimiter ferebat, & deo cum lachrymis pro tanta erga nos, ac ineffabili miseratio  
 ne gratias, uice omnium, pro uiribus quas illi suggererat spiritus, agebat. Non enim  
 erat effœminata, sed admodum magnanima, ac patientissima mulierum. Ca terum il  
 læ, quæ, ut dictum est, flebant dominum, aut potius eæ, quas illæ figurabant, multo  
 potius erant lugendæ: quia diuinum super eas, & super liberos ipsarum ruiturum  
 erat flagellum: & id quidem leue, si non etiam post illud, & ipsæ, & ipsi transituri erāt  
 ad tormentum: ille uero quem lugebant, à pœnis non sibi quidem, sed nobis debitis,  
 transibat ad uitam, & eam quidem omnium gloriosissimam, & innumeros sua morte  
 uiuificabat, genus humanum redimebat, & ad gloriam uocabat sempiternam. Ergo  
 nimis uerè dicebat: Filia Hierusalem, nolite flere super me, sed super uos ipsas flete,  
 & super filios uestros: quoniam ecce uenient dies, in quibus dicent: Beatæ steriles, &  
 uentres qui non genuerunt, & ubera quæ non lactauerunt. Tunc incipient dicere  
 montibus, cadite super nos: & collibus, operite nos. Quod partim impletum est in illa  
 ultione, à Tito & Vespasiano facta: partim cum ex hoc mundo ad summas, & quæ  
 nunquam deficient inferioris lacus erumnas gens illa misera fuit pertracta. Et iusti lu  
 ctus in miserijs, in quibus non subsisterent, rationem subdidit, dicens: Quia si in uiridi  
 ligno hæc faciunt, in arido quid fiet: Ipse dominus erat lignum uitæ, quod semper ui  
 ret in medio cœlestis paradisi, nihil habens quod igni deberetur. Cæteri uero homi  
 nes, quantum ex sese, lignum aridum sunt totum igni debitum. Si ergo diuina iusti  
 tia permisit tanta fieri in ligno illo semper uiridi, ligno solum uitæ & immortalitati de  
 bito, quid permittet fieri, & fiet in ligno arido non facto particeps ligni uiridis, sed  
 mortuo prorsus, & solum pœnæ & morti debito? Veruntamen hanc proprietatem  
 hoc uiride lignum habet, quod suo tactu ligno alioqui arido, uitam præstet sempi  
 ternam: non terrestrem, qualem arbor uitæ, quæ plantata erat in medio paradisi uolu  
 ptatis, sed cœlestem, & prorsus diuinā. Exultemus ergo in confessione laudis & gra  
 tiarum actione, quod inuenimus arborem semper uiridem, arborem ueræ uitæ: quam  
 non amplius deus filijs Adæ negat: sed pro omnibus sacrificio destinata, & omnibus  
 gustandum præstat ad uitam, & eam quidem sempiternam. At illi super se fleant &  
 lugeant, quibus non dabitur edere ex hoc omni uiuifico ligno uitæ, & uitæ (ut iam di  
 ctum est) æternæ. Deinde subdit Lucas, quo pacto inter duos sceleratos nostra salus
- 189 " & uita, dominus noster immolatus est, dicens. ¶ Ducebantur autem & alij duo ne  
 " quam cum eo, ut interficerentur. Et postquam uenerunt in locum, qui uocatur Cal  
 " uaria, ibi crucifixerunt eum, & latrones: unum à dextris, alterum à sinistris. ¶ In hoc  
 Esaiæ. 53. Esaiæ implebatur oraculum: Et cum sceleratis reputatus est, quod & dominus ca  
 pite præcedente, numero centesimo septuagesimo sexto prædixerat apostolis, adhuc  
 in se esse implendum. Et quod dicit interpret, duo nequam, & duos latrones, Lucas  
 κακοῦργους, id est maleficos uocat. At Matthæus cap. uigesimo septimo, numero 273.  
 & Marcus capite quintodecimo, numero nonogesimo tertio, ληστῆς, id est latrones di  
 cunt: quos & dominus apud Marcum eodem loco, & apud Lucam capite uigesimo  
 secundo ἀνόμους appellat. Vnde fit, ut cacurgi, lestæ, & anomí, id est malefici, latrones,  
 & iniqui, siue exleges, apud euangelistas pro eodem accipiantur. Subiungit Lucas
- 190 " quomodo dominus orauit pro suis crucifixoribus, dicens, ¶ IESVS autem dicebat:  
 " Pater, dimitte illis: non enim sciunt quid faciunt. ¶ Tunc impleta est Esaiæ pro  
 Esaiæ. 53. phetia, dicentis: Et ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogauit.  
 Hi autem pro quibus dominus rogauit, gentes erant. Et adeò efficax oratio do  
 mini fuit, ut illi pater omnes dederit gentes, & omnibus ad eum uenientibus, omnia  
 peccata

peccata remiserit, ut & prius per spiritum sanctum promiserat. Postula à me (inquit) *psalms. 2.*  
 & dabo tibi gentes, hæreditatem tuam, & possessionem tuam, terminos terræ. Et  
 quando dicit, hæreditatem & possessionem tuam: salutis eorum est promissio, quæ  
 peccatis non remissis nequaquam impleri potuit: nam qui pereunt, hæreditas & pos-  
 sessio non sunt, ut neque oues quæ pereunt grassante lupo, hæreditati aut possessioni  
 adscribi possunt. Sed quænam est causa remissionis peccatorum? Illa immensa **CHRIST**  
**STI** bonitas, & erga nos miseratio, & patris eius exauditio. Quod uero dicitur: Non  
 enim sciunt quid faciunt: causa non est, sed causæ appendix, & peccati gentium atte-  
 nuatio. Nam Iudæi nescientes quid facerent, dominum irriserunt, percusserunt, iudi-  
 cauerunt, & denique ad mortem tradiderunt, sed inuidia, maleuolentia, & odio ob-  
 cæcati, cum ex lege, tempore, signis, & prophetis debuissent intelligere eum esse  
**CHRISTVM**. At gentes ignorantes crucifixerunt illum: sed sine inuidia, maleuolen-  
 tia, & odio, rati id se facere ex officio: neque etiam ex lege, tempore, signis, aut pro-  
 phetis, tenebantur agnoscere illum esse **CHRISTVM**. Quare harum peccatum,  
 leuius est: illorum, grauius. Et harum ignorantia, simplex ignorantia, & quodam-  
 modo uenta & miseratione digna: illorum, non simplex, sed iuris & affectata, & nul-  
 lum uenæ ac miserationi locum relinquens. Quanquam tanta est dei misericordia, ut  
 certo crediderim dominum illos à sua oratione non exclusisse, si quando ad ipsum  
 conuertantur, & suum agnoscant reatum, inuidia in respicientiam, maleuolentia in  
 studium obsequendi, & odio in amorem conuersis: uult enim omnes homines sal-  
 uos fieri, & ad agnitionem uenire ueritatis. Et subdit Lucas de partitione uestium *1. Timo. 2.*  
 domini, dicens. ¶ Diuidentes uero uestimenta eius, miserunt sortes. ¶ Hic imple- *191*  
 ta est prophetia psalmi uigesimi primi: Diuiserunt sibi uestimenta mea, & super uestem  
 meam miserunt sortem. uestimenta **CHRIST**I partiti sunt sibi milites, id est  
 gentes. Et utinam nos qui ex gentibus uenimus, illis ornati (posteaquam ea nobis  
 dimisit) ante tribunal misericordiæ ipsius compareamus, & inueniamur sorte eius  
 digni. De hac partitione uestimentorum tractat etiam Matthæus capite uigesimo se-  
 ptimo, numero ducentesimo septuagesimo secundo: & Marcus capite quintodeci-  
 mo, numero nonagesimo tertio. Subdit Lucas de irrisione facta domino pendenti in  
 cruce, dicens. ¶ Et stabat populus spectans, & deridebant eum principes cum eis, *192*  
 dicentes: Alios saluos fecit, se saluum faciat, si hic est **CHRISTVS** dei electus. Illudebant  
 autem ei & milites accedentes, & acetum offerentes ei, & dicentes: Si tu es rex Iu-  
 dæorum, saluum te fac. Erat autem & superscriptio scripra super eum, literis Græcis,  
 & Latinis, & Hebraicis: Hic est rex Iudæorum. Vnus autem de his qui pendebant,  
 latronibus, blasphemabat eum, dicens: Si tu es **CHRISTVS**, saluum fac teipsum &  
 nos. Respondens autem alter, increpabat eum, dicens: Neque tu times deum, qui in  
 eadem damnatione es: Et nos quidem iuste, nam digna factis recipimus: hic uero ni-  
 hil mali gessit. Et dicebat ad **IESVM**: Domine, memeto mei dum ueneris in regnum  
 tuum. Et dixit illi **IESVS**: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. ¶ Has deri-  
 siones saluatori nostro factas à populo & principibus, pariter & illusionem à militi-  
 bus, & impropéria à latronibus, sed ab uno maxime (ut hic idicat Lucas) altero ipsum  
 increpante, cui misericordiam cõsecuto passio **CHRIST**I meruit, ut illo die cum ipso  
 esset in paradiso, & titulum capiti domini superpositum, causam, id est accusationem  
 mortis eius continentem, scripsit Matthæus capite uigesimo septimo, numeris 272.  
 & ducentesimo septuagesimo quarto. Causa autem uera immolationis eius apud de-  
 um, etsi id esset ignotum hominibus, fuit diuina iustitia, & summa erga nos dei mise-  
 ratio, & salus ac redemptio nostra. Subdit Lucas de tenebris factis super uniuersam *193*  
 terram, dicens. ¶ Erat autem ferè hora sexta, & tenebræ factæ sunt in uniuersam ter-  
 ram, usq; in horam nonam. Et obscuratus est sol, & uelū templi scissum est mediū. Et

- clamans uoce magna IESVS, ait: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum.  
 • Et hæc dicens, expirauit. Videns autem Centurio, quod factum fuerat, glorificauit  
 • deum, dicēs: Verè hic homo iustus erat. ¶ De his tenebris, uel templi scisso, & Cen-  
 • turione confitente morientis diuinitatem, & uoce magna domini spiritum emittentis,  
 • quam hic Lucas aperit hanc fuisse: Pater, in manus tuas commēdo spiritum meū.  
 • Consimiliter meminit Matthæus cap. uigesimoseptimo, numero 275. Sic fermè &  
 • Marcus cap. quintodecimo, numeris 94. 95. & 96. Tenebræ factæ sunt ab hora sexta,  
 • quæ est hora crucifixionis, & apud nos hora meridiana, usq; in horā nonam, quæ  
 • est hora expirationis, & apud nos hora tertiā meridie. Porrò emissa hac uoce, Pater,  
 • in manus tuas commendo spiritum meum: non solum tenebræ factæ sunt, sed & sol  
 • obscuratus est, & lux in fonte lucis abscōsa, & fons lucis factus ueluti sine luce (quod  
 • innuere uidetur Lucas, cum post mentionem tenebrarum factarum, ait: Et obscura-  
 • tus est sol) ut & uita in fonte uitæ abscōsa erat, & fons uitæ qui est filius dei, factus ue-  
 • luti sine uita, ut in uita moreretur mors. Et tandiu obscuratus est sol, donec fons uitæ  
 • in locum mortis descendit, ut deliquium uitæ in ipsa fontana uita esset mors mortis  
 • in uictoria: & uita in maiorē prorumperet uitam, ut & lux obscurata in maiorē exur-  
 • rexit lucē. Quod & die dominicæ resurrectionis factum fuisse quis addubitet? Et hæc  
 • tenebræ & solis obscuratio, fuerunt prima nox, qua dominus fuit in corde terræ, qui  
 • sunt inferi. Et repurgatio, prima dies. Secunda nox, fuit nox ea qua coepit sabbatum  
 • Iudæorum, quod celebritas azymorum reddebat celebrius, & magnum Iudaica ob-  
 • seruatione sabbatum. Nec solus Centurio prodigiorum, quæ fiebant miraculo stupe-  
 • bat, sed & omnis turba quæ aderat, ut subdit Lucas, dicens. ¶ Et omnis turba eorum  
 • qui simul aderant ad spectaculum istud, & uidebant quæ fiebant, percutientes pectō-  
 • ra sua, reuertebantur. Stabant autem omnes noti eius à longè, & mulieres quæ secu-  
 • tæ eum erant à Galilæa, hæc uidentes. ¶ Quid, nisi stupor admirabilis, faciebat ut tūc  
 • reuertentes percuterent pectora sua: ut qui nimio terrore percussi, uel hoc signo time-  
 • rent, ne repente deficeret uniuersalis machina: quandoquidem, quod scriptum est in  
 • Ioëlis. 2. Ioële, sol & luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerunt splendorem suum, Petræ scis-  
 • sæ sunt, & tot admiratione plena, signa patuerunt. Et omnes noti eius à longè stabāt:  
 • quia prophetias impleri oportebat. Scriptum enim erat psalmo octogesimo septimo:  
 • Elongasti à me amicum, & proximum, & notos meos à miseria. Et in super eodem  
 • psalmo: Longè fecisti notos meos à me. Sed & mulieres, quæ pio in eū affectu erāt,  
 • & passionum eius comparticipes, & melius in corde suo crucem domini, quàm prius  
 • Simon Cyrenæus in corpore portantes: quæ autem hæc fuerint, exprimit Matthæus  
 • cap. uigesimoseptimo, numero 280. Fuerūt autem Maria Magdalcnæ, Maria Cleo-  
 • phæ (nam ea est Iacobi minoris, & Ioseph mater) & Salome uxor Zebedæi, Iacobi,  
 • & Ioannis mater. Similiter & Marcus cap. quintodecimo, numero 97. De Maria au-  
 • tem matre IESV, non est cur loquamur. Astuerat enim prius, & Ioannes ad finem us-  
 • que, qui uidetur eam non reliquisse, ut qui post uerba saluatoris eam accepisset in suā.  
 • Se autem ad finem usq; mansisse testatur, ubi ait: Unus militum lancea latus eius ape-  
 • ruit, & continuo exiuit sanguis & aqua. Et de se subdit: Et qui uidit, testimonium per-  
 • hibuit. Si uidit, ergo tunc affuit. Quare & uirgo beatissima. Et quomodo tunc non af-  
 • fuisset CHRISTO, ubicunq; etiam fuisset, quæ in corde suo crucifixo conrucifigeba-  
 • tur, morienti commoriebatur, sepulto consepeliebatur, & resurgenti correuscitaba-  
 • tur: sic enim illi semper fuit cōiuncta, ut nunquam spiritu ab eo abstiterit, siue in mor-  
 • te, siue in uita, siue in cœlo, siue in terra, siue etiam cum ad profundissimas terræ descē-  
 • dit latebras. Mens menti, amor amor, & animus animo adeò indissociabili uinculo  
 • uinciebantur, ut nunquam alia mater sic adhæserit filio: non carne quidem more alia-  
 • rum matrum, sed spiritu modo alijs incognito, neq; adherere potuerit. Adiungit Lu-  
 • cas quo

cas quo pacto Ioseph ab Arimathæa ciuitate Iudææ, petijt à Pilato corpus IESV, di-  
 cens. ¶ Et ecce uir nomine Ioseph, qui erat decurio, uir bonus & iustus (hic non con- 195  
 senserat consilio, & actibus eorum) ab Arimathæa ciuitate Iudææ, qui expectabat &  
 ipse regnum dei. Hic accessit ad Pilatum, & petijt corpus IESV. Et depositum in uol-  
 uit sindone, & posuit eum in monumento exciso, in quo nondum quisquam positus  
 fuerat. ¶ Hic Ioseph erat (ut ait Lucas) *βουλευτής*, id est consul, à ciuitate Arimathæa,  
 iustus & sanctus, à quo & pio Nicodemo mundi salus suam honorari sepulturam uo-  
 luit, ut eos postea perductos ad uitam æternam, alterno honore afficeret. Ioseph petijt  
 corpus domini à Pilato. Quod ubi ipsi permisit Pilatus, inuoluit linteo mundo, & po-  
 suit in monumento exciso. Et in quo exciso? In petra, ut etiã aiunt Matthæus & Mar-  
 cus, qui id latius prosequuntur. Matthæus quidem capite uigesimo septimo, numero  
 281. Marcus uero capite quintodecimo, numeris 98. & 99. & quo pacto admotum  
 est saxum grande ad ostium monumenti. Quod & in Threnis scriptum erat: *Lapsa* Threnorum. 3  
*est in lacum uita mea, & posuerunt lapidem super me. Inundauerunt aquæ super ca-*  
*put meum: dixi, perij, Et subditur: Inuocaui nomen tuum domine de lacu nouissimo.*  
 Subiungit Lucas, quando dominus positus est in monumento, dicens. ¶ Et dies 196  
 erat parasceues, & sabbatum illucescebat. Subsecutæ autem mulieres, quæ cum eo  
 uenerant de Galilæa, uiderunt monumentum, & quemadmodum positum erat cor-  
 pus eius. Et reuertentes parauerunt aromata & unguenta, & sabbato quidem silue-  
 runt secundum mandatum. ¶ Dies erat parasceue, sed uespera appropinquante. Nã  
 sabbatum illucescebat. Quid est sabbatum illucescebat? Instabat uespera, & iam He-  
 braica obseruatione lucernæ accendebatur: quas coepta uespera, & post clangorem  
 tubæ non licebat accendere, sicuti neque quicquam aliud apparere. Et ita, quia lucer-  
 næ accendebantur sub uesperam ratione sabbati ab illa incipientis, sabbatum illuce-  
 scere dicebatur. Interdiu igitur & ante clangorem tubæ, dominus positus est in sepul-  
 chro, & lapis aduolutus ad ostium, id est ingressum monumenti, & peracta omnia  
 quæ fieri non consueuerant in sabbato. Et de mulieribus, quæ è regione sepulchri se-  
 dentes dum hæc fierent, explorabant locum ubi positum esset corpus domini: memi-  
 nit Matthæus capite uigesimo septimo, numero 281. & Marcus capite quintodeci-  
 mo, numero 99. Ipsæ autem erant Maria Magdalene à Galilæa, & Maria Cleophæ  
 quæ eadem erat mater Iacobi & Ioseph, & ipsa quoq; à Galilæa. Quæ, ut ait Lucas,  
*ἠρξάντων*, id est regressæ, parauerunt aromata & unguenta. At quando parauerunt  
 illa: Certè ex Marco capite sextodecimo, transacto sabbato. Nam paulo postquam no-  
 tauerunt locum, & quomodo positus fuerat dominus in sepulchro, superuenit sab-  
 batum, & secundum mandatum quiesuerunt sabbato. Rectius ergo interpres uertit  
 serid, *ἠρξάντων*, & reuersæ, siue & regressæ, quàm & reuertentes. Id tamen in  
 animo habebant, ut quamprimum liceret sacrum corpus adirent, & illud aromatibus  
 & unguentis, ut Ioseph & Nicodemus fecerant, condirent: quæ fidem, spem, & syn-  
 ceram in ipsum uitæ nostræ autorem, pietatē, & eam quidem charitate flammantem,  
 ac redolentem mōstrabant. Ergo tam uiri quàm mulieres, cum fide, spe, charitate, &  
 ea qua possumus mentis deuotione ipsum adæamus, currentes in odorem unguento-  
 rum eius, cum & ipse sit salutis & sanctificationis, & uiuificationis animarum nostra-  
 rum unguentum, & oleum effusum nomen eius. Et si hæc nobis adsint, non minus  
 ungemus eum quàm Ioseph & Nicodemus, & quàm sanctæ mulieres ungere uolue-  
 runt. Sed cum unguentis nostris misceamus ad redolentiam inducendam, confessio-  
 nem laudis & thymiamata orationis: quia ipse est rex regnantium, & dominus domi-  
 nantium: & salus, uita, & redemptio nostra, sic ordinante super misericordii patre. Cui  
 per ipsum, & cum ipso, & spiritu sancto sit omnis laus, omnis gloria, omnis adoratio  
 ubique, in cœlo & in terra, in omnia, & super omnia seculorum secula. Amen.

Bb

J. C. K.

197



Na autem abbati ualde diluculo uenerunt ad monumentum, portantes quæ parauerant aromata: & inuenerunt lapidem reuolutum à monumento. Et ingressæ, non inuenerunt corpus domini IESV. Et factum est dum mente consternatæ essent de isto, ecce duo uiri steterunt secus illas in ueste fulgenti. Cum timerent autem, & declinarent uultum in terram, dixerunt ad illas: Quid quæritis uiuentem cum mortuis? Non est hic, sed surrexit: Recordamini qualiter locutus est uobis, cum adhuc in Galilæa esset, dicens: Quia oportet filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, & crucifigi, & die tertia resurgere. Et recordatæ sunt uerborum eius. Et regressæ à monumento, nunciauerunt hæc omnia illis undecim, & cæteris omnibus. Erat autem Maria Magdalene, & Ioanna, & Maria Iacobi, & cæteræ quæ cum eis erant, quæ dicebant ad apostolos hæc. Et uisa sunt ante illos sicut deliramentum uerba ista, & non crediderunt illis. ¶ Petrus autem surgens, cucurrit ad monumentum, & procumbens uidit linteamina sola posita, & abiit secum mirans quod factum fuerat. ¶ Et ecce duo ex illis ibant ipsa die in castellum, quod erat in spacio stadiorum sexaginta ab Hierusalem, nomine Emaus, & ipsi loquebatur adinuicem de his omnibus quæ acciderant. Et factum est dum fabularentur, & secum quærerent, & ipse IESVS appropinquans, ibat cum illis. Oculi autem illorum tenebantur, ne eum agnoscerent. Et ait ad illos: Qui sunt hi sermones quos confertis adinuicem ambulantes, & estis tristes? Et respondens unus, cui nomen Cleophas, dixit ei: Tu solus peregrinus es in Hierusalem, & non cognouisti quæ facta sunt in illa his diebus? Quibus ille dixit: Quæ? Et dixerunt: De IESV Nazareno, qui fuit uir propheta, potens in opere & sermone coram deo, & omni populo. Et quomodo eum tradiderunt summi sacerdotes & principes nostri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum. Nos autem sperabamus, quia ipse esset redempturus Israël. Et nunc super hæc omnia, tertia dies est hodie, quod hæc facta sunt. Sed & mulieres quædam ex nostris, terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum, & non inuento corpore eius, uenerunt dicentes se etiam uisionem angelorum uidisse, qui dicunt eum uiuere. Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum, & ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt: ipsum uero non inuenerunt. ¶ Et ipse dixit ad eos: O stulti & tardi corde ad credendum in omnibus quæ locuti sunt propheta. Nonne hæc oportuit pati CHRISTVM, & ita intrare in gloriam suam? Et incipiens à Moyse & omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis quæ de ipso erant. Et appropinquauerunt castello quò ibant, & ipse se finxit longius ire. ¶ Et coegerunt illum, dicentes: Mane nobiscum, quoniam aduersperascit, & inclinata est iam dies. Et intrauit cum illis. Et factum est dum recumberet cum eis, accepit panem, & benedixit, ac

xit, ac

xit, ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum: & ipse euauit ex oculis eorum. ¶ Et dixerunt adinuicem: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in uia, & aperiret nobis scripturas? Et surgentes eadem hora, regressi sunt in Hierusalem, & inuenerunt congregatos undecim, & eos qui cum illis erant, dicentes quod surrexit dominus uerè, & apparuit Simoni. Et ipsi narrabant, quæ gesta erant in uia, & quomodo cognouerunt eum in fractione panis. ¶ Dum autem hæc loquantur, stetit IESVS in medio eorum, & dixit: Pax uobis, Ego sum, nolite timere. Conturbati uero & conterriti, existimabant se spiritum uidere. Et dixit eis: Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda uestra? Videte manus meas & pedes, quia ego ipse sum. Palpate & uidete, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me uidetis habere. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus & pedes. ¶ Adhuc autem illis non credentibus, & mirantibus præ gaudio, dixit: Habetis hic aliquid quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem piscis assi, & fauum mellis. Et cum manducasset coram eis, sumens reliquias, dedit eis. Et dixit ad eos: Hæc sunt uerba quæ locutus sum ad uos, cum adhuc essem uobiscum: quoniam necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moyse, & prophetis, & psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas, & dixit eis: Quoniam scriptum est, & sic oportebat CHRISTVM pati, & resurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Hierosolyma. Vos autem testes estis horum. ¶ Et ego mittam promissum patris mei in uos: uos autem sedete in ciuitate, quoadusque induamini uirtute ex alto. Eduxit autem eos foras in Bethaniam, & eleuatis manibus suis benedixit eis. Et factum est dum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in cœlum. Et ipsi adorantes, regressi sunt in Hierusalem cum gaudio magno, & erant semper in templo laudantes, & benedicentes deum. Amen.

ANNOTATIONES BREUES LVIII. CIRCA LITERAM CAP. XXIIII.

1	sabbati πῶρ σαββάτων plurale.	6	ἐν ἐσθῆσιν ἁσφαπῶσιν in uestibus fulgurantibus Cum timerent autem Cūterritæ autē essent * αὐτῶν illæ	15	17	præsens. posita, κείμενα facentia secum πρὸς ἑαυτῶν apud seipsum quod erat in spacio stadiorum ἀπέχουσαν σταδίων distans stadijs Emaus: Ἐμμαούς Emmaus
1	ualde diluculo ὄρθρου βαθέου diluculo profundo	14	ista: αὐτῶν ipsarum procumbens παρακίψας demisso capite, pspiciēs	15	18	
2	aromata, * καίτινες σὺν αὐταῖς & quædam cum ipsis:	15	ἐν τῷ Διαπερθεῖσαι dum perplexæ essent	15	15	
4	dū mēte cōsternatæ es-	15	uideit βλέπε	15		
5	de isto: * καὶ δὲ	15				
6	ueste fulgenti.					

Bb 2

	trifsyllabum;		stupefecerunt	49	Conturbati
18	loquebantur ὠμίλῃς	30	quæ ante lucem fuerūt γενομένα ὄσθρια		πρόθεντες
	sermocinabantur, colloquebantur	32	quæ diluculo peruene ex nostris	51 (runt 51	Stupefacti pedes * με meos; Palpate * με me,
19	dum fabularentur ἐπιτῶ δμιλῃς		τῶν σὺν ἡμῖν	54	miratibus præ gaudio, præ gaudio & miratib <sup>9</sup>
19	secum quærerent: συζητῆν	33	ex ijs qui erant nobiscū non inuenerunt.	54	dixit * αὐτοῖς illis.
	simul quærerent, disputarent	34	non uiderunt stulti	55	fauum mellis. ἀπὸ μελισσῶν κηρίω
22	tristes: σκυθρωποὶ		ἀνόητοι	55	de apiario fauo Et cum manducasset
	uultu tristi	35	amentes		καὶ λαβῶν
22	Cleophas: κλεόπας	35	oportuit ἐδεῖ	55	Et cum accepisset coram eis: — sumens reliquias de
23	peregrinus es παροικῆς	39	& — ita est — iam		* ἐφαγε (dit eis <sup>9</sup> ) manducauit.
	aduena es	39	Et intrauit * τῶ μῆναι ut maneret	59	illis αὐτῶν
25	Nazareno τῶ ναζωραῖο	40	panem, — &		genitiuus.
28	redempturus ὁ μέλλων λυτρωθῆναι	42	euanuit ἄφαντος ἐγένετο	59	senfum, ὄρνυθ
	qui redempturus esset		disparuit		mentem
28	Et nunc, ἀλλὰ γε	42	ex oculis eorum ἀπὸ αὐτῶν	63	promissum τὴν ἐπαγγελίαν
	Atqui		ab ipsis	64	ciuitate * Ἱερουσαλήμ
28	tertia * τὰν τῆν	43	dum loqueretur * ἡμῖν nobis		Hierusalem,
	hæc	47	cognouerunt eum ἐγνώθη αὐτοῖς	65	in Bethaniam ἕως εἰς βηθανίαν
29	quod ἀφ' οὗ		agnitus fuisset ipsis		usq; in Bethaniam
	ex quo	48	stetit * αὐτὸς ipse	66	ferebatur ἀνεφέρετο
29	ex nostris ἐξ ἡμῶν	48	dixit * αὐτοῖς ipsis λέγει	66	adorantes προσκυνήσαντες
	ex nobis		præfens.		adorato
30	terruerunt ἐξέστησαν	48	uobis. — Ego sum, nolite timere		* αὐτῶν.

COMMENTARIUS IN CAPVT VIGESIMVM QVARTVM.

197



Vbdit Lucas quomodo prædictæ mulieres, transacto sabbato uenerūt ad monumentum cum unguentis quæ parauerant, dicens. ¶ Vna autem sabbati ualde diluculo uenerunt ad monumentum, portantes quæ parauerant aromata. Et inuenerunt lapidem reuolutum à monumento. Et ingressæ, non inuenerunt corpus domini IESV, Et factum est dum mente conseruata essent de isto, ecce duo uiri steterunt secus illas in ueste fulgenti. Cum timerent autem, & declinarent uultum in terram, dixerunt ad illas: Quid quæritis uiuentem cum mortuis? Nō est hic, sed surrexit: Recordamini qualiter locutus est uobis, cum adhuc in Galilæa esset, dicens: Quia oportet filium hominis tradi in manus hominum

nus hominum peccatorū, & crucifigi, & tertia die resurgere. Et recordatæ sunt uer-  
 borum eius. Et egressæ à monumento, nunciauerunt hæc omnia illis undecim, & cæ-  
 teris omnibus. Erat autem Maria Magdalene, & Ioanna, & Maria Iacobi, & cæteræ  
 quæ cum eis erant, quæ dicebant ad apostolos hæc. Et uisa sunt ante illos sicut delira-  
 mentum uerba ista, & non crediderunt illis. ¶ Vna sabbati, siue (ut ait Lucas) τὴν ὁμολο-  
 γίαν, id est sabbatorum, perinde est ac prima dierum magnum sabbatum sequentiū.  
 Et hæc Lucæ dicta de primo accessu mulierum ad monumentum intelliguntur, ut la-  
 tius disseruimus in secunda disceptatione de Magdalena, ubi apertum discrimen co-  
 gnoscitur inter primam & secundam mulierum uisitationem, ut sextadecima propo-  
 sitio illius indicat, & sequentes suis locis secundum cuiusque Euangelistæ dicta decla-  
 rant. Duo uiri qui steterunt iuxta illas, duo angeli erant. Quod & ipsæ ex specie illo-  
 rum, quam tamen attendere non audebant, & fulgurantibus uestimentis ita esse in-  
 tellexerunt. Non tamen plenè uerbis eorum crediderunt, immo nonnihil addubita-  
 runt, quod ex Ioannis uigesimo cognoscitur, ubi Maria Magdalene nunciat aposto-  
 lis illis expressis, Petro, atque Ioanni, tulerunt dominum meum. Et cum esset septa su-  
 is comitibus, adiecit: Et nescimus ubi posuerunt eum. Verum & ex Luca hic etiam  
 nunciauerunt apostolis se angelos uidisse, qui dicerent dominum uiuere. Cæterum  
 hæc uerba mulierum de angelis, uisa sunt apostolis nugis & figmentis similia, nec as-  
 senserunt huic quam illæ nunciabant, angelorum uisioni: sed potius experiri uolue-  
 runt an sublatum esset corpus: quod cursu Petrus & Ioannes tentarunt. Nunquam  
 enim angelos uiderant, neque (ut uerisimile est) eos qui uidissent, audierant. Nisi for-  
 te de angelo, qui uirgini natiuitatem domini nunciauerat, aut de eo qui Zachariæ na-  
 tiuitatem Ioannis prædixerat: aut de ihs qui nato domino in Bethleem pastores cir-  
 cūsteterant, qui piam intellexerant. Subiungit igitur Lucas cursum Petri ad mo-  
 numentum, ubi audiuit dominum sublatum, dicens. ¶ Petrus autem surgens, cucur- 198  
 rit ad monumentum, & procumbens uidit linreamina sola posita, & abiit secum mi-  
 rans quod factum fuerat. ¶ Ex Ioanne non solus cucurrit Petrus, sed ipso Ioanne co-  
 mite. Et uidit linreamina seorsum posita: nam ex Ioanne sudarium, quod super sacrū  
 caput fuerat, non erat cum linreaminibus positum. Et recessit Petrus à monumento,  
 non solus ex Ioanne, sed cum Ioanne, & ipsi erant mirantes apud se quid de corpore  
 IESV actum esset: potius enim sublatū credebant, ut nunciauerat Magdalena, quam  
 à mortuis surrexisse, adeò tunc parum fidei & intelligentiæ in se habebant. Addit Lu-  
 cas profectionem duorum in Emmaum oppidum, dicens. ¶ Et ecce duo ex illis ibāt 199  
 ipsa die in castellum, quod erat in spacio stadiorum sexaginta ab Hierusalem, nomine  
 Emmaus. Et ipsi loquebantur inuicem de his omnibus quæ acciderant. Et factum est  
 dum fabularentur, & secum quærerent, & ipse IESVS appropinquans, ibat cum il-  
 lis. Oculi autem illorum tenebantur, ne eum agnoscerent. Et ait ad illos: Qui sunt hi  
 sermones quos confertis ad inuicem ambulantes, & estis tristes? Et respondens unus  
 cui nomen Cleophas, dixit ei: Tu solus peregrinus es in Hierusalem, & non cogno-  
 uisti quæ facta sunt in illa his diebus? Quibus ille dixit: Quæ? Et dixerunt: De IESV  
 Nazareno, qui fuit uir propheta potens in opere & sermone coram deo, & omni po-  
 pulo. Et quomodo eum tradiderunt summi sacerdotes & principes nostri in damna-  
 tionem mortis, & crucifixerunt eum. Nos autem sperabamus, quia ipse esset redem-  
 pturus Israël. Et nunc super hæc omnia, tertia dies est hodie, quod hæc facta sunt. Sed  
 & mulieres quædam ex nostris terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monu-  
 mentum. Et non inuento corpore eius, uenerunt dicentes se etiam uisionem angelo-  
 rum uidisse, qui dicunt eum uiuere. Et abierunt quidam ex nostris ad monumētum,  
 & ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt: ipsum uero non inuenerunt. ¶ De his  
 duobus meminit Marcus capite sextodecimo, numero centesimo secundo. Cum in

quit, duo ex illis: noli intelligere ex illis apostolis: non enim id refert illis, sed ex illis cæteris quibus nunciauerant: ut paulo ante dixerat, Nunciauerunt hæc omnia illis undecim, & cæteris omnibus. Ex his ergo duo prima die post magnum sabbatum proficiscebantur in Emmaunta oppidum. Sic enim quidam Emmaus, quod trisyllabum est, quasi Græcum sit, inflectere solent, ut ἡ κερᾶσδὲς τῆς κερᾶσδόντος, ἡ τραπεσοῦς τῆς τραπέσουτ, & cætera id genus ciuitatum nomina, quomodo & Ptolemæus inflexisse uidetur. At Plinius, & post Plinium Hieronymus, iuxta secundam inflexionem Latinorum inflectunt. Est autem nomen oppidi, de quo Hieronymus in libello de locis Hebraicis sic scribit: Emmaus, de quo loco fuit Cleophas, cuius Lucas meminit euangelista, hæc nunc est Nicopolis, insignis ciuitas Palaestina. Hoc ergo oppidum Nicopolis dictum est, quod & ab Hierusalem declinando ad mare, uersus septentrionem, distat fermè octo milibus passuum. Nam septem miliaribus & semisse. Inter eundem autem illi colloquebantur de ijs, quæ his diebus, id est die parasceue maxime, & illo die mane audierant. Actotus ille sermo eorum de domino nostro erat. Cum autem sic inter se colloquerentur (hoc enim designat ὁ μιλᾶν, quo uerbo usus est Lucas) & uaria disquirent: dominus, mundi salus, in medio eorum erat. Et cum se fecisset uisibilem, sed tanquam peregrinum peregrinis, & ignotum, nondum ut oportebat credentibus, sese adiunxit illis, & ibat cum eis. In quo manifestabat id uerum esse, quod prius dixerat: Vbi enim sunt duo, uel tres cõgregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Et tamen non sit inter omnes sic uisibilis, tamen in medio eorum est: ut nihilominus inter eos fuisset, etiam si suam præsentiam eis non exhibuisset. Et interrogauit eos qui essent sermones, quos ipsi conferrent inter sese, & cur essent tristes. Interrogauit autem, non quia nesciret, sed ut ex responsione illos illuminaret, & tristitiam eorum in lætitiã commutaret. Cui respondit unus, cui nomen Cleophas. Quid si hic uir Mariæ matris Iacobi, Simonis & Iudæ apostolorum fuerit: At Hieronymus eum de loco illo fuisse dicit. Esto, uerum an fuerit de loco illo nec ne, scriptura nihil habet: sed id ex scriptura certum est, quod fuerit in loco illo. Et Galilæum fuisse hoc argumento esse potest, quod mulieres, quas dicebat Cleophas è suis esse, quæ summo mane uisitauerant monumentum, & uisionem angelorum se uidisse dixerant, Galilææ erant. Ad hæc quod adeò cognitum dominum habebat, ut cum primum frangendo panem faciem suam reuelauit, ipsum cognouerit, qui à Galilæis maxime omnium facie notus esse debebat, utpote illic educatus, illic conuersatus, & illic (nisi ob celebritates, & euangelizandi officium interdum aliò traheretur) assidue moratus. Sed & de Petro & Ioanne, qui Galilæi erant, adiecit Cleophas: Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum, & ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt: quod etiam indicio est eum fuisse Galilæum. Ad hoc ipsum facit, quod illis noti erant apostoli, & locus ubi diuersarentur, & uicissim ipsi apostolis ueluti familiares & amici, ut ex sequenti numero cognoscitur, ubi dicitur: Et surgentes eadem hora regressi sunt in Hierusalem, & inuenerunt congregatos undecim, & eos qui cum ipsis erant. Ecce quomodo & eos, & locum cognoscebant, & subditur: Dicentes quod surrexit dominus uerè, & apparuit Simoni. Ecce quomodo uicissim noti erant, & Galilæis familiares. Haud igitur absimile uero fuerit, Cleopham Galilæum fuisse, atque eum fuisse à quo dicta fuit Mariæ Cleophæ: immo fortè uerisimilius, quàm ipsum Emmauntinum, Nicopolitanum uel fuisse. Alter autem quis fuerit, non usque adeò, neque ex nomine, neque ex coniectura notum est: coniecerunt tamen nonnulli fuisse Lucam. Qui si fuit, non est uerum, eum dominum non uidisse in carne, & solum ex aliorum narratu scripsisse euangelium. Quinimmo propria diligentia, & re præsentem multa affecutus est, & suggerente spiritu dei, & uisa, & audita, necnon & inspirata conscripsit. Respondit ergo Cleophas: Tu solus peregrinus es in

Emmaus

Matth. 18.

es in

es in Hierusalem, & non cognouisti, quæ facta sunt in illa his diebus: id est, Tu solus peregrinaris in Hierusalem, tu solus aduena es in Hierusalem, & non nosti quæ facta sunt in illa his diebus: Quasi diceret, omnes norunt: quæ si nescis, tu solus aduena in Hierusalem hæc ignoras: quod uerisimile non est, cum in die paschæ, qua dominus mortuus est, fueris in Hierusalem. Et hæc quæ facta sunt in Hierusalem, sunt quæ inuicem conferimus, & quæ nos sic in amœno uultu reddunt. Quæ tamen si dominus maxime omnium sciret: tamen quasi nesciret, interrogat, Cur? Ut cum expressius respondiissent, iustius ualeret eos arguere: quod pertinet ad purgationem, & purgatos illuminare, & tandem sua ipsius aperta manifestatione consummare atque perficere. Responderunt: De IESU Nazareno, qui fuit uir propheta, potens in opere & sermone coram deo, & omni populo. Et quod dixerunt, de IESU Nazareno, qui fuit uir propheta: id falsum quidem non est, sed minus quàm oportuit. Nam & uir erat, & propheta: & plusquam uir, quia deus: & plusquam propheta, quia æterna dei sapientia. Propheta tamen erat nõ uulgaris, sed insignis ille, qui à deo per Moysen in lege promissus erat. Et addiderunt: Et quomodo eum tradiderunt summi sacerdotes, & principes nostri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum. Et hæc uera sunt, Addiderunt etiã, Nos autem sperabamus, quia ipse esset redempturus Israël. Vbi id, Nos sperabamus; ostendit eos quodammodo à fide, & à spe excidisse. At id, Quod esset redempturus Israël: uerum erat, non iuxta eorum forte intelligentiam, quæ adhuc crassa & carnalis erat, intelligentium regnum in magnificentia in terris restituendum, felicitus quàm temporibus Dauid & Salomonis, & omne iugum potestatis gentium excutiendum: sed secundum intelligentiam spiritus. Redemit enim omnem Israël, qui sunt deo fide fortes, qua possint & angelis concertare, & regnum constituit æternum. Israël autem ille, & regnum illud, id ipsum est de quo Daniel septimo capite inquit: Regnum autem, & potestas, & magnitudo regni, quæ est subter omne cælum, detur populo sanctorum altissimi: cuius regnum, regnum sempiternum est, & omnes reges seruient ei, & obedient. Addiderunt & id, Et nũc super hæc omnia (*ὅτι πάντες οὗτοι*, id est cum his omnibus, præter hæc omnia) tertia dies est hodie, quod hæc facta sunt: quod uerum erat. Nam hæc erat prima dies sabbatorum à magno sabbato, quæ à gloriosa resurrectione domini *ἡμετέρα κυριακή*, id est dies dominica dicitur. Adiecerunt, Sed & mulieres quædam ex nostris terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum: & non inuento corpore eius, uenerunt dicentes se etiam uisionem angelorum uidisse, Cleophas dicere poterat, Quædam mulieres è nostris: quia Maria Iacobi (ut uerisimile est) erat uxor eius. Terruerunt autem eos, quia dixerunt se non inuenisse corpus: & non solum non inuenisse, sed & sublatum ex Ioanne, & quia adiunxerunt terrificam uisionem angelorum. Omnis enim uisio insolita, & eius narratio terrore esse solet: quandiu autem mortalem uitam degimus, angelorum uisio nobis insolita est & terrore: ut hominis, cæteris animantibus: est enim superior uirtus. Quod subditur: Quæ ante lucem fuerunt, *γενομένην ὀρθρίαν*, id designat, quæ peruenerunt diluculo, non noctu, sed ante solis exitum, quasi dicas diluculares. Et hoc de primo accessu mulierum & intelligunt, & uerum est. Nam secundus fuit, orto iam sole: secundus dico, qui ex scriptura intelligi potest. Quod si etiam pluries illæ iuerint ad monumentum, quod scriptura nõ tangit: accessus illi cum profus nos lateant, minime supputari debent. Subdiderunt, Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum. Hi fuerunt ex Ioanne, Petrus & Ioannes. Et ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt. Quidnam inuenerunt? Nunquid inuenerunt angelos, quorũ illæ uisionem habuerunt? Minime. Nunquid corpus sublatum? Nequaquam: nulli enim abstulerant illud, ut illæ ratæ fuerant. Quid igitur est, Inuenerunt sicut mulieres dixerunt? Inuenerunt rem ita se habere, sicut mulieres di-

Danielis. 7.

Ioannis. 20.

- xerunt, quæ dixerant se in sepulchro non inuenisse corpus domini. Et ingressæ (pau-  
lo supra inquit Lucas) non inueniunt corpus domini Iesu. Ergo quod addiderunt,  
Ipsam uero non inueniunt: explicat hanc præcedentem particulam, Et ita inueni-  
runt, sicut mulieres dixerunt. Ex his igitur responsis, arguit dominus eorum insciti-  
am & tarditatem ad credendum, ut aperit Lucas, dicens. ¶ Et ipse dixit ad eos: O stul-  
ti, & tardi corde ad credendum in omnibus quæ locuti sunt prophetæ. Nonne hæc  
oportuit pati CHRISTVM, & ita intrare in gloriam suam? Et incipiens à Moyse, &  
omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis, quæ de ipso erant. Et  
appropinquauerunt castello quò ibant, & ipse se finxit longius ire. ¶ Arguit illos do-  
minus, uocans eos rudes & sine intelligentia: & ea quidem spirituali (id enim designat  
ἀνοητοί) & tardos corde ad credendum omnia quæ locuti erant prophetæ, qui non spi-  
ritu suo, sed spiritu dei, qui mentiri non potest, locuti fuerant. Nam ex scriptis eorum  
oportuit hæc pati CHRISTVM, & passione exacta intrare in gloriam suam, quæ est  
resurrectionis gloria, & perpetuæ immortalitatis regnum. Et interpretatus est eis scri-  
pturas quæ de se ipso erant, incipiens à Mose, & per omnes transiens prophetas, do-  
nec essent iuxta oppidum Emmaum. Quod utinam scripto nobis esset relictum: quan-  
quam & scripto est nobis relictum, cum omnes habeamus prophetas, sed hoc inuo-  
lute: illud autem haberemus articulatum & enucleate. Et ipse præ se ferebat (id enim  
ἤθελε ποιεῖν significat) longius ire, quod uerum erat. Iturus enim erat in cælum, & in-  
terim ad quæcunque loca terrena: aut sensim, ut cum peregrinis: aut repente, ut cum  
apostolis, aut utcumque uolebat: immo non iens ibat, cum ubique diuino esset modo.  
At illi coegerunt eum, qui cogi non potest, qui & cogi uult, & tunc cogi uolebat, ut  
maneret cum eis. Quod subdit Lucas. ¶ Et coegerunt illum, dicentes: Mane nobis-  
cum, quoniam aduersascat, & inclinata est iam dies. Et intrauit cum illis. Et factum  
est dum recumberet cū eis, accepit panem & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis.  
Et aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum. Et ipse euanuit ex oculis eorum.  
¶ Cogi uult (ut dictum est) qui cogi non potest: quia regnum cælorum uim patitur,  
& uolenti rapiunt illud. Amor & affectus faciebant, ut ipsi illum uellent habere præ-  
sentem. Mane (aiebant) nobiscum. Amori adiungebant rationem dicentes: Quoniam  
aduersascat, & inclinata est iam dies. Vnde conijci potest, quod diu mutuū uersan-  
do sermonē, & dominum audiendo fuerant in uia: nam non multo post solis ortum  
mulieres iterum à monumento redeuntes, & dominum uiderāt & pedes eius tenuer-  
ant, de quo ij duo peregrini nihil intellexerant. Vnde argumētum colligi potest, eos  
mane ab Hierosolymis ut peregrinarentur soluisse: quamuis iam instaret uespera cū  
Emmaum peruenissent. Dixerunt ergo ei: Mane nobiscum, quoniam aduersascat,  
& inclinata est iam dies. Et acquieuit eis. En fons amoris humano amore cogitur, &  
humana ratione trahitur: cui nihilominus nunquam aduersascat, & nunquam in-  
clinatur dies, sed & ratio tanquam ancilla cæca sub pedibus eius. Et quāquam ex uer-  
bis eius non nihil accepissent fidei, & tristitia eorum in lætitiā fuisset conuersa: uespe-  
ram tamen adhuc sentiebant, & diei inclinationem quæ est nox fidei, in cordibus suis.  
Et intrauit cum illis. Et dum recumberet cum eis cibum recepturis corporalem, cibum  
illis exhibuit spiritualem: quo planè aperti sunt oculi eorum: tam interni plena fide il-  
luminati, quàm externi corporaliter dominum uitæ cognoscentes. En quomodo pa-  
nis uitæ repente aperit oculos, & spiritus, & carnis, ut illos attentos ad domi-  
num habeamus, dum eum perfectissime cognoscamus, quo tempore interna nulla  
nobis erit uespera, nulla diei inclinatio, perfecta fide, ut in meridie clare uidentibus,  
& perfecta charitate feruentibus. At repente dominus ab oculis eorum carnalibus  
disparuit, sed non ab oculis mentalibus. Et tunc adimpleuit quod prius præ se fere-  
bat, id est longius ire, qui bonis semper propè est, & tunc quoque quàm prius propin-  
quior. Quid

quior. Quid autem illi corporali uisione absente domino, sed spiritu magis praesente fecerint, subdit Lucas, dicens. ¶ Et dixerunt adinuicem: Nonne cor nostrum ardens 202  
 erat in nobis, dum loqueretur in uia, & aperiret nobis scripturas? Et surgentes eadem hora, regressi sunt in Hierusalem, & inuenerunt congregatos undecim, & eos qui cum illis erant dicentes, quod surrexit dominus uere, & apparuit Simoní. Et ipsi narrabant, quae gesta erant in uia, & quomodo cognouerunt eum in fractione panis. ¶ Quid est, Cor nostrum ardens erat in nobis: nisi quod dominus eos amore & affectu inflammabat, quo cogi uolebat? Et quid est, Dum loqueretur nobis in uia, & aperiret nobis scripturas: nisi dum illuminaret nos fide, & impleret intelligentia? Porro qua ratione dominum cogere uolebant ad manendum, quoniam aduersperasceret & inclinata esset iam dies, tunc eadem induci debebant ad manendum: sed sic feruor, sic amor mouebat eos, & fides ac intelligentia illuminando cogebat ad uiam capessendam, ut eadem hora qua dominus immanens disparuit, longius cum CHRISTO ituri surrexerint, & regressi sint in Hierusalem, magno gaudio & laetitia pleni. Nox, illis dies erat: & labor uiae, requies. Ingressi igitur Hierusalem, inuenerunt undecim apostolos congregatos (nam è duodenario unus exciderat) & cum eis plerosque alios CHRISTI discipulos. Qui praegaudio praeuinentes illos, narrauerunt eis quomodo dominus uisus esset à Simone, id est Petro. Quod maius erat, & certius eis argumentum, quam quod mulieres dixerant, asserendo eum à se uisum: uirorum siquidè quam mulierum testimonium, maius ac credibilius est. At illi sermonem suscipientes, ad implendum gaudium, & locupletandum fidei testimonium, totam rem ipsam quae in uia, & in peregrinationis loco gesta fuerat, enarrarunt: & quo pacto dum frangeret ipsis, & porrigeret benedictionis panem, cognouerunt eum. Cognouerunt autem eum, non ex signo quidem aut modo fracti panis, sed quia ea figura ac forma esset ipsis restitutus, qua soliti fuerant eum cognoscere. Tunc enim eorum oculi ab errore soluti fuerunt, & mens ab incredulitate liberata: nam prius qualis erat eorum mens, tales erant & oculi. His autem peregrinorum gestis admonemur, quod si aliquò peregrinamur, sermo noster in uia debeat esse CHRISTVS: in termino, CHRISTVS: in reditu, CHRISTVS. At nihil aliud quærere debemus unquam, aut usquam, quam CHRISTVM. Quod si fecerimus, erit semper nobiscum, ubicunq; simus, & cor nostrum suo implebit amore, gaudio, & ineffabili exultatione. Et licet tunc Thomas adesset & audiret colloquentes, nihilominus non credebat. Atq; haec narratio, breuis esse non potuit. Proinde eos qui persuadebantur remansisse, nulli dubium esse debet. Quibus autem iste non sapiebat ob incredulitatem sermo, quis dubitat fastidio affectos tandem abijisse? Quod de Thoma factum, peruersissimum est. Nam paulo post ingressio IESV, Ioannis. 203  
 nequaquam tunc ex Ioanne, uidit eum Thomas, sed post dies octo. Cum ergo narrent rem in uia & domi gestam, & iam ferè ad longae narrationis finem deuenissent, quomodo cognouerunt eum, & mox ubi cognitus fuit, disparuit, stetit IESVS in medio eorum, dicente Luca. ¶ Dum autem haec loquuntur, stetit IESVS in medio eorum, & dixit: Pax uobis, ego sum, nolite timere. Conturbati uero & conterriti, existimabant se spiritum uidere. Et dixit eis: Quid turbati estis, & cogitationes ascendant in corda uestra? Videte manus meas & pedes, quia ego ipse sum. Palpate & uidete, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me uidetis habere. Et cum haec dixisset, ostendit eis manus & pedes. ¶ Dum haec (inquit) loquuntur, stetit IESVS in medio eorum. Et tunc implebatur quod dictum est per Sophoniam, dicentem: Sophoniae. 1.  
 Expectate me, dicit dominus, ad diem resurrectionis meae in futurum: quia iudicium meum est, ut congregem gentes, & colligam regna, & effundam super eos indignationem meam, & omnem iram furoris mei. In igne enim zeli mei deuorabitur omnis terra: quia tunc reddam populis labium electum, ut inuocent omnes nomen

- domini, & seruiant ei humero uno. Quibus enim dixit, Expectate me in diem resurrectionis meae: nisi ijs quibus ante passionem dixerat, Postquam autem resurrexero, praecedam uos in Galilaeam: At quid hoc est, Quia iudicium meum est ut congregem gentes, & colligam regna: Hoc sane innuere uidetur, quod ideo apostoli dominum post resurrectionem suam expectare debebant: quia diuinum decretum erat, quod per ipsos de resurrectionis gloria certiores factos, congregaturus esset gentes, & collecturus regna ad fidei unitatem per legem nouam euangelicae praedicationis, legem gratiae ac spiritus. Quod satis expressit dominus, quando dixit apostolis & discipulis
- Matth. 28.** apud Matthaeum, Euntes ergo, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti: docentes eos seruari omnia, quaecumque mandauimus uobis.
- Marci. 16.** Et ibi apud Marcum, Euntes in mundum uniuersum, praedicate euangelium omni creaturae. Sequitur: Effundam super eos indignationem meam, & omnem iram furoris mei, Quia in omni gente, & omni regno quod profecti sunt apostoli, destruxit omnem idololatriam. Quod nequaquam fecit non effundendo indignationem suam, & iram furoris sui, super defensores cultus idolorum, & daemones ipsos illius damna ti cultus autores: qui per omnia tempora & loca circa id maxime satagunt. Quod adiungitur, In igne zeli mei deuorabitur omnis terra: id designat, quod igne spiritus sancti (qui est ardor fidei, & charitas dei) quicquid terrenum esset, & carnale in his qui puritatem fidei erant admitturi, prorsus absumendum erat: quodque ex terrenis futuri erant coelestes, & ex carnalibus spirituales. Et per labium electum reddendum populis, ut inuocent omnes nomen domini, & seruiant ei humero uno: donum linguarum intelligitur, quod apostolis post ascensionem domini spiritu sancto de caelo misso infusum est, ut docerentur omnes inuocare nomen domini una lege gratiae, quae est iugum suauis, & onus humeris omnium leue. Cum ergo post resurrectionem stetit in medio apostolorum & discipulorum, dixit eis: Pax uobis. Haec autem est pax eius, pax spiritus, & tranquillitas cordis in reconciliatione dei & hominis. Et ut securitatem induceret, adiecit: Ego sum. Verum quia repente, & ex insperato, & modo inconsueto (quando quidem ex Ioannis penultimo, ianuis clausis) apparuit, conturbati & conterriti fuerunt, existimantes ex modo praesentiae repente exhibitae, & nullo ingressu patente, se spiritum uidere, non dominum. Quorum cogitationes uidens dominus, ostendit eis & manus & pedes, quae & ante passionem nouerant, & in cruce configi uiderant: & ea non solum spectanda illis exhibuit, sed & tangenda: ut utroque sensu ueram carnem agnoscerent, & ueram ex ossibus compactionem, quae spiritus dum apparet, non habere noscitur. Et ipsi illa & uiderunt, & tetigerunt: sed praegaudio & admiratione tunc eum esse non crediderunt, etsi eum resurrexisse uere crederent. Nam cum gaudium, stupor, & admiratio in eodem simul sunt, impediunt ne quis quod uidet ac etiam tangit, credere possit: quod accidit & Petro e carcere per angelum educto. Nam qui sic affectus est, sese aut somnare, aut in ecstasi esse, aut proprijs sensibus illudi putat. At ut intelligerent se neque in ecstasi haec pati, neque uigilantes somnare, aut proprijs sensibus illudi, petijt dominus ab eis si quid esculenti haberent, ut subdit Lucas, dicens.
- 204** » **C** Adhuc autem illis non credentibus, & mirantibus praegaudio, dixit: Habetis hic aliquid  
 » quod manducetur? At illi obtulerunt partem piscis assi, & fauum mellis. Et cum manducasset coram eis, sumens reliquias dedit eis. Et dixit ad eos: Haec sunt uerba, quae locutus sum ad uos, cum adhuc essem uobiscum: quoniam necesse est impleri omnia  
 » quae scripta sunt in lege Moysi, & prophetis, & psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas, & dixit eis: Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat  
 » **CHRISTVM** pati, & resurgere a mortuis tertia die, & praedicari in nomine eius poenitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Hierosolyma. Vos autem testes estis horum. **C** Ne ergo crederent discipuli, se suis sensibus illusos

bus illusos, coram illis manducauit: non quod à resurrectione ex qua resumptum corpus est incorruptibile, quale erat quod dominus resumpserat, opus esset ullo corporali cibo: sed ut ex uisu, auditu, tactu & gustu ueritatem corporis resumpti astrueret. Manducauit itaque, sed incorruptibili manente immutabili, & corruptibili (si uoluit) immutato, aut in sua (modo quo uoluit) transeunte elementa. Et reliquias & piscis, & faui apiarum dedit eis in ueritatis huius testimonium, quam tum demum percepturi erant, cum plenè ex stupore ad suum rediissent sensum. Et recensuit eis uerba illa quæ secretò ipsis retexerat, ut ex memoria ipsa, & internis quoque sensibus, nedum externis, eum ipsum esse nihil addubitarent. Et tunc infudit eis, quod profecto magnum est, & maxime desyderabile bonum, intelligentiam scripturarum: non humanarum quidem quæ nihil sunt, sed diuinarum quæ omne uitæ & salutis continent sacramentum. Ac instruit eos quid esset ipsis prædicandum. Hoc autem erat pœnitentia, id est resipiscentia à carnali conuersatione, quæ quidem pœnitentia metancea dicitur, & remissio peccatorum, sed in nomine & beneficio fidei eius: quia nihil iuuat resipiscere, nisi in nomine & fide eius resipiscamus, & pœnitentia nostra nequaquam nos saluat, sed nomen domini nostri IESU CHRISTI, sed fides, sed gratia & beneficium eius. Præterea neque peccatum quod etiam ex utero attulimus, quia tunc sub prima generatione eramus, neque alia quæ post summptionem immaculatæ tunicæ secundæ generationis misere contrahimus, nisi in ipso nobis remittuntur, neque à patre qui pater misericordiarum est, neque ab ipso, cui, & in quo, & per quem nobis omnia donata sunt, neque à spiritu sancto, qui est reparator & refusor gratiarum. Porro is prædicat pœnitentiam in nomine eius in remissionem peccatorum: qui dicit in pœnitentia CHRISTI omnia in omnibus id ipsum fideliter, firmiter que credentibus peccata esse remissa. Quemadmodum in Osee scriptum est, iuxta quorundam ex Hebræo intelligentiam: Sanabo auersionem eorum, & diligam eos sponte: quia reuersus est furor meus propter eum. At quis est is, propter quem reuersus est furor dei? Certe Messias, id est CHRISTVS, propter quem hominem factum, deus omnes homines sponte diligit. Et in pœnis CHRISTI, non in nostris, neque in nostra exteriori pœnitentia, & in cruce eius, non in nostra (etsi hæc imitatio deo patri grata sit & accepta) nobis peccata remitti, apertius testatur Esaias, cum ait: Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. & subdit: Ipse autem uulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus. Omnes nos quasi oues errauimus, unusquisque in uiam suam declinauit, & posuit dominus in eo iniquitatem omnium nostrum: oblatus est, quia ipse uoluit. Nam si in eo omnes omnium iniquitates positæ sunt, & uoluit (ut reuera uoluit) pro omnibus immolari, certè languores, dolores, uulnera, correctio, plagarum liuor, attritio, & denicquæ mors ipsa sunt omnium peccatorum nostrorum remissio: id quidem nobis credentibus, ac plenè in eum cōfidentibus. Nonne in figura, qui olim pro peccatis immolabant animalia, & fidē habebant particulari illa & carnali immolatione animalium sibi dimitti peccata, dimittebatur eis illo modo peccata, & hæc sola in ordinatione diuina fides illis sufficiebat: At qui non credebant, qui deo non fidebant, quis dubitet eis non dimissa, quia erant increduli deo? Ergo in uniuersali spiritali, & uero CHRISTI sacrificio, quod pro omnibus semel præteritis, presentibus, & futuris oblatum, omnia particularia & carnalia sacrificia, carnalesque iustificationes & umbratiles consummauit, omnia omnium præteritorum, presentium, & futurorum fidē habentium, quod hoc sacrificio pater misericordiarum oibus fidelibus peccata dimittit, multo magis sunt dimissa: quæadmodum insuper & id fidele CHRISTI organum Paulus ad Hebræos testatur, dicens: Si enim sanguis hircorum & taurorum, & cinis uitulæ aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationem carnis; quanto ma-

Osee. 14.

Esaiæ. 53.

Heb. 9.

gis sanguis CHRISTI, qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo, emundauit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad seruiendum deo uiuenti. Qui igitur non credit peccata esse sibi dimissa in passione CHRISTI, & tunc quoque cum passus ac immolatus est CHRISTVS, iniuriam facit deo patri, qui pro nobis omnibus dedit illum, & filio dei se sponte tradenti immolandum, & spiritui sancto offerenti illum in igne charitatis infinitæ, saluando isti mundo sufficientissimum, immo infinitis (si essent) mundis. Et contrà, qui firmiter credit & patrem, & filium, & spiritum sanctum honorat, ineffabile eorum admiratus opus, ineffabilem que clementiam ac bonitatem: & plusquam admirabile ad omnes homines per fidem unico sacrificio saluandos consilium. Quod si qui credant & confidant suis pœnis, quas pœnitentias uocant, sua peccata remitti, neque credunt, neque confidunt uni soli uero sacrificio, quod solum deo est acceptum: & se, & suam pœnitentiam faciunt existimatione sua, & ea quidem irrationali & stulta, superiorem & potentio rem filio dei & passione eius: nec intelligunt quid sit prædicari pœnitentiam in nomine eius in remissionem peccatorum. Quare cum uocamur ad pœnitentiam, non nisi ad hanc fidem uocamur, cui & imitationem crucis domini, id est passionis qua sumus redempti, pro gratia nobis indulta adiungere possumus. At non in hac, sed in illa confidere debemus, laudantes & magnificantes illam solam peccatorum delettricem crucem, id est passionem CHRISTI, in qua dimissis peccatis quæ committuntur, respiramus ad uitam. Crux enim tua, in te nihil est, sed in CHRISTO omnia est. Huius crux saluare potens est, tua impotens. Et tali fide habita, difficile peccant homines, quod æstimandum sit: quia spiritus fidei, qui est spiritus CHRISTI & amoris, seruat eos. Et non solum hanc in oblatione CHRISTI nos habere gratiam ueteres loquuntur prophetae: sed & lex gratiæ, Paulo sic de CHRISTO ad Ephesios scribente: In quo habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum secundum diuitias gratiæ eius, quæ superabundauit in nobis. Et ad Hebræos: Vna enim oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos. Sed quid hic immoramur? Tota lex gratiæ hac fidei annunciatione, his spiritus CHRISTI sensibus plena est, Et hoc intelligere, est hoc uerbum domini intelligere, quod oportet in nomine eius prædicari pœnitentiam in remissionem peccatorum in omnes gentes. Sed & qui hoc semel intelligit, quod CHRISTVS est nobis omnia, ut reuera est, ipse omnia intelligit. Nam ille est, dicente Paulo, qui factus est nobis sapientia, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio: ut (quemadmodum scriptum est) qui gloriatur, in domino gloriatur. Ille est etiam de quo in Esaia dicitur: Ego suscitauit eum ad iustitiam, & omnes uias eius dirigam. Et subditur: Labor Aegypti & negociatio Aethiopiæ, & Sabaim uiri sublimes ad te transibunt, & tui erunt, post te ambulabunt. Vincit manibus pergent, & te adorabunt, teque deprecabuntur: tantum in te est deus, & non est deus absque te. Verè tu es deus absconditus, deus Israël, saluator. Et subditur: Israël saluatus est in domino, salute æterna. Hæc prædicare, hæc gentibus euangelizare: est in nomine eius pœnitentiam prædicare in remissionem peccatorum. Et hæc pœnitentia & remissio peccatorum, in nomine eius prædicanda erat Iudæis & gentibus: sed à Iudæis erat incipiendum: quia & Iudæi, populus dei, & à Iudæis salus, nam & CHRISTVS & apostoli, ex Iudæis, & reliquiæ Israël saluandæ erant: talis erat diuina ordinatio. Incipientibus (inquit) ἀρχαμένωσι (quanquam nunc Græce legitur ἀρχαμένωσι, quod corruptum uidetur, cum sic parum sententia constet) quasi dicamus, exorsis uobis, siue initio facto ab Hierosolyma: quia erat ciuitas sancta, & ex qua facta fuerat redemptio nostra, & figura cœlestis Hierusalem. Propter CHRISTVM ergo & apostolos, immo propter CHRISTVM solum, qui est omnia, Iudæa hoc honore primatus prædicationis fuerat honoranda, & subinde gentes in consortium filiorum dei adsciscendæ. Et horum quæ fecit CHRISTVS, & quæ passus est pro mundi salute, &

Ephesios. 1.

Heb. 10.

1. Corinth. 1.

Esaie. 45.

salute, et quæ promissit, testes sunt apostoli & discipuli: qui non suo, sed dei spiritu testantur, quâuis & uiderint & audierint & nouerint. Sed & de illo nouo spiritu, quæ accepturi erāt, & in quo uirtutibus & signis, & in plenitudine gratiarū testaturi erāt, aperiente Luca, subiungit dominus, dicens. ¶ Et ego mittam promissum patris mei in uos. Vos autē sedete in ciuitate, quoadusque induamini uirtute ex alto. Eduxit autē eos foras in Bethaniā, & eleuatis manibus suis benedixit eis. Et factum est dum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in cœlum. Et ipsi adorantes, regressi sunt in Hierusalem cum gaudio magno, & erant semper in templo laudātes, & benedicentes deum. ¶ Hæc promissio, aut uerius promissionis confirmatio, quia id sæpe aliās promiserat eis, ut ex Ioanne cognoscere licet: uidetur facta, non illa quidem die peregrinorum, sed posteaquam è Galilæa in Iudæam redierant. Ac paulo ante ascensionē suā, dominus hæc illis locutus uidetur. Cuius rei argumento est quod sequitur, Vos autem sedete, id est sedem & mansionem in ciuitate, Hierosolymis scilicet, uobis constituite: quoadusque induamini uirtute ex alto, id est recipiatis spiritum sanctum per inhabitationem, & apertam donorum, operumq; eius manifestationem. Et ab Hierosolymis ubi cōgregati erant, apostolos & electos suos eduxit usque in Bethaniā, ubi proculdubio uisus est ab ijs, quos tanta gloria dignos existimauit: quales fuisse Lazarum, Martham, & sororem eius Mariā, quæ uitam optimam: siue ut euangelista habet, τῆρ ἀγαθὴν μερίδα elegerat, arbitrato haudquaquam absurdum est. Vnde & illos, & quos cum eis sequi uoluit, in montem Oliuarum reduxit, ex quo uidentibus illis, & diuinam adorantibus maiestatem, eleuatis manibus suis, & eis benedicens, sublatus est in cœlum. Quod autem è monte Oliuarum sublatus sit, in Actis apostolorum innuit Lucas, posteaquam expressit uerba angelorum hoc pacto ad discipulos facta: Hic IESVS (inquit) qui assumptus est à uobis in cœlū, sic ueniet quæadmodum uidistis eum euntem in cœlum. & subdit: Tunc reuersi sunt Hierosolymam à monte, qui uocatur Oliueti, qui est iuxta Hierusalem, sabbati habens iter, Ipsi uero προσκυνήσαντες, id est cum adorassent, quandiu scilicet uidere potuerunt, & eos spiritus adorandi mouit, regressi sunt (ut iusserat dominus) in Hierusalem, magno dei repleti gaudio, & erant in sacro loco, ubi constituerat eis dominus, iugiter laudantes, et benedicentes deum. Et de hac assumptione locutus est etiam Marcus cap. sextodecimo, numero 105. Nos ergo scientes regem nostrum, deum nostrum, redemptorem nostrum ad dexteram patris in cœlum assumptum, oculis nostris illuc conuersis adoremus eum: & è sacro templo suo, quod in nobis sacrauit, nunquam discedentes, laudemus cum apostolis, & MARIA matre IESV, & electis omnibus, summum patrē, & filium eius assumptum, & in dextera eius sedentem, & spiritum sanctum, qui expectatur eorum qui sic adorant, laudant & benedicunt, consolator, instructor, consummator, qui sunt unus solus super omnia deus. Cui per eū qui nos creauit, recreauit, & redemit, dominum nostrū IESVM CHRISTVM uiuentē, & regnantē in æternitate super omne æuum, sit omnis adoratio, laus, benedictio, honor, potestas, & gratiarum actio, in omnia, per omnia, & super omnia seculorum secula. Amen.

COMMENTARII IN LVCAM  
AD DEI GLORIAM  
ET HONOREM  
FINIS.

Cc